SIMONIS SIMONII LVCENSIS, PHILOSOPHIAE PROFESSORIS,

IN LIBRVM ARISTOTELIS

ΠΕΡΙ' ΤΩ͂Ν ΑἸΣΘΗΤΗΡΙ'ΩΝ ΚΑΙ' ΤΩ͂Ν ΑἸΣΘΗΤΩ͂Ν:

Hoc eſt, de ſenſuum inſtrumentis & de his quæ ſub ſenſum cadunt,

COMMENTARIVS VNVS.

EIVSDEM IN LIBRVM ARIST.

ΠΕΡΙ' ΜΝΗ'ΜΗΣ ΚΑΙ' ΤΗ͂Σ ἈΝΑΜΝΗ'ΣΕΩΣ,

Hoc eſt, de Memoria & Reminiſcentia,

COMMENTARIVS ALTER.

AD ILLVSTRISSIMVM ET OPTI-*mum principem D. Fridericum Palatinum Rheni, & ſacri Rom. Imp. Electorem.*

Additus eſt Index rerum & Quæſtionum in toto hoc opere pertractatarum locupletiſſimus.



EXCVDIT

IOANNES CRISPINVS,

M. D. LXVI.



Illustrissimo optimoque principi D. FRIDERICO Palatino Rheni, & sacri Roman. Imp. Electori,

SIMON SIMONIVS, S.

AFFERO tibi, PRINCEPS ILLVSTRISSIME, hos nostros qualescunque COMMENTARIOS. Eos tu, quæso, pro summa qua polles benignitate accipere, & eorum scribendorum, tibique dedicandorum rationem audire ne graueris. Deliberanti mihi à primis ætatis temporibus, quódnam potissimum sequerer viuendi genus, quibusque me studijs dederem, Philosophia imprimis innumerabilibus ac propè infinitis opportunitatibus referta, visa semper est. Præterquàm enim quòd nos ipsos nobis notos reddit, admonétque continenter, quid natura nostra postulet, quid recuset, quo pacto vitia expellamus, & sensus rationi obedientes præbeamus, illud etiam habet omnium maximum, quòd cùm cæteræ omnes artes angustis quibusdam finibus contineantur, ipsa sola omnium rerum tam diuinarum, quàm humanarum admirabilem quandam notitiam nobis patefacit. & nostræ felicitatis effectrix, ea saltem ratione dicitur, quia Dei opt. max. naturam contemplando illius ipsius Dei quem contemplamur nos quodammodo participes reddit. Quemadmodum enim oculus cùm albedinem percipit, & ipse etiã exalbescit, omnique eodem semper colore, quem ipse intuetur coloratur, sic animus noster principem illum Deum contemplans, in eaque iucundissima contemplatione conquiescens Diuinus euadit. Huic igitur cælesti sciẽtiæ cùm in ea tot frugiferæ atque fructuosæ, vitæque

hominum vtilia tradi viderem, propositis etiam insignium virorum exemplis, meas omnes rationes vigiliásque perpetuò dicatas esse volui. Et nunc annus agitur duodecimus, ex quo me ad eius studium adiunxi totum, cuius iucunditate ita meus perfunditur animus, vt eius amore, magis magísque in singulos dies capi videatur. Neque enim illud me ab incœpto deterruit, quòd viderim multorum & superioribus temporibus, & nostra etiam tempestate philosophantium, impias & nefarias extitisse opiniones. Iam enim ex Platone & Aristotele didiceram, res propè omnes quanuis suapte natura bonas, pro illius tamen ingenio in quem inciderunt, aut maxima incommoda, aut ingentes vtilitates afferre. Qua in re nostri etiam temporis deploranda est calamitas: multos enim videre est, eósque quos minimè omnium oportuit, ita studia hæc spernere, ita ab illis abhorrere, vt omni prorsus sensu & iudicio eos carere dixeris: atque hinc fit, vt quicquid agant, quicquid doceant, vel scribant, ita mancum perplexumq́ sit, vt neque vnquam vel aliis vel sibi satisfacere possint. Nec me etiam latet, quod superstitiosus aliquis dicere posset, In Philosophia scilicet nonnulla esse, quæ Religioni aduersantur. Id ego certè fateor: at illis paucis omissis & repudiatis, innumerabilia tamen ac prope infinita reperies Theologo ita vtilia ac penè necessaria, vt absque iis in sacra rerum Diuinarum adyta, tutò perduci vix possit. Postremò illud addo, nil prorsus in vera Philosophia contineri, quod non (modò dextrè accommodetur) ad Dei cognitionem pertineat, ad eiúsque amorem nos rapiat. Quemadmodum enim cùm colores cernimus à solis lumine illustratos, atque ob lumen illos cerni posse consideramus, magna quadam ipsius solis aspiciendi cupiditas nos incessit: sic cùm hanc vniuersitatem, tam mirabili orbium elementorúmque compage distinctam, tam variis metallorum, plantarum, atque animalium formis refertam, Dei virtutis participem, atque ab illo formatam dispositámque sciamus, fieri non potest, vt alibi quàm in ipso vniuersitatis Authore ac Domino conquiescamus. Quamobrem, mea quidem sententia, multum Theologo Philosophiæ studendum est, neque credendum vnquam tam

excellens donũ hominũ generi à Deo tributum eſſe,niſi vt eo adiuti ad rerũ Diuinarũ cognitionẽ pueri poſſemus,ad eaſq́ intelligẽdas,expeditiores atq; habiliores redderemur. Caput tamẽ illud eſſe dico,in omni arte ac diſciplina cõparanda, nos met intra modeſtiæ fines cõtinere,ſyncerũ & ſalutare iudicium adhibere fidẽmque & religionẽ in Deum caſtiſſimè ſemper cõſeruare. Sed redeo ad rẽ, Illuſtriſſ. Princeps. Horũ ego ſtudiorum gratia domo profectus, Bononiæ primum,mox Ticini,poſtremò Patauij,præclaros atque inſignes in philoſophicis omnibus partibus noſtri tẽporis homines audiui,ex quorum priuatis & quotidianis ſermonibus,cùm ab illorũ latere quoad liceret nunq̃ diſcederẽ,haud paulò maiorẽ vtilitatẽ, quã ex publicis diſputationibus percepi. Qua in re gratias quoque ago Deo opt. max. qui effecerit, vt meorũ ſtudiorũ tẽpora in eos homines inciderint,quorum ſummã ſapientiã atque eruditionẽ,poſteritas etiã omnis admiratura ſit. Quantum verò in Dialecticis & Phyſicis diſciplinis,medicíſque etiã (nã has quoque adiungere placuit) profecerim, aliorum eſto iudiciũ: mihi quidẽ illud ſatis cõſtat, vt multum proficerẽ, & audiendo, & publicè ac priuatim legendo, diſputãdóque me ſedulò ſemper enixũ eſſe. Sumpſi tandẽ Patauij, vbi iã trienniũ audiuerã, & alios haſce diſciplinas docuerã, quadringentáque Theoremata ex omnibus philoſophiæ partibus ſumpta biduum diſputauerã,togam (vt vocant) doctoralem: atque inde vt parenti meo morẽ gererẽ, Lucã reuerſus, tãtum abeſt, vt ſtudiorum meorum rationẽ mutarim (quod ſuadebat pater) vt etiã multò magis quàm vnq̃ antea ſim philoſophatus. nam & Dialecticas & morales Diſciplinas rogatus ſtatĩ alijs explicare, & quæ tùm ab alijs acceperam,tum per me ipſe didiceram,ne fruſtra natus eſſe viderer,literarum monumẽtis tradere cœpi. Scripſi nõnulla ex præceptis excellentiſſimi philoſophi Franciſci Piccolominei,præceptoris chariſſimi, de Ingenio, de Inſtinctu naturali, de Vehiculis animæ, Peripateticorũ ſemp præcepta ſequẽs. Interea cùm in ſuſpicionem quibuſdam Lutheranæ, vt aiunt, religionis nomine veniſſẽ, vocat⁹ in iudiciũ, vt eius rationem redderem, cùm viriũ mearum imbecillitati (quæ mea culpa eſt) nõ ſatis cõfiderem, fuga ſaluti conſului, atq; in Eccleſiam Dei, quod iampridem optaueram, tandem aliquando me recepi. Itaque Geneuam quamprimùm veni: vbi

mihi tot votis exoptatam conscientiæ meæ libertatem, cum pura Euangelij luce consequuto, hoc etiam accessit; vt ab amplissimo Senatu, summa (qua vti semper solet) humanitate exciperer, & in numerũ eorum qui publicè in hac celeberrima Academia docent, cooptarer. Quò sanè effectum est, vt ad pristinum studiorum meorum vsum redeundi, operámque iniuria temporis intermissam repetendi, mihi fuerit imposita necessitas. Multa hoc toto anno in auditorum meorum gratiam atque vsum ex Aristotelicis dogmatibus explicaui, librum enim Aristotelis περὶ μνήμης καὶ ἀναμνήσεως, *primum, quòd ita iussus essem, mox* φυσικῆς ἀκροάσεως. *priores quatuor libros dialecticósque nõnullos vnà sum interpretatus. Quo in munere obeundo quid ego præstiterim, ne nimium arrogare mihi velle videar, libenter tacebo. Vnum illud non prætermittam, studium me quãtum potui diligens adhibuisse, ne vel Aristot. sententiæ tenebras offundendo, vel aliquid quod ad illam illustrandã pertineret omittendo, auditorum meorũ studia fallerem, & ꝑ viribus, vt eorum cõmodis & publicè & priuatim consulerem, elaborasse. Placuit autẽ hoc tẽpore nonnullis nostræ Academiæ hominibus, vt in nostræ Scholæ vsum meas illas explicationes publicas prælo mandarẽ, & in publicum emitterẽ: quorum iudicium & authoritatẽ detrectare, cũ mihi liberũ nõ esset, non alienũ fore duxi, si hasce quoque lucubrationes priuatas in librum* ΠΕΡΙ ΑΙΣΘΗΤΗΡΙΩΝ ΚΑΙ ΤΩΝ ΑΙΣΘΗΤΩΝ *eiusdem Aristotelis, hoc eodem anno euigilatas, quasi vna eadémque opera exire paterer. Qua etiã ratione fieri posse putaui, vt nõ modò nostros auditores, sed omnes etiam Philosophiæ studiosos, aliqua saltem ex parte iuuarem. Res tamen lubrica, fateor, in tanta præsertim clarissimorum Philosophorum corona, quorũ censuram fugere, Iuuenis ego omniũ infimus nec velim, nec possim. At magna conantem honestũ est præclaram saltem voluntatem suam aperuisse. Mihi quidem ad hæc aggrediẽti, nulla spes gloriæ ꝓposita fuit: etenim ingenij mei imbecillitatem tarditatémque noui, quo fit vt magnificentiùs de me sentiri minimè cupiam, nullúmque nomen ex hoc illustrius exoptem, quàm quod mea conditio sustinere queat. Hoc onus ea tantùm ratione suscepi, vt honestæ aliorum voluntati parerem, eáque spe vt quibusdam si non omnibus prodessem. Etenim si non multũ,*

non

non tamen omnino nihil ornamenti ad commentationes horum librorũ mea opera accessisse puto. Me certè arrogantiæ accusari nunquam iure posse sat scio, quasi tot præclarissimorum Philosophorũ commentarios veluti imperfectos & mancos absoluere, traditáq; ab illis aut reprobare, aut diligentius perquisitiusque tractare velle videar. Nam quemadmodum in bello non modo Imperatorẽ, sed etiam Tribunos & Centuriones eiusdem aciei, mutuum sibi auxilium inuicẽ præstare, si opus sit, militésque suis omnibus modis iuuare oportet: ita in his philosophicis studiis & certaminibus cum summi viri Marcus Antonius Ianua, Vincentius Madius, Franciscus Vicomercatus, Antonius Franciscus Fabius, Franciscus Carolus Piccolomineus, Maynettus Maynetius, Bernardinus Tomitanus, Flaminius Nobilius (quos ferè omnes præceptores vel voce vel scriptis habui) nostra tempestate imperatoriũ munus præclarè, strenuéque obierint, obeántque. Ego quoque cui ordinem aliquem ducendum Dominus dedit, meum qualecunque præstare officium possim, desiderari, sinere non debeo. Egregiam quidem magis operam aliquando præstare animus est, si ille idem Dominus dederit. Quod vt non consequar culpa certè negligentiæ meæ non eueniet, nam & accurata diuturnáque Græcorum, Arabum & Latinorum philosophantium lectione, exquisitáque excussione ita delector, vt nullis vigilijs nullisque laboribus adhuc parcam, quò desiderio meo planè satisfacere queam. Hoc itaque meum iuuandi & parẽdi desiderium, si quò cupio euadet, Deo ipsi à quo omnis sapientia emanat acceptum referam: sin minus, hunc saltem ex eo percipiam fructum, quòd intelligam, rectáne institerim via, an alia post hac mihi insistendum siet. Habes iam, Illustriß. Princeps, instituti mei rationem: cognosce nunc reliqua.

Mihi Geneuæ in meo munere versanti, illud præter cætera iucundissimum, atque iamdiu optatissimum contigit, vt cũ Theodoro Beza Theologorum nostri temporis ferè principe, atque in omnibus scientiis erudito, versari possem. Qui, vt est summa quadam lenitate, & comitate vitæ gratiosus, ita mea consuetudine semper delectatus est, vt me sibi planè intimum esse voluerit, egóque cum eo semper, quoad licet, æque libenter atque cum altero parente viuam. Is igitur cùm familiariter multis de rebus

unà colloqueremur, incidit in eum sermonem, vt pietatem ac religionem à te susceptam, atque castißimè conseruatam admiraretur, Heroicas & præclarissimas virtutes tuas, summis laudibus extolleret, humanitatémque illam qua te omnes præditum esse narrant suspiceret, tandémque inter cæteras præstantißimas cogitationes actionésque tuas, illi quoque suum locum non deesse diceret, quòd literarum omnium studia, magnis propositis honoribus, præmiisque, per te excitentur, ac in celeberrima academia tua Hydelbergensi aßiduè floreant. Facis vt summum ac sapientißimum Heroem decet, Illustrißime Princeps. Haud enim ignoras, quemadmodum belli ita etiam pacis proprias quasdam artes esse: sit igitur cùm bellum viget in precio ars militaris, fortitudo, ac in laboribus tolerandis patientia: pacis autem tempore, literarum studia colantur, quæ ad iustitiam, temperantiam, sapientiámque nos perducant. Nam in bello quidem vel licentia obtinet, vel metus ipse nos continet in officio: at cùm timore vacui in ocio degimus, facilè petulantes atque superbi redderimur, nisi emendatrices morum Disciplinæ accesserint. Iure igitur inquam, Tu qui hæc optimè omnium nosti, honorum & præmiorum spe, præclara ingenia ad bonas artes colendas allicis. In hac autem omni rectißima laudandarum rationũ tuarum via sic iam feliciter es progressus, vt te & ditioni tuæ felicitatem comparasse, & inter cæteros Germaniæ Principes natum esse existiment omnes, qui sis vere religionis Christianæ, maximarũque virtutũ pietatis, sapientiæ, iustitiæ, æquitatis, atque humanitatis, cùm insigne Principibus aliis ad imitationẽ exemplum, tũ illustrißimũ Germaniæ toti ad summã gloriã ornamentũ. Hac itaque eximiarũ virtutũ tuarum fama captus, Illust. Princeps, iampridem omnia mea, méque ipsum tibi libētißimè addixi, tanta pietate amplitudinẽ tuã colens, vt neque etiã illis à quibus maximè obseruaris cedere velĩ. Cuius mei in te studij & obseruãtiæ cùm nullum aliud edere monimentum propter imbecillitatem meam possem, volui Commentarios hosce in tuo Illustrißimo nomine apparere. Hic verò gratiæ etiam Deo mihi eò nomine agendæ fuerunt, quòd D. Iunius tuus à secretis, cùm paulò antè ad Ducem Sabaudiæ Legatus proficisceretur, vir excellens summáque prudentia, &

rerum

rerum propè omnium cognitione ornatus, mihi sese obtulerit, quem in hoc qualicunque munusculo tibi offerendo, pro sua humanitate interpretem habere potuerim. Tu ergo qui maiestatem ac personam Diuini herois, apud Christianos omnes refers, pro singulari illa tua facilitate, ne, oro, munus ipsum quantumuis tenue aspernator: sed si minus ingenio (quod exiguum esse sentio) industriæ saltem ac diligentiæ, quam in his rectissimis Philosophiæ studiis non mediocrem posui, honestóque desiderio meo faueto. Quod si, ut spero, fiet, non modò amplissimos meorum laborum fructus, sed etiam votorum quasi summam mihi videbor consequutus. Vale. Geneuæ, M. D. LXVI.





Candido & æquo Lectori, S.

NON me latet grauissimos Philosophos tum antiquos, tum recentiores, hos libros ante me diligenter interpretatos esse: & ita quidem, vt summam doctrinæ laudem ex eo sint consequuti. Illud tamen satis intelligunt omnes, non vni datum esse vt omnia possit animaduertere. Præterea si quis attentius illos legat, multa fortasse minus accuratè explanata, quædam etiam confusè ac perturbatè falsóque etiam (nec Græcos nec Auerroem etiam ipsum vel Latinos puto excipiendos) dicta esse deprehendet. Ego igitur non vt qui omnia possem, eóque consilio, vt palmam aliis præriperem, accessi: sed vt pro viribus quæ obscuriora mihi esse videbantur (sunt illa quidem certè non pauca) cùm iis quæ ab aliis doctissimis Præceptoribus accepi, tum iis quæ per me ipse inueni, illustrarem, multáque ab aliis cõniuentibus oculis prætermissa supplerem. Iamdiu enim est quòd sententiam illam summi Peripatetici Themistii, ad hanc rem pertinentem cogitamus. Hæc vt commodiùs præstare possim, quémnam in interpretando ordinem sequuturus sim, paucis aperiam. Primùm omnium, verba Aristotelis ex Græco exemplari translata proponam, ad verbum quàm potero fidelissimè reddens: ita tamen, vt neque sensus orationi suus desit, neque sit paraphrastica ἐξήγησις. In hoc enim Argyropylus, in illo vetus interpres est sæpissimè lapsus. Breuis & concisus est Author hic noster, ita vt si vel minimum eius verbum inuertas, tota aliquando ruitura sit sententia: propria ac maximè significantia nomina amat, aliena igitur atque extranea illorum loco non sunt obtrudenda. Verbis ita propositis, sensum quem germanum putabo, afferam, ex quo partium etiam inter se nexus apparere possit. Partes deinde in suas particulas quando & quomodo opus erit distribuam. Distributas sigillatim suo loco expendam: si quæ erunt obscuræ vel ob verba vel ob sensum, eiusdem Aristotelis, si fieri poterit, sin minus aliorum interpretum, Græcorum præsertim, & Arabum dictis illustrabo: præterea verò propria vniuscuiusque partis Theoremata annotabo: quæ tandem quum locus postulabit dubitando diligenter examinabo, propositáque veritate determinabo. vbique autem, si qua sunt quæ inter se pugnare videantur, conciliabo. In quibus omnibus eo genere orationis vtar quod

διδασκαλι-

διδασκαλικον & perſpicuum eſt: Philoſophis hoc familiare: Sophiſtis verò quod perplexum & obſcurum. Ad hæc multa ex illis vocabulis quæ in Philoſophorum ſcholis vſitata ſunt, vt Animaſticum, Ens, aliáque huiuſmodi, licet prorſus barbara, Ammonii præceptum ſequuti, & quòd non facilè ſine orationis obſcuritate, ſenſúſque diſpendio, in alia Latiniora ſubſtitui poſſent, retinere voluimus. Superſtitioſi fortaſſe in eo aliquibus videri poterimus, quòd ſigillatim vbi opus eſt loca Ariſtotelis aut Interpretum citemus: præterea, quòd in Ariſtotelis ſenſu proponendo idem pluribus repetere videamus. Sed ſi Græcorum interpretantium morem, commoditatem legentium, atque Interpretis munus ſpectare quis volet, nos in ea re nulla dignos vituperatione iudicabit. In ſumma, ſtuduimus, quantùm fieri per nos potuit, perſpicuitati. Vale, optime Lector, & voluntatem noſtram ſtudiúmque proba.





Χρῆμ' ἱερὸν, πῶς δ' οὐ; τὸ νόου φάος· ἀλλὰ τί πλεῖον;
ὄμμ', ἀκοήν, μνήμην τὴν μερόπεσσ' ἀφέλης.
Τοῖς καλὰ πάντα, βίου ὄφελος μέγα πρόφρονες αἰὲν
φραζόμενοι, φρεσὶν ἧς βαλλόμενοι ἐνδυκέως.
Νῦν σε φύσις τό, δίδαξεν Ἀριστοτέλης βαθὺς ἤδη·
Νῦν δὲ Σίμων ἐνὶ ταῖς θῆκε σαφὲς σελίσιν.

Φραγκίσκου πόρτου τοῦ Κρητός.

Αἴσθησιν πλάσσειρα φύσις πόρεν, ἠδέ τε μνήμην
ἀνθρώποις, φύσεως ἀμφότερον τὸ γέρας.
Ἄνδρες ὅμως λελάθοντο ἀϊδρείῃσι νόοιο
αὐτοὺς τ' αἰσθομένους καὶ μιμνησκομένους.
Καὶ τυφλοὶ κε γένοντ'· Αὐτὰρ σοφοὶ ἐκ θεοῦ ἦλθον,
ὧν πέρι συμπάντων λάμψεν Ἀριστοτέλης.
Ἀτραπιτὸν, τῇ ἄνδρας ἄγει εὔκληρον ἐς ὄλβον,
εὗρεν Ἀριστοτέλης, ἐκτελύπωσε Σίμων.
Εἰ δὲ μέγ' αἰσθέσθαι καὶ μνήμονα καὶ σοφὸν εἶναι,
γνῶμεν Ἀριστοτέλει καὶ Σίμωνι χάριν.

Ἰωάννου Σερράνου.

EIVSDEM.

Quæ secreta homines cælat Natura, corusco
Lustrauit radio doctus Aristoteles.
At quis tanta oculis illius lumina Solis,
Et varium possit sustinuisse iubar?
Has quicunque cupis Naturæ agnoscere vires,
Huc ades, hic dextris dux micat auspiciis.
Nánque Simon ne lux queat hæc perstringere visum,
Accessu facilem præstat Aristotelem.
Ista quidem multi multis conatibus ausi,
Cœpta sed euentum vix habuêre suum:

QVAE VERO NATVRA SAGAX MIRACVLA FINXIT,
ARTIFICI EVOLVVNT HAEC MONVMENTA LIBRO.

Petri Nunii Velii.

Sensiferos motus, memorésque acerrimus arte
Ingenióque, pater cernit Aristoteles:
Naturæ rumpit portas, & ferrea claustra
Atque abstrusa sacro pectore multa videt.
At lucem abscondit claram mortalibus ægris
Dum nimium breuiter nectere verba cupit.
Ergo legas docti doctissima scripta Simonis,
Scripta quibus tenebras discutit ille nigras,
Insigni ornatus mentem diuinitus arte,
Ipsíque ingenio par vel Aristoteli.



SIMONIS SIMONII LVCENSIS COMMENTARIVS IN LIBRVM ARISTOTELIS,

ΠΕΡῚ ΑἸΣΘΗΤΗΡΊΩΝ ΚΑῚ ΤΩ͂Ν ΑἸΣΘΗΤΩ͂Ν.

Id est de organis sensuum & sensilibus.

ΠΕΡΙ ΑΙΣΘΗΤΗΡΙ'ΩΝ ΚΑΙ ΤΩ͂Ν Α'ΙΣΘΗΤΩ͂Ν
A quæ nobis Aristoteles scripta reliquit, ita subtiliter & do-
ctè ab eo sunt exposita, vt nisi quis multùm diligentiæ ac
studiũ adhibeat, non facilè rectã germanámque eorũ intel
ligentiã sit assequuturus. Quãuis enim omnia fermè Ari-
stotelis scripta sint eiusmodi, vt non stupidũ ignauúmque
lectorẽ, sed excellẽti ingenio constãtique animo præditũ
desiderẽt, hic tamen vnus, ob quęstionũ pulcherrimarũ & subtilissimarũ co-
piã quam continet, hominẽ nõ modò non inertẽ, sed multarũ etiã & difficili-
marũ rerũ cognitione imbutũ exigit. Nobis igitur ad illius explicationem ag-
gredientibus, nonnulla ptimùm Grȩcorũ more, placet præfari, quȩ & nobis
ad interpretandũ & aliis ad nostrã interpretationẽ percipiendã cõtinẽdám-
B que, non mediocriter cõferre possint. Hæc à Græcis προλεγόμενα, à Latinis præ-
fationes dictæ, variè agitari solent: nos tamen quinque tantùm capita exami-
nanda sumemus: Ordinẽ libri, quẽ scilicet hic noster tam prȩcedentiũ quàm
sequentiũ ratione obtineat: Scopũ eiusdẽ, Inscriptionẽ, Distributionẽ in par-
tes, postremò Vtilitatem. Alia omnia quæ Simplicius & Auerroes aliquando
ptoponũt, tanquã minùs vtilia consultò prætermittemus. Hæc verò quȩ prin-
cipẽ locũ tenẽt, & sine quibus interpres, vix ac ne vix quidẽ Authorẽ aggredi
potest, libẽter retinemus. Ordinẽ enim libri, rebus dicẽdis perspicuitatẽ præ-
stare satis cõstat: Scopũ, tractationis materiã excutere, eiúsque cognitionẽ nõ
minùs legenti ad quidlibet intelligendũ prodesse, quàm nautæ ad tenendum
portũ ad quem aspirat, inspectionẽ Cynosuræ. Inscriptio quoque, licet ad no-
titiã scopi multùm cõferat, quia tamẽ artis nescio quid amplius habet, quàm
simpliciter intuenti appareat, fit, vt ipsius quoque non modica ratio ab inter-
C pretibus sit habẽda. Diuisio, rerũ dicendarũ seriem numerũque cõplectitur:
quô fit vt ingredientiũ animis integram quodãmodo tractandarũ rerum pos-
sessionẽ statim præbere videatur. Vtilitas quȩ laboris prȩmiũ pollicetur, exci-
tat animos scientiȩ desiderio & cupiditate. Sed vt ad rem ipsam tandẽ venia-
mus, Illud omnibus satis constat, hunc libellum in illa physiologiȩ parte col-
locandũ esse, quȩ Parua Naturalia complectitur. At ne quid à nobis ignotum
ponatur, agè nonnulla priùs de huius denominationis ratione dicamus.
PARVORVM NATVRALIVM denominatio à Latinis inuẽta est, Grȩcis ptot-
sus ignota. Hi enim, vnũquemque ex libellis sub huiusmodi inscriptione con-
tentis, proprio nomine vocarunt, cõmune istud omiserũt. Hoc verò nomine,
designant Latini, omnes illas tractationes in quibus Aristoteles de passioni-

A bus communibus animæ & corpori doctrinam reliquit. Quænam verò sint illæ, inferiùs suo loco declarabimus. Ratio autem inscriptionis, facilè à nobis percipi poterit: si, quid per NATVRALE, mox, quid per PARVVM significetur, exponamus. Naturale hîc nihil aliud significat quàm quod intra Naturæ limites continetur: atqui huiusmodi sunt omnia de quibus in hisce libellis agitur: iure igitur naturalia dicta sunt. Assumptionem facile est probare, si verba Aristot. in 6. metap. cont. 2, & in primo de anima cont. 16, & in secundo Physicæ auscultationis non semel repetita videamus: Naturalis, inquit, proprium est formam in materia considerare, ac per materiam sensilem definire, cùm nihil habeat quod non sit vt Simum, & cuius ratio à motu & materia separari possit. Talem igitur formam qui considerat, vel saltem accidentia talis formæ, iurè naturalis dici poterit: testis est Aristotel. in « primo Cæli, cuius hæc sunt verba: Scientia de Natura fermè plurima versatur « in corporibus & magnitudinibus, & horũ affectionibus, & motionibus, prętere « rea verò in principiis quæ talis substantiæ sunt. Quòd autem hęc de quibus in his libris agitur, tales affectiones sint, patet, atque ex his quæ infrà dicemus adhuc planius fiet. PARVI nomen, non ratione exiguitatis librorũ additũ est (leuis enim denominandi ratio ista esset) neque ob id quòd res agãtur non multi momenti (commentatio enim de anima, cuius istæ sunt appendices admirabilis atque altissima est) sed quia harum rerum tractatio, multa in libris
B de anima explicata omittit, quæ vt hîc afferri deberent, ita non afferuntur, sed tanquam ibi exquisitius atque altiùs tractata supponuntur. Hoc do- « cet Aristot. in exordio huius libri, dum ita loquitur: Quæ igitur de anima di- « cta sunt, ponantur, & de reliquis dicamus, primúmque de primis. Et paulò in- « ferius, Sed de sensu & sentiendi actu, quid sit, & quare accidat animalibus hęc « affectio, dictum est priùs in his quæ de anima. Quòd si Parua etiam ista dici, asserere vellemus, ob id quod leuiora sint: quàm quæ in precedenti de Anima commentatione de iisdem ferè rebus dicuntur, non esset à mente Aristotelis eiusdémque consuetudine alienũ, qui cùm tres de moribus tractationes ediderit, vnam illarum, nomine Magnorum moralium inscripsit, non, quòd plura, illis quæ ad Nicomachum vel Eudemum scriptæ sunt complectatur: sed quòd de grauioribus atque altioribus agat. Nimis fortasse multa de inscriptione hac, quæ neque Aristotelis est, neque ex alio quàm ex vi nominis pendet, dixisse nos alicui videri poterit: at si is, non temerè aliorum inuecta reiicienda esse didicerit, ex Auerroe in præfatione posteriorũ Analy. & Aristo
C telem ipsum rationibus ex vi nominum sumptis, in primo Meteor. aduersus Anaxagorã, & in multis aliis locis vti animaduerterit, hæc à nobis iure omitti in hac præfatione non potuisse, quinimo propè necessaria fuisse cognoscet: Quare ad reliqua pergamus oportet. Quem locũ PARVA NATVRALIA in physiologia obtineant, declarat Aristotel. statim in initio huius libri « cùm ita loquitur, Postquam de anima per seipsam, déque singulis eius poten « tiis determinatum iam antea est, proximum est vt de animalibus agamus, ac « de omnibus quæ vitam habent, quæ sint propriæ & quæ communes ipsorum « actiones. Pertinent igitur ista ad partẽ quæ est de Animalibus. Sed hîc duplex sit quæstio, vna, qua quæritur, quẽnã locum libri ipsi de Animalib⁹ in physiologia obtineãt: altera quæ est explicatu difficilior, quẽnã scilicet inter se ordinẽ Animastici libri (multi enĩ sũt) habere debeãt. Nos vt priori quæsito satisfaciam⁹, sententiã ab Aristot. in primi libri Meteorologici initio, de re hac « positã, audiẽdã esse dicimus, quæ ita habet, De primis causis naturę, & de om « ni motu naturali dictũ est. Prima est hæc pars physiologiæ quę 8. libris sermo-

num

A num naturalium priorum continetur: in illis enim de primis & communissimis principiis rerum naturalium, eorundémque accidentibus agitur. Dico primis, vt materia prima & mouente primo, & hoc nō absque ratione: Cùm ex materia prima, formæ, quibus res physicæ actu sunt, à solo agente educi possint, quas deinde proprii fines cōsequantur. Formam etenim primam & primū finem non considerat physicus, sed metaphysicus, vt docet Auerroes " in tertio libro metaphy. com tertio. Ratio est, quia prima forma & primus " finis quà tales sunt, ab omni motu, omníque abstrahunt mutatione. Materia verò prima, mouénsque primum, motū mutationémque à quibus nunquā discedit speculatio physica, habēt sibi semper annexā. Quare agere quidē de forma quæ per motū habetur, & de fine qui hanc consequitur, ad physicū spectat: primæ verò formæ, & vltimi finis cōsideratio, superiori artifici, i. B metaphysico relinquenda est. Hoc Albertus Magnus in secūdo physicæ auscultationis tract. secūdo, cap. 2. pluribus declarauit: quæ tamen omnia sunt ex verbis ipsius Arist. sumpta, qui in fine prioris phy. ita loquutus est: De prin " cipio autem secundum formam vtrum vnum an plura, & quot, aut quæ sint " considerare diligenter, primæ Philosophiæ munus est: de physicis autē & in- " teritui formis obnoxiis, in postremis demōstrandis dicemus. Et ibi Auerroes " optimè notat, speculationem formarum non ad vnam scientiam pertinere. Ex quo obiter illud colligere placet, non omnino esse iis assentiendum qui docent, Aristot. in primo physicorum ob id tantùm de materia prima egisse, vt Antiquorum errata detegeret, eorúmque de principiis sententias falsas è medio tolleret, alioquin, exordium suæ tractationis à secundo libro fuisse sumpturum. Hæc, inquam, non satis probanda sunt, cùm neque ita dicētes, C rationem ferè vllam cur de primo motore in octauo eius tractationis volumine agatur, afferre possint: neq; quónam in loco de materia prima, quà prima agendum foret, declarare valeant. Sed de his aliàs pluribus: Nūc satis sit significasse, Aristot. per primas causas materiā primam & primum Efficiens intelligere: ac proinde verbis illis libros De naturali auscultatione vocatos designare: quod item particula, κινήσεως probat, cùm de illo in tertio eius tractationis, ob naturam, in reliquis verò quatuor postremis ob primum Mouens, vel etiam ob seipsum (prima enim passio corporis naturalis est) agatur. Sequitur Arist. in eodem exordio: Præterea verò de astris rectè dispositis, iuxtà " lationem superiorem, & de elementis corporeis quot & qualia. Absoluitur " hæc pars in libris quatuor de Mundo (ita rectè vocant Alexander & Olympiodorus) in quibus de simplicibus illis corporibus quæ primò ex principiis D antea expositis coaluerunt, i. de cælo & quatuor vocatis elementis agitur: in duobus enim prioribus, de ipso corpore cælesti, præterea verò de Astris, in posterioribus autem de elementis quatenus simplicia corpora sunt, partésque vniuersi, agitur. Quò etiam fit, vt nulla ratione illorum sententiam probem, qui libros de Mundo, libros de Principiis inscribendos putant: ac si cælestia corpora tanquam agentes & mouentes causæ, grauia & leuia tāquam materia rerum naturalium sint habenda. Primùm enim, aduersantur verbis illis primi Meteorologicorum, in quibus non simpliciter elementi nomen legitur, sed elementi corporei: ità enim habent, Καὶ περὶ τῶν στοιχείων τῶν σωματικῶν: Præterea primis verbis prioris de Cælo quæ sunt: Scientia de natu- " ra ferè plurima versatur in corporibus & magnitudinibus, in horum mo- " tionibus atque passionibus, adhuc autem in principiis, quæ talis sub- " stantiæ sunt. Simplicius talem ex hac propositione consequutionem colligit, (nempe) Postquam de principiis naturalibus actum est, oportet

de corporibus & habentibus corpora dicere. Et Auerroes ibidem initio suæ A
» commentationis ita loquutus est: Liber de cælo est primus in ordine libro-
» rum particularium, in quibus particulariter de singulis totius mundi parti-
» bus loqui cœpit. Si ergo Aristoteles in illis libris, de corporibus & habenti-
bus corpora, partibúsque Vniuersi compositis verba facit, quî fieri poterit,
vt inscriptio de Principiis sit eis propriè accommodata? Addit Philosophus
» in eodem procemio meteorologico, Et de ea quæ inuicem fit permutatio-
» ne, & de ortu & interitu communi. Tertium describit librum physiologi-
cum, qui De ortu & interitu inscriptus est: ibi namque de elementis iisdem
de quibus in postremis duobus libris de cælo egerat, non tamen eadem ra-
tione, sed quà principia mixtorũ sunt, noua, subtilis ac longa traditur doctri-
na. Noui permultos eósq; clarissimos Philosophos esse, qui aliter verba ista
Aristot. interpretentur: nos verò Olympiodorum, & Philoponum hac in re
libenter sequimur. Argumentum autem, quo adducti aliter illi sentiãt, tale B
est: Nã cùm in libris de ortu & interitu primùm de ortu cõmuniter agatur,
mox de alteratione mutua elementorum: quî fieri poterit, vt verba hæc in
quibus alteratio mutua, generationi cõmuni præponitur, ad illos respicere
dicamus? Quare addũt, Libros duos De cælo posteriores, illis verbis potius
designari, quàm eos qui De ortu & interitu vulgò inscripti sunt. Nos autem
dicimus primùm, rationem istam, illi etiã interpretationi aduersari, cùm in
tertio lib. de cælo, primùm nõnulla de generatione vniuersim ab Arist. præ-
mittantur, mox quæ ad mutuam elementorum mutationem pertinent, ex-
planẽtur: Præterea argumentũ illud nullũ momentũ habere ita ostẽdimus.
Cõstat Arist. hîc ex proposito partes suæ physiologiæ enumerare. Sũt igitur
eius verba propriè simpliciterque accipienda, ita vt partes illas ab eo propo- C
ni existimemus in quibus per se & propriè de physiologicis tractat. Patet au-
tem in libris ipsis de ortu & interitu inscriptis, ex proposito, & per se, de ge-
neratione, mutuáque elementorũ mutatione alteratioṅéque: in libris verò
de cælo ex accidẽti potius de iisdem doctrinam fuisse institutam. Quare ver-
bis illis, non libros de cælo, sed de ortu & interitu notari putandum est. Quæ
verò diximus probari possunt Aristot. ipsius testimonio, qui in primo libro
» de ortu & interitu ita loquutus est: De ortu autem & interitu eorum quæ na-
» tura fiunt & intereunt, æquè de omnibus, & causæ diuidẽdæ & rationes de-
» terminandæ. Præterea verò de Alteratione & Auctione quid vtrũque sit. In
» exordio verò tertii libri tractationis de cælo aliter. ait enim, De primo igitur
» elementorum dictum est, & quale quid est secundum naturam, & quòd est
» ortus & interitus expers. Reliquum est autem de duobus dicere, simul verò
» accidet de his dicentibus, de ortu & interitu considerare. Obiter igitur ibi i- D
sta pertractantur, atque hoc ob eam fortasse præcipuam causam, quòd cùm
ibi de elementis quà partes Vniuersi sunt, sermo fiat: Vniuersum autẽ ipsum
æternum perpetuúmque sit, videri alicui potuisset, elementa etiam æterna
poni debere: Ex non æternis enim, qua vnquam ratione æternum cõstitue-
tur? Atqui videmus tamen elemẽta assiduè oriri atque interire. Arist. igitur
vt declararet qua ratione, elemẽta æterna, & interitui obnoxia dici debeãt,
de Generatione vniuersim primùm nõnulla, mox de mutua elementorũ ge
» neratione disputare voluit. Sequitur, Reliqua autẽ pars hui⁹ methodi est cõ-
» sideranda, quam omnes veteres Meteorologiam vocab ant. Quartã partem
physici negotii innuit: in qua de iis quæ in sublimi (id est in spatio quod in-
ter terrã & ignem est) ex duplici halitu oriũtur, tractatio, trib⁹ libris absolui-
tur. Quartum autem, qui tot difficultates pepetit, tótque lites excitauit, vt
meteo-

A meteorologico argumento cum Aristotele coniungimus: ita ex accidenti potius, quàm essentialirer ad Meteorologiam spectare asserimus. Neque hoc mirum alicui videri debebit, si morem Aristotelis diligenter hac in re obseruet, & quæ doctissimus eius interpres Linconiensis non semel nobis annotata reliquit.

Addit in eodem procemio: Pergentes autem speculabimur, si quid possimus iuxta rationem inductam de animalibus & plantis vniuersim & sigillatim dicere. Exprimit quintã physiologiæ partem siue postremam (ad hasce enim præcipuas enumeratas, libelli alij de physicis conscripti, referunrur) in qua de animalibus primùm ordinem doctrinæ seruans loquitur, prætereà verò de plantis. Libros autem istos De plantis non habemus (duobus exceptis) quemadmodum neque libros de Fossilibus, qui quatuor Meteorologicos
B commemoratos sequebantur.

Priori quæstione ad exitum perducta, reliquum est vt ad secundam pergamus, ad quam enodandam, eodem prorsus modo dicimus: Non aliunde ordinem librorum Animafticorum esse petẽdum, quàm ex ipsomet Authore, qui solus totam hanc litem dirimere poterit.

Verba eius in priori capite secundi libri de partibus animalium ita habẽt, Ex quibusnam & quot numero membris singula animalia constarent, libris Historiarum, qui de his à nobis scripti sunt, planiùs explicauimus: Nunc quas ob causas, quæque iuxta hunc modum se habent consideremus. Hîc intelligere quiuis potest librum de historia animalium præcedere librum de partibus, qui pòst statim sequitur.

In fine deinde quarti eiusdem libri ita loquutus est: Sed de partibus ani-
C malium quam ob causam, quæque sint, dictum iam est in omni animalium genere, quibus explicatis, restat vt de Partibus animalium incessui seruientibus disseramus. Quæ verba licet in quibusdam exemplaribus aliter habeatur rectè tamen à doctissimis viris, ita esse legenda vt nos legimus animaduersum est, cùm si alteram lectionem sequeremur, non facilè appareret qua ratione verba illa quinti libri De generatione animalium, capite septimo explicari possent. Talia autem sunt: De voce igitur quæ non antè disseruimus cùm de sensu aut de anima ageremus, hunc habeant modum. Manifestum igitur est libellum de incessu animalium, librum de partibus eorumdem sequi: quod verba etiam in illius exordio posita comprobãt. Cùm enim in libro de Partibus, animalium partes communi dri modo. simpliciterque propositæ essent, ad particulariores & contractiores (ordinem naturæ sequens des-
D cendendum sibi esse ostendit, quando ita loquitur, De commodis autem animalium partibus ad motionem quæ per locum fit, perscrutandum est. Nec minoris momẽti sũt, quę in fine libelli leguntur: De partibus igitur tum aliis, tum iis quæ ad motum animaliũ faciunt, hoc modo se habet. His autem sic determinatis, proximum est de anima contemplari. Quare qui ad distinctionẽ duplicis ordinis confugiunt, vt hanc difficultatem vitent, aliúmque ordinem inter hos libros ponant, non sunt, vt mihi quidem videtur, audiẽdi. Ex his autem postremò allatis verbis, duo habentur, quorum vnũ est, libellum de animaliũ incessu, librum de partibus animaliũ sequi: alterum verò, libros de Anima post illum statim esse ponendos. Sequitur deinde libellus de instrumentis sensuum & sensilibus, ita enim docet Aristoteles in eius exordio his verbis, Quoniam de anima per se, necnon de potestatibus singulis, quæ per partes illi insunt, tractatum est prius: proximum est de animalibus dicere, & iis quæ vitam habent, quænam propriè, & quæ communes illorum sint actiones:

" & infrà. De facultate igitur qua vnusquisque sensus prædictus est, dictum est " prius. verùm in quibusnam instrumentis corporis apti sint fieri quæritur. Proximus huic est libellus De memoria & reminiscentia, quod testantur hæc ver " ba quæ sunt in fine libri de sensilibus, De instrumētis quidem sensuum & sen " silibus, quónam modo se habeant, dictum est. In reliquis autem de Memoria " & Reminiscentia, præterea de Somno & Euigilatione considerandum est. Ex his duo annotare licet, nimirum, librum de Somno poni post librum de Memoria, in quo libro de Somno Aristoteles librum de Somniis vnum, & alterum de Diuinatione ex somniis vult contineri: quod nobis significauit in epilogo libelli de Diuinatione cùm ait, Quid igitur est somnus & quid somnium, quámue ob causam vtrumque illorum sit: præterea de Diuinatione ex " somniis, dictum est: nunc de Communi animaliū motione dicendum. Ex quibus etiam verbis patet, librum qui De animalium motione dicitur, illos statim sequi debere. Cui deinceps accedit liber De generatione animalium: id enim colligitur expressè ex verbis postremis libri præcedentis, quæ sic habent, De partibus quidem singulorum animalium, & de anima, de sensu etiam, & memoria, & somno, & communi motione diximus, restat vt de generatione agamus. Sequitur liber De longitudine & breuitate vitæ, vt apparet ex postremis verbis quinti libri de Generatione animalium, & prioribus illius. Succedit liber De iuuentute & senectute, mox alter qui est De vita & morte; vt ex verbis in fine libelli De longitudine & breuitate vitę ostēditur: " Quę sunt alicuius momenti & diligenter consideranda: Sursum enim, inquit, " plantæ & ipsius caput est radix, annuæ autem infernè, cùm augmentum, tum " fructus capiunt: Cæterùm de iis seorsim in commentariis de Stirpibus tra- " ctabitur: in pręsentia autem aliorum animalium cùm longitudinis tum breui " tatis vitæ tradita causa est. Reliquum igitur est contemplari de iuuentute & " senectute, de vita & morte: his namque determinatis, tractatio de anima- " libus finem habebit. His in verbis tria sunt animaduertenda; atque illud imprimis, libros de Animalibus (hoc suprà dicebamus) eos qui sūt de plātis pręcedere. Alterum verò, cùm Aristoteles ait, se velle deinceps de Iuuentute & senectute, de vita & morte agere, cōnexa hisce tractationibus vnà velle intelligi. Ista verò sunt liber De Expiratione & inspiratione: & liber De sanitate & " ægritudine: quod designant verba ad finē illius posita. De vita autē & morte, " de iisque illis cognata ferè omnibus dictum est. Tertium animaduersione dignum est, finem speculationis de animalibus in librum de sanitate & ægritudine, desinere; qui desideratur: ad physicum tamen aliquo modo illum pertinere docet Aristoteles, in exordio libri de longitudine & breuitate vitæ " his verbis: De Somno quidē & vigilia dictū est prius, De vita autem & morte " posteriùs dicendum est, atque eadem ratione de morbo & sanitate quatenus " ad physicam contemplationem pertinent. Quòd verò postremus omnium librorum Animasticorum sit liber De sanitate & morbo, facilè est probare: Etenim cùm Aristoteles in fine libri de inspiratione & expiratione narrat: se iam egisse de somno & vigilia, de vita & morte atque de annexis his, non simpliciter loquutus est, sed cùm verbo σχεδὸν, quod Sanè indicat, aliud quid adhuc sibi agendum superesse. Ex his quæ à nobis allata fuerunt, satis constare puto, qualisnam sit inter libros de animalibus ordo retinendus. Res exigeret vt ad illum confirmandum rationes adhiberemus. Verùm illas in commodiorem locum differre, satius esse censemus &, quod ad institutum nostrum magis pertinet, in presentia persequi.

Qua-

Quare de ſcopo(quod quidem ſecundo loco à nobis propoſitum eſt)nunc
A agere aggrediamur. Scopum id dicimus quod & Græci ὑποκείμενον vocant,
Latini verò ſubiectum: neque enim iſta duo re differunt ſed ratione tantùm:
quod ex ijs liquet quæ Ariſtoteles in primo libro Analyticorum poſteriorum
textu vigeſimoquinto docet, Omnem ἀποδεικτικὴν ſcientiam in tribus verſari,
in genere ipſo ὑποκειμένῳ id eſt Subiecto, in affectionibus quæ de ſubiecto proban-
tur, in communibúſque ἀξιώμασι, quibus primis, affectiones ſuo ſubiecto ineſſe
oſtenditur: hoc autem idem eſt ac ſi dicas: In ſcientiis ſubiectum ipſum & ge-
nus ſcibile poni, atque in eius gratiam reliqua omnia conſiderari, vel ad id v-
num referri. Atquî quod primum in aliqua diſciplina propoſitum eſt, & ad
quod omnia alia reſpiciunt, cuiuſque gratia reliqua quodammodo fiunt, fi-
nem eſſe in primo Ethicorũ capite primo docemur. Hæc tamen quæ diximus
B in Scientiis tantùm vera ſunto, quandoquidem cùm illæ formas rerum ſibi
contemplandas ſubiiciant, meritò ſubiectum à fine ſuo diſtinctum non di-
cuntur habere: forma enim idem ac finis eſt, tam ſi ortum artificioſum, quàm
ſi naturalem ſpectemus. Artium alia ratio eſt: hæ enim formas rerum non
contemplantur, ſed materiam veluti natura formis exornant, ideóque ma-
teria ipſarum ac ſubiectum, à forma & fine diſtinguitur: hoc ab inter-
pretibus Græcis non ſemel animaduerſum eſt. Iam igitur ad reliqua per-
gamus.

Quemadmodum duplicem huic libro inſcriptionem diximus eſſe, com-
munem vnam, qua PARVORVM NATVRALIVM primus
eſſe dicitur, propriam verò alteram, qua de inſtrumentis ſenſuum & ſenſili-
bus liber vocatur: ita duplex illius ſubiectum vnicuique inſcriptioni reſpon-
C dens proponendum eſt. Hoc autem præſtitit Ariſtoteles, qui in exordio de
communiori ſubiecto loquens hæc habet, De animantibus, & de omni-
bus quæ vitam habent, quæ ſint propriæ & quæ communes operationes
contemplandum reſtat. Paulò autem infrà quænam iſtæ communes & pro-
priæ operationes ſint, explicat, his verbis, Maxima verò tum communia tum
propria animalium opera ſunt quæ & corpori & animæ ſimul conueniunt,
vt ſenſus, memoria, ira cupiditas, & appetitus: præterea, voluptas & do-
lor: quæ verò omnium vitam habentium communia ſunt, & ex animalibus
quorundam, ſunt vigilia & ſomnus, iuuentus & ſenectus, expiratio & reſpira-
tio, vita & mors. Quæ ſuo loco explicabimus: Interea, illud retinendum eſt,
hîc agi de operationibus propriis & communibus animalium, quod etiam
Alexander in fine ſui primi commentarii monuit. Sed omnium clariſſimè
Auerroes in capite priori Meteorologiæ, vbi ait, Cùm hoc perfecit, deſcen-
D dit ad contemplationem animalium ſimpliciter, quo ad omnia quæ in eis in-
ueniuntur, animam ſcilicet, corpus, & accidentia: at ſpeculatio corporis, id
eſt, membrorum ſimplicium & compoſitorum fit in libris de Animalibus:
Animæ verò in libris de Anima, accidentium autem animæ & corpori in li-
bris qui Parua naturalia dicuntur. Hæc pluribus Auerroes: nos paucioribus
complexi ſumus.

Quare ſi vnicum totius huius tractationis ſubiectum conſtituendum ſit, id
profectò erit quod Auerroes ſtatuit, Animal ſcilicet quod ad eius commu
nes tam animæ quàm corpori affectiones. Primùm enim verba Ariſtotelis
hoc ipſum omnino dicunt. Præterea nihil vſquam video quod huic ſenten-
tiæ obſtare poſſit: Neque enim illud alicuius momenti eſt, quod dicitur, A-
riſtotelem hîc non ſolùm de communibus affectionibus & propriis anima-

lium,sed & plantarum agere. A

Nam licet hoc in exordio libri dicere velle videatur, aliò tamen respicit: cùm præsertim nullum verbum in hisce libris de plantis fecerit, nisi ex accidenti,& quasi aliud agens:tractatióque illa non hanc præcedat sed sequatur: vt authoritate Aristotelis suprà probatum est, & multis rationibus ab aliis confirmatum. Atquî fieri potest vt dicamus, hîc de accidentibus plantarum agi,cùm nondum de ipsis plantis tractatio sit instituta? Subiectum enim genus,esse ponitur in scientia,mox eius accidentia & proprietates declarantur, vt docet Aristoteles in primo analyticorum posteriorum,textu vigesimoquinto & quadragesimotertio.

Dicamus igitur Aristotelem hîc operationes istas vocasse communes animalibus & vitam habentibus; quia de iis operationibus agit, quæ animamali non tantùm quà animal est; id est sensu & motu præditum conueniunt,sed etiam quà viuit, id est, animam vegetantem habet: quæ anima quia in plantis sola est,ideo plantarum quodãmodo propria dicitur,& animal quà vegetans consideratum, simile plantis habetur: atque hac certè sola ratione Aristoteles in his libris affectiones hasce plantis accommodauit. Propter eáque etiam nomine plãtę vti noluit, sed ita loquutus est, Et de omnibus vitam habentibus. B

Hoc quod diximus patebit, diligenter expendenti verba Aristotelis in fine de longitudine & breuitate vitæ, vbi cùm nonnulla de plantis dixisset,
,, hæc subiicere voluit: Sed de his in commentariis de Stirpibus agetur:in præ-
,, sentia autem aliorum animalium cum longitudinis tum breuitatis vitæ cau-
,, sa dicta est. Reliquum est igitur de iuuentute & senectute contemplari,
,, necnon de vita & morte:his namque determinatis, ea quæ de animalibus est
speculatio finem habebit. C

Neque id nobis negocium exhibeat vllum, quòd nimium in hisce versari videatur. Mos enim est Aristotelis vt aliquando commoda occasione ductus de rebus quæ sibi offeruntur in alienis locis pluribus agat quàm opus esse videatur, dummodo ad eundem omnia finem petineant. Multa sunt apud Aristotelem exempla huiusmodi: ac nullus ferè est qui id non animaduerterit.

Sed aliquis fortasse instare acrius posset, Quasi nimirum de hisce passionibus communibus animalium & vitam habentium, hîc agere locus non sit, cùm ad librum potius de anima,ista tractatio spectet: quod probatur, quia eiusdem scientiæ est,de causis & de iis quæ à causis effecta oriuntur vnà tractare: at in libris de anima agitur de principio & causa istorum omnium accidentium, nempe anima: igitur ibidem de eiusmodi passionibus agi debuit. D Assumptio probatur, quia causa & id quod à causa oritur, inuicem referuntur: relatorum autem natura est; vt vnum absque alio diffinitè cognosci non possit & vt simul sunt, ita quoque simul cognoscantur. Hoc docet Aristoteles in Categoriis:Capite de Relatiuis,& eliciuntur ex quinto libro Metaphysicorum, capite decimo quinto. Minor patet, & consequutio, nota est. Confirmatur; quia ista sunt animalium accidentia: vbi igitur de animalibus tractatum est,ibi de his oportuit agi: Probatur consequutio, quia eiusdem scientiæ munus est de suo subiecto & affectionibus eiusdem vnà disputare. Colligitur ex Aristotele in primo posteriorum analyticorum textu quadragesimo tertio. Respondere oportet: de hisce affectionibus tam in libris de anima quàm hîc agi, sed secundum diuersam rationem: quod quidem optimè conuenit: De his sané agitur in libris de anima ex accidenti, nimirum vt ex obiectis

obiectis & actionibus faciliùs nosci possent animæ potestates, quæ ibi pro-
A priè & per se: hîc verò è contra, illa nempe per se, potestates animæ ex accidenti, considerantur. Præterea, vt monet Auerroes in primo meteorologicorum capite primo, ista in libris de anima vniuersaliter & sub quadam ratione communi, vel quà animæ tantùm conueniunt, hîc quà animæ & corpori communia sunt (vel æquè dicas vel non æquè nihil refert) considerantur. Qua in re animaduertendum est, quod in superioribus etiam monui, Aristotelem in libris de anima, multa ex hisce libris sumpta, ex accidenti proponere, ad declarandas scilicet magis facultates animæ. hîc verò è contra, multa ex accidēti sumere quæ in libris de anima per se declarata sunt, vt harum affectionum doctrina planior reddi possit. Argumento ita satisfaciendum est: Illud quidem locum habere in scientiis totis, non item in partibus
B scientiæ. Nam in libris de physica auscultatione de causis agitur, non tamen de effectis naturalibus: ita in libris de cælo, docemur cælum suo motu & lumine omnia ista inferiora producere & conseruare: non tamen de ipsis effectis sublunaribus à cælo productis & conseruatis vlla mouetur quæstio. Et cùm additur, ista esse relata: dicendum est: verum id esse in genere; non in specie. Si dicatur, sensum & sensile esse relata in specie: respondendum vbi dederimus hæc esse relata, satis esse ibidem simul nota fieri quantum ad id quò relata sunt, non autem quantum ad naturam, & ad τὸ εἶναι vtriusque: cùm præsertim hæc ex eo tantùm genere relatorum sint quæ secundum dici Latini vocant.

Ad id quod additur ita respondemus: Si per libros de animalibus intelligamus omnes illas tractationes quæ suprà à nobis sunt enumeratæ, &
C quæ exordium à lib. de hist. animalium sumūt, ad librum verò de sanitate & ægritudine desinunt, vera esse quæ obiiciuntur, nihil tamen aduersus nos facere: at si appellatione librorum de animalibus intelligantur tantùm (vt vulgò solet) libri de historia, & de partibus animalium: dicendum est hoc esse falsum, quia in libris illis nonnisi de materia animalium sermo fit. Quod vt verum sit declarandum est. Vniuersa de animalibus disciplina, tribus cognitis absoluitur: horum primum est animalium essentia, cum sibi propriis operationibus. Alterum est eorundem generatio, quâ scilicet gignuntur, & successione quadam conseruantur. Tertium est vita & mors. Tria hæc Aristoteles admirabili nobis artificio proponit, & primùm confusè omnia (vt solet) mox distinctè & per causas. In libris igitur de Historia animalium à pri-
D mo vsque ad quintum, quid essentia animalium & quæ sint eius operationes docemur. Illud satis patet. Hoc patebit etiā acutè intuēti caput octauū, nonū, decimū, & 11. quarti libri, vbi de sensibus, de somno, de vigilia & de somniis agitur. In quinto verò eiusdem tractationis, de generatione animaliū. In 8. de vita & morte disseruit. At hęc quę ibi cōfusè & quoad τὸ ὅτι tradita sūt: distinctè & quoad τὸ διότι in aliis libris subsequētibus proponūtur. Quantū enim ad essentiam animalium spectat, illa ex materia & forma constat: Prima autem ex hisce essētialibus causis materia est: quod elicitur ex Aristotele, qui aliquando ait, ad cognoscendam naturam artificialium non solùm materiam sed formam etiam nobis cognitam esse oportere: & hoc ipse seruauit in libris physicæ auscultationis, & est sententia Auerrois in primo meteor. in exordio, & in primo physicorum tex. septuagesimo, & tertio eiusdē tractationis textu sexagesimoquinto: quod à Simplicio quoq; aliis verbis dici solet, formā à materia sustentari, materiámque ad receptionem formæ supponi. Præterea natura ipsa in rerū generatione hoc eodē ordine vtitur:

prius enim materiam præparat, ex qua materia præparata forma extúditur, A
mox compositum ipsum naturale oritur. Aristoteles igitur post libros de hi-
storia animalium, posuit libros de partibus animalium, vt tam in genere
quàm in specie de materia ageret: mox addit libros de anima in quibus de
forma, id est, anima ipsa disserit: ex materia autem illa & hac forma, tota ani-
malium essentia eorundémque proprietates habentur, quandoquidem cau
sæ essentiales tam compositorum, quàm proprietatum composita sequen-
tium, causæ dicuntur esse. Hæ autem proprietates multæ sunt: præcipuè ve-
rò Sensus & motus, his enim primùm animatum ab inanimato differt, vt te-
statur Arist. in priori lib. de anima. tex. 19, & in secundo tex. 16. De hisce igi-
tur proprietatibus Arist. in paruis naturalibus agit, quantum attinet ad eo-
rum quatuor libros priores, vt infrà dicemus. Hisce ita constitutis sequitur
liber de Generatione animalium tanquam quinto libro de historia respon- B
dens. Sequuntur postremo loco ii qui respõdent octauo, in quibus scilicet de
vita & morte, atque aliis annexis disceptatur. Ex his apparet quo modo argu
mentum sit inane: Nam licet ad eandem scientiam pertineat subiectum suũ
ponere, eiusdémque accidentia demonstrare, non tamen verum est, vbicũ-
que de materia subiecti agatur, vel de eius forma, ibidem de accidentibus to
tius compositi disseri oportere. Nam, vt exemplo agam, in libris de partibus
animalium, subiectum est pars animalis quà ὁμοιομερὴς est, tanquam totum
quoddam: ibidem igitur agit de substantia partium, id est, tam de ma-
teria quàm de forma ipsarum: præterea verò de accidentibus quà ipsæ tales
sunt, vt omnibus patet: at si istæ partes ad animal referantur, non totum
quid sunt; sed pars animalis tantùm, quæ cũ forma, id est, anima, coniuncta,
compositum efficit, animal nempe vel animatum. Huius animati cõpositi C
vel animalis accidentia quî fieri potest, vt doceantur anteaquam de forma
ipsa, id est, anima disputatum sit? Et hoc est quod nonnulli ex Græcorum sen
tentia rectè dixerunt, libros particulares non habere subiectum propriè lo-
quendo: subiectum enim totius scientiæ est: cùm debeat esse genus scibile
vniuersale, & de omnibus in scientia habitis, dici. Descendo nunc ad parti-
culare subiectum huius libri, quod ex verbis eiusdem Aristotelis clarissimè à
,, quouis elici potest: qui in postremis verbis huiusce libri inquit, Diximus or-
,, gana sentiendi & ipsa sensilia quomodo se habeant tum communiter tum
,, sigillatim: restat vt de memoria & eo quod est meminisse primùm omnium
,, agamus: Quæ verba cum iis conueniunt, quæ in particula quarta, iuxta Ale-
,, xãdri sectionem posita sunt: habent enim hoc modo, Sed quam facultatem D
,, sensus vnusquisque habeat iam dictum est: in quibus autem corporis instru-
,, mentis fiant, nonnulli per corporum elementa quærunt. Quo loco Aristote-
les & in aliis etiam, vtitur nomine αἰσθητηρίου. Nos vero hactenus Instrumẽtum
sensus diximus, ne cum aliis sensorium dicere cogeremur: nõ quia vox bar-
bara sit (hæc enim monstra nõ fugit Philosoph⁹ sed Grammaticus, vt docet
Aristot. in secundo de Physica auscultatione) sed quia obscura nimis sit, ne-
que vim verbi Græci satis explicet: Alii Sensiterium vocãt; sed eodem mor-
bo laborant. Nos igitur posthac ne circunscriptione vti cogamur, verbum
Græcum Latinè proferemus, & aliorum Philosophorum præcepta sequẽtes
AEstheterium vocabimus, id quod instrumentum sentiendi hactenus nun
cupauimus. Hoc verò propositũ esse Aristoteli in hoc lib. testatur & Alexã-
der in sua præfatione clarissimis verbis, & Auer. in primo meteor. ca. 1. Quod
vt perspiciatur, illud tenendum est (quod suprà etiam diximus) Propositum
Aristotelis in libris de anima esse, de anima agere, quæ licet comparata ani-
malibus

A malibus sit pars & forma, comparata tamē suis partibus totum quoddam est,
partésque & passiones habet quæ de ipsa demonstrantur. Hoc verum esse do-
« cet Aristoteles in primo de Anima tex. 3. his verbis: Quærimus autem co-
« gnoscere naturam animę substantiámque, & quæ illi accidunt. Sed quoniam
tractatio de substantia animæ difficillima est, vt docet ibidem in tex. 4. acci-
dentia autem ad cognitionem ipsius quod quid est conferunt, ex tex. 12. eius-
dem libri: hinc fit, vt acturus Aristoteles de sensitiua animæ parte, eiúsque vi-
ribus, antea de actionibus, atque omnium primùm, de obiectis ipsis tanquam
notioribus, vnáque de instrumentis ad sensum requisitis, agat: quod clarissi-
mis verbis significauit in secundo de anima, tex. 33. Nulli igitur mirum vide-
ri debet, si ibi de his quoque agat, cùm hîc ista non ex accidenti & quà ad alte-
rius notitiam conferunt, sed per se & propriè, quò ad eorum scilicet esse, ge-
nerationem & naturam cõsiderentur. Hæc particulariùs declaro, Acturus A-
ristoteles de actu sentiendi, qui non fit absque corpore, necesse fuit vt ibidem
de instrumentis sentiendi ageret vbi & de actu. Præterea vis sentiendi ad actū
nõ ducitur nisi obiecto pręsente (omne enim quod mouetur vel patitur, ab a-
liquo alio mouetur, passionémque recipit, sine quo actio vel passio nunquam
B fiet) atquî sensus in moueri & pati consistit, teste Arist. in secũdo de anima tex.
51 (patitur autem ab obiecto) absque obiecto igitur sensus nunquam fieri po-
terit: ratione igitur facultatis sentiendi vel ipsius actus, de obiectis siue sensili-
bus ipsis actum est. Hoc esse verum docet Aristoteles in eodem libro tex. 66.
vbi spectabile illud esse dicit, cui visus accidit, acsi de spectabili siue de obiecto
visus eatenus tantùm agat, quatenus ad visum refertur, eiúsque notitiam fa-
cit. Ex subiecto ita posito & constituto, patet primùm cur inscriptionem il-
lam libri retinuerimus quæ est, de INSTRVMENTIS SEN-
SVVM & SENSILIBVS, non autem quæ de SENSIBVS &
SENSILIBVS vulgò recepta est. Nouimus quidem quæ ad hanc rem
Alexãder dicat: sed confusionem quantùm fieri potest fugimus, résque ipsas,
vti sunt, detectas & claras, non obscuritate inuolutas cernere adamamus: cu-
ius fortasse ratione Aristot. acrius aliquando in antiquos inuectus est, quàm
res ipsa desiderasset. Ex eodem etiam subiecto patet, cur libet hîc omnes alios
Paruorum naturaliũ libros præcedat. Nam cùm dictũ sit, in hisce libris agi de
accidẽtibus & proprietatibus animalium, quorum priores sunt sensus & mo-
tus, & inter has sensus excellat, hic liber in quo de iis agitur quæ ad sensum
C ipsum pertinẽt, omnibus pręponi iure debebit. At sensus duplex est, exterior
scilicet & interior: sensus exteriores primò animalibus conueniunt, tum inte-
riores: quod patet ex eorum operationibus. hinc fit vt post hunc librum po-
natur, is qui de Memoria & Reminiscẽtia dicitur, quinimo pars etiam huius à
Græcis iudicat⁹ est: hosce autẽ sensus sua sequitur passio, qua ratione tertio lo-
co ponitur liber in quo de sõno & vigilia earúmque annexis agitur. Sequitur
pars quę est de altera ꝓprietate, nimirũ de motu. Sed de his & reliquis libris,
cur scilicet eo ordine ponẽdi sint, quo nos suprà posuim⁹, suo loco agemus: ni-
mirũ cùm ad interpretationẽ illorũ accedem⁹, quod aliquãdo & fortasse ꝓpe-
diẽ à nobis fiet: interea hæc dixisse satis sit rationémq; attulisse, cur hic noster
pręcurrere debeat. Iam (ni fallor) tria ex propositis declarata sunt. Reliquũ est
vt de Diuisione & Vtilitate pauca dicamus. Diuiditur ergo lib. in duas præci-
puas partes, Exordium & ipsam Tractationẽ. Hæc in tres partes subdiuiditur.
In quarum prima de AEsthetetiis ipsis agitur, quærendo ex quãnam materia
constent, & in qua corporis parte sint constituta. In secunda de sensilium es-
sentia, generatione & eorundem speciebus. In tertia dubitationes quædam

A ad hãc omnem tractationem pertinentes aperiuntur. Hanc vnam simplicissimam diuisionem sequi placet, quòd ad ipsam commodissimè omnia huius libri capita reducere possimus. Quantæ autẽ hęc disquisitio vtilitatis sit, ex eo tantùm discere possumus, quòd tractationem de anima perficit: quæ sanè (vt Themistius ex sententia Aristot. prorulit)ad omnia quæ extrà sunt cognoscenda, virtutésque omnes comparandas, magnum atque incredibile affert adiumentum. Quare quemadmodum Medicum decet, vt corpus sanũ conseruet: Pictores verò & Statuarios,vt illud coloribus & scalpello rectè imitentur,plurimum operę studiíque in corporis cognitione consumere: ita rationi quàm maximè consentaneum est, Nos,vt animum virtute ornemus, vel potiùs ignorantiæ morbo grauiter affectum liberemus, animi naturã eiúsque proprietates omni ex parte assiduè contemplari. Hæc de προλεγομένοις.



Περὶ δὲ ψυχῆς καθ' αὑτὴν διώρισται πρότερον καὶ περὶ τῶν δυνάμεων ἑκάστης κατὰ μόριον αὐτῆς, ἐχόμενόν ἐστι ποιήσασθαι τὴν ἐπισκέψιν περὶ τῶν ζώων καὶ τῶν ζωὴν ἐχόντων ἁπάντων, τίνες εἰσὶν ἴδιαι καὶ τίνες κοιναὶ πράξεις αὐτῶν.

QVONIAM autem de Anima per se, nécnon de
B singulis facultatibus partium ipsius, antea determinatum est: Reliquum est animaliũ & vitam habentium omnium cõsiderare quæ sint propriæ & quæ communes operationes.



HOc est prooemium,atque idcirco prima pars libri. Prooemii autẽ natura, ex 3. lib. rhetor. cap. 14. id exigit, vt quasi sternat muniát que viam ad reliqua pertranseunda. Hoc multiplici ratione fieri potest. Nã aut proponẽdo tantùm quę dicẽda sunt, & id vel apertè, si nota & leuia sint quæ pertractãtur, vt Arist. fecisse cõstat, in libris de ortu & interitu, nécnõ de sophisticis elenchis: vel obscurè, nimirũ si res nõ ita notę, præterea magni momẽti sint(tùc enim ab enũciatione aliqua vniuersali, quà dicẽdorum inuentioni fides fiat, orationis initium sumitur: quod ab Arist. in primo libro meta. in primo ethi. in primo analy. poster. & alibi etiam seruatũ est) vel ab enumeratione antea dictorum, tanquam ab epilogo præcedentis libri exordiendo: vt in hisce Paruis naturalibus non semel, præterea verò in libro Meteorologicorũ priori, & in secundo de Cælo factum esse videmus.
C Elicitur hęc doctrina ex Alexãdro in prooemio primi Metaphy. & ex Auerroe cũ multis in locis, tũ verò maximè in primo phy. com. priori. Hoc verò prooemium & dicta enumerando, & dicenda proponendo, ad ipsam tractationem nos ducit, atque id fit(teste etiam Alexandro)vt non modò consilium Authoris, sed consilii quoque causa nobis nota sit. Diuiditur in duas partes. In prima propositum totius huius tractationis eiúsque causam aperit. in secunda, ad particularem istius libri scopum explicandum descendit, eiúsque rationem affert. Secunda pars inde sumit initium: Sed de sensu & eo quod est sentire quid sit, & quare animalibus hæc passio accidat dictum est prius in his quæ de Anima. Priorem aggrediamur. In qua primùm vniuersale propositum in genere causámque illius affert, mox id clariùs atque in specie explicat. Ita igitur
« ait: Postquã de anima à nobis in superiori tractatione determinatum est, id-
« que per se, id est tanquã de forma ipsius animantis nulla totius compositi ratione habita, ac de potestatibus singularum eius partium, nimirum nutriẽdi, sentiẽdi & imaginãdi: Reliquum est (vt tota animaliũ essentia nota sit) de ope ratio-

A rationibus tum propriis tum cõmunibus ipsorũ, omniúmque viuentiũ agere. Neque enĩ antea de his tractare potuimus, cùm causæ primùm essentiales cõpositi, per se declarãdę fuerint, mox eius proprietates & affectiones proponẽdæ. Ex his scopus Philosophi apparet, eiusque ratio. Argumẽtatio hæc est: De anima per se antea dictũ est, ac primùm etiã de partib⁹ corporis animati: (hoc enim subintelligi debere ostendit consequutio, quæ est huiusmodi) ergo de animalium & vitam omnium habentium propriis & communibus operationibus nunc est agendum. Vis consequutionis est: quia post tractationem partium essentialiũ necesse est proprietatum doctrinam tradere, vt totius compositi natura perfectè cognoscatur. In assumptione sunt quædam verba obscura: (per se) id est καθ' αὐτήν. Alexander duplicem istorum affert interpretationem. Prima est: in libris de Anima actum esse de ea communiter & in vniuersum, bis scilicet ipsam definiendo: deinde verò seorsim de facultatibus, vt
B vegetante & sentiente, aliisq; partium eius. quasi ita dicat, prius de anima in communi egit: deinde id partibus accõmodauit, quã partes animæ sunt. Altera eius expositio est: prius actum est de anima per se, quaten⁹ scilicet forma est, corpus non respiciendo. Vtranq; interpretationem amplectimur. Priori videtur fauere textus Aristotelis in secundo de anima. tex. 30. vbi habet, ridiculum esse quærere definitionem animæ cõmunem non accomodatam singulis potentiis. Particula etiam illa (Per se) annectitur verbo (Anima) quod nõ mediocrem huic expositioni authoritatem affert. Aristotelem autem, de anima cõmuniter tractasse, ipsámq; primùm definisse, postea verò ad singulas eius facultates descendisse, satis constat legenti verba secundi libri de anima in primo tex. quæ sunt huiusmodi: Hoc igitur est quod accepimus ab «
C Antiquis de anima, nunc autem incipiamus tanquam ab initio conantes ex- «
plicare quid sit anima, & quænam fuerit communissima ratio eius. Præterea «
verò verba contextus 7. 8. 9. & 27. At si quis intimiùs hasce expositiones expendat, eòdem recidere comperiet. His tamen videtur obstare, quod ait Auerroes in disp. 7. in solutione 5. dub. Ea quę sunt & dicuntur, vt nominã, ad v- «
num non habent naturam communem quę seorsim à suis attributis conside- «
rari possit. Ratio ibidem ab eo ponitur, nimirum, quia natura istorũ media est «
inter naturam vniuocorũ & ęquiuocorum, eorúmq; proprietas est vt non habeant generis & vniuocè attributi naturam, sed multa contineãt quæ vni & alteri rei attribuantur, secundum ordinem prioris & posterioris, quousq; ascensus perueniat ad vnum primum in illa natura: ratiò vero talis ordinis est, quia vnum alterius causa est, ideoq; causa causatum præcedit: ista igitur non possunt sub natura quadam communi seorsim intelligi, quia naturam cõmunem vt genera non dicunt (huiusmodi enim æqualiter attribuuntur) sed ad
D vnum primum referuntur, atq; idcirco quicquid de taliũ natura dicitur, absq; hoc vel illo communicante, intelligi nequit. Et est sententia Græcorum, vt Simplicii in 3. phy. com. 4. & Themistii in secundo de anima. tex. 30. & in quàm plurimis aliis locis: præterea verò elicitur ex ipso Aristotele in quarto Metaph. tex. 2. Quòd vero anima sit ex huiusmodi genere Entium, patet ex Aristotele in secundo de anima tex. 30. & 31. animam docẽte ita se habere vt figuram, cuius definitionem aliquam ostendere non licet, præter hanc vel illam. Qui Scotũ sequũtur, vt satisfacerẽt huic argumento, negarũt naturam istam mediam dari: sed quia nec Scotus illam negat, vt alibi ostendemus, nec illi obiectis locis satisfaciunt, rectiùs dixerimus. Vera esse quæ ait Auerroes ex Aristotele & Græcis interpretibus sumpta. Sed addimus, per Naturæ communis nomen nos duo posse intelligere: naturam genericam vniuocam

b.

quæ seorsim definiri possit, & sine hoc vel illo intelligi, qualẽ Aristot. motui A non tribuit, nec animæ. Præterea verò per Naturam communem id intelligere possumus, quod Themistius vocat rei notionem, vel modum rei cognoscẽdæ vniuersalem, statim tamen omnibus sibi subiectis aut quibusdam attributam. Quare anima dicitur esse Actus corporis: non quòd detur actus corporis seorsim intelligẽdus à vegetatiuo vel aliis, sed iuxta talem communem cognoscendi modum consideratũ. (Partium). Animæ partes vocat, sumẽs id à Platone, impropriè tamẽ, cùm anima verè diuisibilis non sit: partis autẽ nomine, pro Facultatis appellatione vtitur. Sequitur: (Reliquũ est animalium & vitam habentium omnium considerare quæ sint propriæ & quæ cõmunes operationes). Quæ sit vis cõsequutionis antea dictum est: hoc igitur vult: Restat vt de propriis & communibus animalium & vitam habentium omnium operationibus agam⁹. Per proprias intelligit Thomas operationes cõuenientes singulis speciebus animalium: per communes, illas quæ omnibus viuentibus, vel omnibus animalibus, vel multis generibus eorum conueniunt. Sed B errat, tum quia Aristotelis cõsilium (vt monet Alexander) hoc in loco minimè sit, ita minutim diuidere operationes istas, saltem quoad plãtas: tum quia ista expositio aliquid supponit quod falsum est, nimirum hîc agi per se de operationibus plantarum æquè ac animalium. Sunt qui dicant, nomen (propriæ) ad animalia tantùm referri debere: nomen verò (Communes) ad animalia & vitam habentia. Hoc non videtur verum, quia vtrunque verbum (vt patet ex contextu) tam ad animalia quàm ad vitam habentia accõmodatur. Res ista obscurior redditur ex eo quòd libris iis caremus in quibus de plantis pertractatum est ab Aristotel. Dicimus tamen hîc omninò illas operationes intelligi, de quibus in PARVORVM NATVRALIVM libris agitur: & quæ ad animalia ipsa propriè pertinent: hoc nanque in verbis huius contex- C
« tus indicat, & in fine libelli de longitudine & breuitate vitæ, vbi inquit. Reli-
« quum est agere de iuuentute & senectute, vita & morte, hisce enim determi-
« natis finem habebit methodus qui de animalibus est. Neque obstat, quòd iuuentutem, senectutem, mortem, vitam, sanitatẽ, morbum, plantis aliquomodo conuenire verum sit. Id quidem fatemur: negamus tamen hîc ista ex proposito plantis attribui. spectant igitur omnes istæ operationes ad animal, de quo iis in libris agitur: sed quia animal non solùm animal est, sed viuens, imò primò viuens, mox animal: ideo operationes animalis, quà viuẽtis & quà sentientis, hîc afferuntur. Per proprias igitur operationes intelligit, quæ illi quatenus animal est, conueniunt: per communes, illas, quas quatenus viuens habet, ob id quia in hoc cum plantis conuenit. Et hoc miror ab aliis non potuis-
" se percipi, cùm verba Alexandri ad finem cõmentarii nihil aliud sonent. Ea
" sunt, Quasi hoc opusculum eò referat, vt de actionibus & communibus, & ꝓpriis cuiq; animantũ generi editum sit. Quare Leonicus & qui ipsum sequuti D sunt, errãt, cùm volunt propositionem istam ita hîc esse accipiendam acsi de operationibus animalium & plantarum agendum esse proponatur. (Vitã habentium.) vita ab anima est: est enim anima actus organici corporis, & viuens siue habere vitam dicitur, qui animam habet. Vitæ autem nomen multipliciter accipitur. Vno modo, pro energia ipsa, quæ nõ dicit potestatem, sed actionem siue actũ, qui opponitur potestati. Intelligere igitur moueri, sentire: sed ꝓpriè ali, vita siue viuere est. Alio modo sumitur vita ꝓ forma ipsa dãte vitã, & hac ratione anima dicitur vita. Hic quocũq; modo vitã accipias nihil interest: quia tamẽ dixerat de anima dictũ esse, atq; idcirco nũc de operationib⁹ habẽtiũ vitã dicendum, Vitę appellatione animã ipsam siue formã ꝓpriè accipias.

A Nec verò illud prætermittendum est quod scriptū reliquit Simplici⁹ in digressione in secundam de anima tex. 127. Perfectam scilicet vitam siue perfectum viuēs quatuor habere cōditiones. Prima est, vt habeat principium motus intrinsecum: dico mot⁹, actiuè: quia (vt idem Simplicius in procemio primi libri de Anima docuit) Elementa principium quidem mouendi in se ipsis, sed passiuè continent, (aliter tamē docet Alexander: sed de his aliâs). Secunda cōditio est, vt motum habeat non versus vnam partem tantùm, vt ostrea, spōdylia & huiusmodi, quæ solo dilatationis & contractionis motu mouentur. Tertia, vt motum certum habeat determinatumq́ue, ad aliquem finem: qua ratione culices & vermes perfectè viuentia dici non poterunt. Quarta, vt motū angustum non habeat, culices enim & apes hoc habent, vt si illas, quātùm velis instiges, nunquam sui motus rationem sint mutaturæ. Hæc Simplicius. Ex quibus patet nomen Vitæ ab illo latiùs ibi sumi quàm nos hîc velimus. Animal B autem (vt ad rem redeam) non per animam solùm, sed per sensum primò dicitur animal, vt docet Arist. in secūdo de Anima tex. 16. Placet hîc aliud animaduertere, nimirum Leonicū deceptum esse in eo quòd putauerit Aristotelem polliceri, se hoc libro de animalibus & plantis dicturum. Neque enim de animalibus ampliùs acturus est quàm de communibus & propriis illorum operationibus, cùm iam partium essentialiū absoluta tractatio sit: neque de plātis tractatio proponi hîc potuit, cùm negotium hoc ab Animastico seiungatur: sed omnia ista ex malè percepta Aristotelis sententia proficiscuntur. (Operationes) id est πράξεις: Quod vocabulum actionem propriè significat: atquî notat Alexander, nomen Actionis hîc nullo modo conuenire: cùm Actio propriè nil aliud sit, quàm animæ rationalis functio, cuius expertia sunt bruta. Vult igitur Aristotelem impropriè locutum esse: quod tamen non omni-
C nò verum est. Reminiscentia enim per medium inueniendo fit. Verùm hoc illi demus, non enim semel Aristot. nominibus ipsis abutitur: cùm præsertim nomina, ad id de quo agitur, parum pertineant.

Τὰ μὲν οὖν εἰρημένα περὶ ψυχῆς ὑποκείσθω. περὶ δὲ τῶν λοιπῶν λέγωμεν, καὶ πρῶτον περὶ τῶν πρώτων.

Quæ igitur de Anima dicta sunt ponantur, & de reliquis dicamus, primùmque de primis.

Pars hæc cum superiore cohæret, hoc modo: Ex proposito scopo & cōsilio, colligit necesse esse pro tractatione horum ea ponere quæ in libris de anima dicta sunt, mox ordinem quoq; tractandorū declarat: ac si diceret: Partibus animaliū essentialibus explicatis, restat vt de eorundem propriis cōmunibusq; operationibus agamus: quod cū ita se habeat, necesse est ea ad taliū operatio-
D nū notitiā ponere, quæ in libris de anima (vbi nimirū de forma animaliū actū est) pluribus declarata fuere: gen⁹ enim dans formā (teste Auerroe in tertio cæli com. 28) dat omnia accidentia generato, media illa forma. Primùm autē de primis agam⁹. (Ponatur). Notat Alexāder ex Arist. primo Analy. post. duplicē esse suppositionem. Vnam quā ἀξίωμα Græci aliquando vocāt: Aristot. verò illo in loco positionē, Latini effatum, Alexāder hîc simpliciter suppositionem. Et est propositio illa, quam necesse est quemlibet docendum domo afferre, non autem à præceptore expectare: vt, de quolibet est vera affirmatio vel negatio, non contingit idem simul esse & non esse. Quibus solis aut certè paucis aliis, descriptio illa Aristotelica conuenit. Alia verò est quæ ab Aristotele suppositio id est ὑπόθεσις vocatur, à Philopono positio, id est θέσις, ab Alexandro suppositio ex parte, id est ὑπόθεσις κατὰ μέρος, quia non omnino indemonstrabilis & supposita est, sed in aliqua scientia solùm determinata

& probata, in alia verò ſuppoſita ac tanquã conceſſa & indemonſtrabilis acce-pta: & hanc eum quidem qui ſit docendus habere non eſt neceſſe: hæc in ſcientiis ſubalternis cognoſcitur: ſemper enim quę ſuperior eſt, principia inferioris probare debet: inferior verò à ſuperiori probata recipere. Philoponus autẽ in primo poſter. com. xiiii. ita effatum à poſitione id eſt ἀξίωμα ἀπὸ τῆς θέσεως diſtinguit: vt Effatum omnibus ingenitum eſſe dicat, Poſitionem verò non omnibus ſed aliquibus. Auerroes quoque comm. 14. idem ait: ſed addit poſitionem ideò non omnibus notam eſſe, quia multi exiguè exercitati, multi hebeti tardóque ingenio ſunt. Animaduertendũ eſt autẽ nomen Effati ſiue ἀξιώματος & communiter & propriè ſumi. Propriè ſimpliciterque Effatũ ſumitur, cùm definitur eo modo quo iam diximus ab Ariſtotele definitum eſſe. Communiter verò ſiue aliquã ex parte tunc vocamus aliquid Effatum, quando alicuius tantùm concluſionis reſpectum habemus, quæ ſine tali principio bene percipi non poteſt. Ex quo tam Philoponus quàm Themiſtius plura effatorum genera inducere ſolent. Alia enim dicunt omnibus ſcientiis cõmunia, vt duo illa ſuprà cõmemorata: alia aliquibus: vt, omne agens agit propter finẽ: hoc enim Theologiæ & Phyſiologiæ cõmune eſt: alia vnius tantùm ſcientię propria ſunt: vt ex nihilo nihil fieri: Id enim Phyſiologię tãtùm inſeruit. Sed de his aliàs ſuo loco pluribus. Nunc illud addere ſat eſto, Ariſtot. hîc ſuppoſitionis vocabulo intelligere, non effatum propriè aut ex parte, ſed poſitionem à Philopono, vel ſuppoſitionem ab Ariſtotele, aut ſuppoſitionẽ ex parte ab Alexandro vocatam. Hæ autem nil aliud ſunt quàm vel definitiones traditæ, vel propoſitiones in libris de Anima declaratæ. (Primũque de primis). Latini qui Alexandrum ſequi voluerunt, malè interpretati ſunt hæc verba. Per primas enim, communiores operationes intelligunt, ac de iis primùm agendum eſſe volũt: quia communiora ordine doctrinæ præcurrãt, de ſententia Ariſtotelis primo phyſ. tex. 57. & tertio eiuſdem tractationis tex. 2. Patet tamen Ariſtotelem priùs de propriis quàm de communibus doctrinam inſtituiſſe. Senſus enim & motus de quibus primò agit ſunt animalium propria, mox ea ſequuntur quæ viuentium omnium communia ſunt. Qui Alexandro aliam tribuũt ſententiam, nimiùm illius ſunt ſtudioſi. Neque enim video, vndénam illam eliciãt. Dicendum eſt igitur hîc verbum πρώτων pro eo quod proprium eſt ſiue proximum, ab Ariſtotele vſurpari. Hoc autem ſæpe ab ipſo fieri, in ſecũdo de phyſica auſcultatione & in poſterioribus Analyticis videre licet. De primis igitur, id eſt propriis & quæ primo etiam loco propoſitę ſunt operationes agit Ariſtoteles: hoc eſt de iis quæ animalibus tantùm conueniũt, in iiſque ſolis repetiuntur: vt ſenſus, cuius obiectum & inſtrumẽtum hîc quæritur, memoria, reminiſcentia, & motus: mox eas declaraturus, quæ viuentibus omnibus, licet non æquè, tribui poſſunt. Iam verò argumẽto Latinorum ita reſpondemus: Ordine quidem naturæ, qui à prioribus & vniuerſalioribus ducitur, cõmuniora pręcurrere: (& hoc quidẽ ordine vtitur Ariſtoteles inter partes præcipuas & ſcientiarũ totarum, vt ita dicã, completiuas.) Ordine tamen doctrinæ, qui nõ ab vniuerſalioribus ſumitur, ſed ab iis à quibus faciliùs diſciplina tradi & acquiri poſſit, pręterea verò à nobilioribus, aliquãdo poſtponi. Hunc ordinem induxit Ariſtotel. in quinto metaph. cap. priori, & Auerroes ibidem in com. quinto, clariſsimis verbis cõfirmauit. At non ſolùm ipſe tradidit, ſed ſæpe ſeruauit in ſciẽtiis præſertim particularibus ſiue in partibus ſcientiarum. De Animalibus enim primò agere voluit quàm de plantis, vt ſuprà oſtendimus, hac ſola ratione. Nã licet anima vegetatiua cõmunior ſit & prior natura, quàm ſenſitiua: tamẽ quia ſciẽtia de Animalibus faciliùs traditur ac percipitur, quinimò plantarũ notitia ex illa ſola manifeſta fit, vt docet A-

uerroes

uerroes in secundo de Anima com.6.idcirco Animaliũ doctrinam præcedere
A voluit. Sed & in secũdo libro de Anima idẽ præstitit. Nam licet sensus tactus prior natura sit & communior visu, qui in perfectis tantùm animalibus reperitur: à visu tamen tanquam à nobiliori facultate initium sumpsit. Ex his tamen nequis colligat ordinem doctrinæ, à naturæ ordine penitus seiunctum esse. Quinimo ita illi cohæret, vt idem doctrinæ ordo dicatur qui naturæ. Doctrina enim quædam quasi ats est, ab intellectu quasi ab artifice suo cõstituta: Omnis autem ars natutam imitatur: Doctrinæ igitur otdo, naturam sequi debet, nisi ex accidente aliquo vt dictum est, prohibeatur.

Φαίνεται δὲ τὰ μέγιστα, καὶ τὰ κοινὰ καὶ ἴδια τῶν ζώων, κοινὰ τῆς τε ψυχῆς ὄντα, καὶ τοῦ σώματος· οἷον αἴσθησις, καὶ μνήμη, καὶ θυμὸς, καὶ ἐπιθυμία, καὶ ὅλως ὄρεξις· καὶ πρὸς τούτοις, ἡδονὴ, καὶ λύπη καὶ γὰρ ταῦτα σχεδὸν ὑπάρχει πᾶσι τοῖς ζώοις, πρὸς δὲ τούτοις, τὰ μὲν πάντων ἐστὶ τῶν μετεχόντων ζωῆς κοινὰ, τὰ δὲ τῶν ζώων ἐνίοις τυγχάνουσι δὲ τούτων
B τὰ μέγιστα τέσσαρες οὖσαι συζυγίαι τὸν ἀριθμὸν μόναι. οἷον ἐγρήγορσις, καὶ ὕπνος, καὶ νεότης, καὶ γῆρας, καὶ ἀναπνοὴ, καὶ ἐκπνοὴ, καὶ ζωὴ καὶ θάνατος· περὶ ὧν θεωρητέον, τί τε ἕκαστον αὐτῶν, καὶ διὰ τίνας αἰτίας συμβαίνουσι.

Videntur autem maxima tum communia tum propria animalibus quæ nempe corpori & animæ communia sunt, vt sensus, memoria, ira, cupiditas, ac demum appetitus, præter hæc etiam voluptas & dolor: etenim hæc propè omnibus animalibus insunt. Sed præter ista quædam sunt omnium vitæ participantium communia, quædam verò quorundam animalium. Horũ autem maxima sunt, nempe quatuor solùm numero existentes coniugationes, vt vigiliæ & somnus, iuuentus & senectus, expitatio & respiratio, vita & mors. de quibus considerandum est,
C quid vnumquodque illorum sit, & ob quam causam fiat.

Explicat in specie, quod suprà in genere proposuetat. Agendum est, inquit, de communibus & propriis animalium & vitam habentium operationibus. Nunc igitur quæ qualésque illæ, præsertim verò maximę & præcipuæ sint, explanat. Ptimùm autem primas, id est animalium proprias (vt dixerat) mox cõmunes, id est, viuentibus omnib⁹ cõuenientes, enumetat. Hîc tamẽ Arist. tam intet primas quàm intet secundas otdinem statuit: alias enim aliis communiores vocat. Dicit igitur, Tam communes quàm ptopriæ & præcipuæ operationes animalium quę cùm corpori tum animæ conueniunt, sunt: vt sensus, memoria, ira, cupiditas, ac tandem appetitus: præterea verò dolor & voluptas. Istas operationes esse communes & proprias animalium inde liquet: Sũt
D enim ferè in omnibus. Tam autem communes quàm ptoptię præcipueq; viuentiũ operationes animę & corpori cõueniẽtes sunt quatuot ad summũ numero cõiugationes: Somnus & Vigilia: Iuuẽtus & Senectus: Expiratio & Respiratio, Vita & Mors. De quibus omnibus, quid sint, & ob quàm causam fiant, considerandum est. Possemus partem hanc in tres particulas distribuere. In prima, propriæ & communes animalium operationes ptoponuntur: In secunda, communissimæ: In tertia, quænam sint de his quærenda docetur. Primam partem aggrediamur Cuius hęc est summa: Maximas cùm communes tum præcipuas operationes, tam animæ quàm corpori animalium conueniẽtes esse: vt sensus, memoria, appetitus, voluptas, & dolor. Quid in hac propositione subiecti vicem gerat, & quid ptædicati, nõ satis apud interpretes alios

constat. Thomas vult hîc doceri communes & proprias operationes anima- A
lium, tam corpori quàm animæ conuenire, vt ex eo necessitas huius tracta-
tionis à libris de anima seiunctæ intelligatur. Idcircò ipse, propositionem hãc
non solùm à reliquis duabus partibus huius textus: sed ipsammet à seipsa dis-
iunctam interpretatur. Quatenus Thomas asserit Aristotelem in hac propo-
sitione viam sibi ad ea quæ dicturus est quodammodo sternere: eatenus ipsius
sententiam probo. At quantùm ad sensum præcipuum Authoris allatum,
omnino improbo. Nam quòd Aristoteles hîc dicenda clariùs & particulariùs
explicet, patet primùm ex eius consuetudine: mox ex iis quæ in tertia parte
à nobis enumerata ponuntur. Deinde quomodo ista verba à sequẽtibus dis-
iungi possint non video. Verbum enim, VT, tantam connexionem secum
affert, quãtam vel vllo alio modo possit. Leonicus quoque partem istam, non
eadem tamen ratione scindit. Quò fit, vt tam in nexu quàm in scopo afferen-
do: præterea verò in verbis expendendis, quid sibi velit, non satis constet. B
Alexander veram quidem totius huius partis explicationem assequi alicubi
videtur, sed in interpretandis verbis tantam incõstantiam præ se fert, vt quę
sit eius mens statui nullo modo possit. Ex recentioribus sunt qui verba non-
nulla mutent, & qui illis etiam vim afferant. Quod licet in Aristotele inter-
pretando aliquando fieri necesse sit: non tamen semper libertate hac vti fas
est. At nos, ne syllaba quidem mutata, omnia, vt spero, planissima reperie-
mus. Hoc autẽ in hac priori parte primùm: mox in aliis ostendemus. In his ta-
men omnibus, Aristotelis artificium primùm animaduertendum esse dico.
Proposuerat suprà agendum esse de propriis & communibus operationibus
animalium, & vitam habentium, nunc non modò quid per communes &
proprias operationes intelligat, sed quid per animalium operationes: prete-
rea etiã quid de illis tractandum sit, explicat. De primo enim ait, Commu- C
nes istas & proprias operationes esse, vt sensus, memoria, ira, desiderium, ap-
petitus, voluptas & dolor: præter hæc, etiã quatuor illæ coniugationes. De se-
cundo, Esse operationes corpori & animę conueniẽtes. De tertio, Quid vna-
quæque sit & ob quã causam fiat, quæri oportere. Prima igitur pars contextus,
continet exempla operationum maximarum & præcipuarum tam commu-
nium quàm propriarum animalium. Istæ sunt quæ vel ad sensum, vel ad mo-
tum pertinent. Priores erunt, sensus ipse exterior (quem nomine Sensus desi-
gnat) & memoria ad quam reminiscentia reducitur. Posteriores erunt appe-
titus, qui est prima causa motus in animali, teste Aristotele in tertio libro de
anima tex. 50. & ex consequenti passiones quę in facultate appetẽte sunt: Mo-
tus enim ex eodem libro tertio tex. 46. est aut fugientis, aut prosequentis: fu-
gere autem & prosequi, vt declarat idem in secundo de anima, absque illis paf
sionibus vel principiis passionum fieri nequit. De his autem affectionibus agit D
Aristoteles in libro de motu, quà illius principia sunt, vt ipse testatur cap. 3.
eius tractationis. De iisdem alibi pluribus, vt in libris de anima, & in libris de
motibus, sed alia ratione, verba fecit. Sed quid singula horum significent, pau
cis primùm declaremus: mox corpori & animæ communia esse ostendamus:
postremò verba quædam in cõtextu posita expendamus. Animalia vt anima
lia sint, primò ex sentiẽte facultate habent: sentiendi verò facultas, ad actum
sola susceptione specierum sensilium traducitur. Tunc enim visus albedinem
percipere poterit, cùm in speciem albedinis formatus erit: idem de aliis sen-
sibus externis dico. Adde, cùm sensus simplex suum obiectum cognoscit, non
sequitur, neque fugit: at cùm species aliqua iucundi vel molesti accedit, tunc
appetitio excitatur. Visus enim, verbi gratia, quandiu cognoscit flauum, non
moue-

A mouetur:cùm primùm autem dulcedinis ſpecies adiungitur,vt in melle,con-
tinuò excitatur appetitio.Eſt igitur appetitus nihil aliud quàm facultatis ſen-
tientis inductio ad rem obiectam ſequendam vel declinandã.Et re ipſa appe
titus à ſenſu nõ differt,ſed ratione tantùm quadã & cogitatione ſeiunguntur.
quemadmodum etiam cùm dicimus, terrea inferiorem locum appetere : ap-
petitum iſtum à forma terræ diſtinctum non intelligimus.Hoc verum eſſe te-
ſtatur Ariſt. qui in tertio libro de anima, inquit, ὄρεξιν nihil aliud eſſe quàm
motionem mentis & ſenſus: prior voluntas propriè dicitur: ſecunda appeti-
tus. Vbi illud animaduertendũ eſt, Licet appetitus in ſenſu excitetur, non ta-
mẽ in hoc vel illo excitari:ſed in ſenſu ipſo cõmuni qui vnicus re ipſa in omni
bus animalibus eſt, quà verò propriis quibuſdã organis ad res externas perci-
piẽdas vtitur,variis nominibus nũcupari : ſenſum ſcilicet viſus,auditus,tact⁹,
B guſtus,olfactus. Neque enim ꝑceptiones ſenſuũ qui in organis iſtis exteriori-
bus inſunt, terminãtur aut quieſcũt niſi cùm ad cõmunẽ ſenſũ peruenerit, in
quo omnis ſentiẽdi fons eſt.In hoc igitur ſenſu qui aliquãdo phãtaſia,aliquan
do memoria ob diuerſa ſui munera vocatur,& qui differentias ſpecierum ſibi
oblatarum cognoſcit, appetitio fit.Hæc de appetitu in præſentia. Ad reliqua
accedo.In ſentiente hac anima,tria ineſſe ſæpe dicit Ariſtoteles,Facultatem,
affectionem,habitum. Facultas, inquit Euſtratius, eſt ipſemet appetitus ido-
neus,qui à voluptate rei iucundæ perceptę, vel dolore rei moleſtæ excitetur.
Nihil enim aliud(vt ex his quæ diximus colligi poteſt)appetitus eſt,quàm ha
bilitas illa & facultas,qua excitamur ad aliquid, vel ſequendum, vel fugien-
dum. Affectio verò, eſt ipſa iam præſens excitatio commotióque. Ideò rectè
Andronicus affectionem definire viſus eſt:Eſſe animę motionem rationis ex-
pertem,ex opinione vel boni vel mali cuiuſdam excitatam. De Habitu nihil
C hoc quidem loco. Redeo igitur ad affectiones ſiue πάθη à Græcis vocata. At-
que de ipſius primùm fontibus,ex quibus iſtæ affectiones fluunt,nonnulla di-
co. Fontes iſti ſunt, Voluptas & Dolor. neque enim in numero affectionũ
iſta duo reponũtur: alioqui ſequeretur, quo nihil eſt abſurdius, nimirum ipſa
ex ſeſe oriri. Voluptas autem nihil aliud eſt,quàm perceptio rei obiectæ, con-
uenientiam & cognationem habentis cum facultate percipiẽte: pertinétque
voluptas tam ad ſenſum quàm ad intellectum, quemadmodum & dolor. Ve-
rùm nonnulla dicamus de Voluptate illa,quæ ſequitur ſenſum,vt eius natura
pateſiat.In ſenſu omni (ſumo autem ſenſum pro actu ipſo & energia ſentiẽdi)
vt verbi gratia, in viſione duas cauſas requiri ſatis conſtat: facultatem viden-
di,& rem extrinſecus obiectam,in cuius ſpeciem facultas ipſa formatur,& ita
formata in actum exit. Cùm igitur facultas videndi optimè erit affecta,
multáque proportio & conuenientia, naturæque conſenſio rei obie-
D ctæ cum facultate, niſi aliquod in medio intercedat impedimentum,
tunc perfecta viſio fiet. Perceptio autem ſenſus, illius conuenientiæ
voluptas dicetur: & quò maior vel minor erit conuenientia, vel ratio-
ne rei obiectæ,vel facultatis, vel medii, eò quoque maior vel minor voluptas
vocabitur. Quid ſit dolor ex his patet. contrarium enim ex contrario iudica-
tur.Erit enim perceptio rei obiectæ quæ diſcrepet, & facultati ſentienti perci
pienti aduerſetur,ipſámque malè afficiat. Ex hac voluptate, & ex hoc dolore
omnes affectiones oriuntur. Nam ſi res obiecta ſenſui,illique conſentanea,vo
luptatem afferat,excitatur amor in facultate appetente. Sequitur deſideriũ:
anima enim illa voluptate affecta,re quę ſibi ſimillima eſt,& quam amat,per-
frui exoptat.Hinc ſpes. Quòd ſi ea aliquando fruatur,oritur gaudium:quòd à
voluptate diſtinguimus, quia voluptas, eſt illa ex qua affectiones iſtæ oriun-

tur. Gaudium verò est quædam facultatis appetẽtis quies: quòd si rem quam cupit alicuius opera acquisiuerit, innascitur Gratitudo, qua scilicet illi à quo beneficium accepimus gratiam referre cogitamus. Cùm verò appetens facultas dolore commouetur, primò odium exoritur: mox fuga, præterea timor, his accedit mœstitia, postremò ira. Nõ me latet istas affectiones inter se confundi aliquando & copulari, vt Plato monet: sed nos omnes istas ex suis fontibus seruato proprio vniuscuiusque ordine, haurire maluimus. Iam patet, quid Aristoteles per iram, quid per cupiditatem siue desiderium, appetitum, voluptatem & dolorem intelligat. Pergamus ad alterum propositum caput. Hæc omnia tam corpori quàm animæ conuenire Aristot. infrà declarabit: sed in primo libro de anima t. 12. & in t. 14. & in tertio eiusdem tractationis t. 54. idem docet. Verùm probemus hæc omnia vna ratione ex definitione animę sumpta, corporea esse. Anima est actus corporis physici organici, adeò vt eius perfectio & quidditas sit. Nunc verò ita argumentor: Anima, est actus & perfectio corporis, ergo operationes ab animali prodeuntes, sunt animæ & corpori cõmunes. Cõsequutionem probo verbis Auerrois in 2. de anima com. 22. Si enim est perfectio corporis, nullo modo separatur à corpore. Probatio hui⁹ est, quia finis à re finita non seiũgitur: sunt enim correlata: atqui perfectio est finis: à re igitur perfecta & finita non seiũgetur. Nõ seiũgitur ergo anima à corpore, cui perfectionẽ & Esse largitur. Ex quo consequitur, operationes vtrisque conuenire. Nam dato opposito assumptioni iam probatæ, contrarium colligeretur: Animam scilicet esse à corpore separabilem. Animam intelligentem hîc excipio, neque enim de hac quæstio est, sed de animalium anima, quam actum corporis verè esse protulit Aristoteles. Aliter verò de intelligẽte loquutus est. (Maxima). Sunt qui ita interpretentur: Dicitur istæ maximæ respectu habito ad alias quas addet, nimirũ ad quatuor cõbinationes, i. συζυγίαι. Atquî illas etiã maximas vocat Arist. Alexãder autẽ non satis videtur seipsum explicare, licet nonnulli falsam quandã huius dictionis interpretationem illi falsò tribuant. Thomas rectiùs loquutus est, sed non planè vidit quod res est. Nos verò existimamus dictionem (Maxima) idem valere vel significare ac Præcipuum & apparens: habito scilicet respectu ad alias huiusmodi operationes in hoc genere minus apparentes. Sunt hæc ex parte sensus, vt imaginatio, æstimatio: ex parte affectionum, vt spes, gaudium, amor, odium, fuga, timor, aliæque ad has relatæ, vt alacritas, elatio animi, insolentia, ostentatio, remissio animi, & in hoc genere innumerabiles aliæ. Vt enim priora illa duo à sensu re non distinguuntur, ita hæ affectionibus iam dictis implicatæ sunt, ad illásque præcipuas enumeratas reducuntur. Iram autem & cupiditatem hîc tantùm proponere voluit, quia cùm de animalium affectionibus loquatur, quà motus principia sunt, omnibus animalibus à natura insitum esse videtur, vt se vitam corpúsque tueantur, atque ea quæ sibi ad viuendum necessaria, aut voluptatis efficientia existimant, omnibus viribus comparent, viténtque ea quæ nocitura, aut dolorem illatura videantur: idcircóque eis cupiditas ad vtilia & iucunda prosequenda tributa est. Præterea etiam fax quædam iracundiæ, qua tanquam stimulo irritata facilius se defendant, noxiáque & molesta expellant. qua fortasse ratione appetitum in cupiditatem & iram Plato distribuit: & Aristoteles ipsum sequens tertio libro de anima t. 42. partem irrationalem in concupiscibilem & irascibilem partitus est. per iram & concupiscentiam vterque significans, partem illam facultatis appetentis, quam nos moueri à voluptate diximus: atque item alteram quæ mouetur à dolore. (Hæc enim ferè omnibus insunt animalibus). probat affectiones & operationes istas communes

A munes esse & proprias animalium. Communes sunt, quia sensus, cupiditas, & appetitus in omnibus inest: quod item docet Aristoteles in secundo de anima t.27. Non sic ira. Est enim ira libido vlciscendi, & irascitur qui vim sibi præter æquum aut læsionem aliquam re vel verbis inferri percipit. at animalia imperfectiora, quæ omni prorsus æquitatis, honoris & gloriæ sensu carent, quomodo irasci propriè vnquam dici poterunt? Non omnis quoque motus est in omnibus, neque memoria, neque reminiscentia. quæ igitur in omnibus animalibus reperiuntur communia vocantur, quæ in aliquibus, propria. Aristoteles autem ita loquendo (hæc enim ferè insunt in omnibus animalibus) id omnino quod nos diximus, sed obscuriùs explicat. Idem enim vult ac si ita loqueretur (hæc enim non omnia, omnibus animalibus conueniunt) etenim dictio illa (ferè) rem generaliùs prolatam restringit. Sequitur secunda pars: in B qua communes & propriæ tam animæ quàm corpori conuenientes operationes, imperfectiores tamen, id est ad vegetantem animam magis accedentes, enumerantur: atque inter has præcipuæ & maximæ. Quare, ni fallor, ad hunc modum loquitur Philosophus: Præter has excellentiores operationes quæ animalibus, quà animal est, conueniunt, sunt aliæ quæ sibi cum aliis viuentibus cōmunes sunt: inter quas quædā sunt cōmunissimæ, ita vt in viuentibus omnibus, vt plantis & ζωοφύτοις insint: cuiusmodi sunt iuuentus, senect⁹, somnus, vigilia, vita, mors. Quædam verò ad vegetatiuam quidem accedunt, & plantis aliquomodo conueniunt: sed sunt animalium quorundam, non omnium propriæ: vt expiratio & respirario, quæ duo nonnisi animalibus pulmonem habentibus tribuuntur. Ex hoc loco illud colligi volo quod monui in exordio huius libri, non agi scilicet in hisce libris de operationibus communibus & propriis plantarum, nisi ex accidenti, nimirū quatenus animalia C cum vegetatiuis conuenientiam habent. Aristoteles enim in diuisione istarum operationum inferiorum & plantis conuenientium, pro vno membro omnia viuentia accipit: pro altero animalia quædam. Præterea nulla propè est ex hisce operationibus, quæ non metaphoricè tantùm in plantis esse dicatur. Esto enim in præsentia (nam de re hac suo loco agemus) iuuentutem & senectutem, vitam etiam & mortem illis conuenire: quid de respiratione & expiratione, quid de somno & vigilia dici poterit? Causa enim somni est refrigeratio, vel (ex Galeni sententia) humectatio primi αἰσθητηρίου: quod, peripateticè loquendo, cor est: ideóque somnus sensuum exteriorum ligamen esse dicitur: vigilia verò quæ ex aduersis oritur causis, illorum solutio vocatur. Respiratio etiam nil aliud est, ex Aristotelis & Galeni sententia, quàm motus reciprocus substantiæ aereę excitatus à facultate animali & vitali, mediis musculis thoracis & septo transuerso, vt feruor caloris naturalis in corde ob vitæ custodiam ventilatus conseruetur. At quid horum in plantis reperies, quæ sen- D su, corde, cerebro, pulmone, & musculis sunt destitutæ? Sed ex libro de Respiratione, & de iuuentute, senectutéque qua ratione ista plantis conuenire dicantur satis ab Aristotele discimus. Non est igitur quòd nos in his diutius hæreamus, suo loco omnia pertractaturi. (Maxima). Eadem ratione ponitur, qua in superiori partitione. Multæ enim ac propè innumerabiles aliæ operationes sunt, quibus, cum animalibus, plantæ, vel cum plantis animalia conueniunt. hę notę fient percurrenti per facultates illas naturales ac præcipuas quę à medicis considerantur. (Coniugationes). Est enim vnum horum quasi priuatio alterius. Vigilia, somni: iuuentutis, senectus: inspirationis, respiratio: vitę, mors. Hic posset aliquis dubitare cur somnum & vigiliam Aristoteles inter has imperfectiores operationes enumeret, cùm præsertim somnus sen-

ſus paſsio ſit: idem queri poſſet de reſpiratione, cùm ſit potius animalis motus quàm vitalis. Iam reſponſum eſt, cùm diximus ſuperiores ab his fuiſſe diſtinctas. Quandoquidem illę nulla ratione vel vera vel metaphorica in plantis reperiuntur. Hę verò quia non tantùm animales, ſed naturales quoque operationes ſunt (vt medici docent) ad plantas ſecundum ſimilitudinem aliquam accommodari poſſe videtur. (De quibus ſpeculandum eſt, quid vnumquodque ilorum ſit). Duo proponuntur problemata horum enumeratorum examinanda: quorum vnum, ex parte cauſę formalis: alterum, ex parte cauſę efficientis eſt. Neque ab his cauſa finalis ſeiungitur: vna enim cum illis accipitur. Hęc dicimus, quia (vt ait Ariſtoteles in ſecundo poſter. analy.) quatuor ſunt quęſita, quòd eſt, quid eſt. & iſta ſimplicia vocantur: ſi eſt, & propter quid eſt, quę compoſita ſunt. Hîc igitur ponit Ariſtoteles quòd hęc ſint: (ſunt enim in libris de anima declarata) & quęrit quid ſint & propter quid ſint. atquì hoc modo quęrere, eſt cauſam quęrere, quęrimus enim vt ſciamus, ſcire verò ſit per cauſam, ideo ex denominationibus tributis ab Ariſtotele in ſecundo phyſicorum libro text. 28, & 29. dico: per quid, formam ipſam rei intelligi: per propter quid, finem atque etiam efficientem.

Φυσικοῦ δὲ καὶ περὶ ὑγιείας καὶ νόσου τὰς πρώτας ἰδεῖν ἀρχάς. οὔτε γὰρ ὑγίειαν, οὔτε νόσον οἷόν τε γίνεσθαι τοῖς ἐστερημένοις ζωῆς. διὸ σχεδὸν τῶν τε περὶ φύσεως οἱ πλεῖστοι, καὶ τῶν ἰατρῶν οἱ φιλοσοφωτέρως τὴν τέχνην μετιόντες, οἱ μὲν τελευτῶσιν εἰς τὰ περὶ ἰατρικῆς, οἱ δ᾽ ἐκ τῶν περὶ φύσεως ἄρχονται περὶ ἰατρικῆς.

Phyſici autem eſt, ſanitatis & ægritudinis primas cauſas noſſe: neque enim ſanitas aut morbus iis quæ vita deſtituta ſunt accidere poteſt. quare multi ferè phyſicorum, & medicorum etiam ii qui philoſophicè magis artem exercent, illi quidem in ea quæ ſpectant ad medicinam deſinunt, hi autem à phyſicis de medicina agere exordiuntur. C

Connectitur hæc pars cum ſuperiori. Quoniam alia operationum coniugatio ſanitatis nempe & ægritudinis ponitur, quæ & maxima eſt, & tam animalibus quàm plantis, id eſt viuentibus omnibus ineſt: ſeorſim autem exponitur: quia illius conſiderationem ad phyſicum pertinere non æquè conſtat. Adiungitur igitur in præſenti particula hæc coniugatio ad alias: & à phyſico inſtituto aliena non eſſe probatur: & hoc quidem duplici ratione: quarum vna phyſica, altera logica ex Ariſtotelis denominatione in tertio phyſ. t. 40. & 42. dici poteſt. Prima eſt in parte priori contextus: ſecunda in poſteriori. vtraque in hunc modum habet. Sanitas & ægritudo extra corpus viuum non reperiuntur: phyſico igitur tam ſanitatis quàm ægritudinis principia prima cōſideranda ſunt. valet argumentatio, ſi aſſumptio vera ſit, ex duobus poſitis: ex D eo nempe quòd phyſicus per ſe de corpore viuo animâque illi vitam tribuete agat: præterea ex alio, quòd hîc de communibus & propriis corporis viuentis affectionibus doctrina inſtituatur. Additur ſecunda ratio quæ ex priori quodammodo proficiſcitur. Sumpta eſt autem ab vſu tam phyſicorū quàm medicorum. Ait enim, Phyſicorum multi ſuas ſpeculationes deſinunt in iis quæ ad medicinam pertinent, è contra etiam medici illi qui non empiricè, ſed dogmaticè atque ex cauſis medicā artem facere vel noſſe cupiunt, à phyſicis Theorematibus exordiuntur, mox ad medica pergunt. (Neque enim ſanitas aut morbus iis quæ vita deſtituta ſunt accidere poteſt). Ex notione terminorum, propoſitio iſta quam nos pro aſſumptione poſuimus vera eſſe patebit.

A patebit. Quid pro vita, viuere,& vitam habere sit accipiendum,suprà quantum sat erat declaratum est. Quid sit sanitas & quid morbus nunc paucis explicemus. Sanitas igitur nihil aliud est, quàm affectio & constitutio naturalis, siue secundum naturam, actionem perficiens: per sanitatem enim (vt dicebat Galenus in primo libro de tuenda valetudine) nil aliud est intelligendum quàm corporis constitutio quædam, in qua nec doloribus cruciamur, neque in vitæ actionibus impedimur: & tunc se sanos homines existimant, (vt idem in primo de differenriis morborum testatur) cùm partium corporis ministerio, ad eas quæ in vita necessariæ sunt actiones obeũdas, sine aliquo vitio perfungi potuerint. At cùm corporis partes quædam ex ipsis elemenris primò fiant, quæ similares dicuntur, quædam verò ex compositione illarum similarium instrumentales dictę, & actiones quędam primarum & quędam secundarum

B partium sint: sanitas non in debita tantùm conuenientia, quam εὐκρασίαν & συμμετρίαν vocant, elementorum ex quibus constamus: sed etiã in optima partium instrumentalium compositione, figura, magnitudine, optimóque situ consistct. Ex his patet quid sit morbus, & in quo potissimùm eius natura consistat. Erit enim Affectio pręrer naturam vel parrium similarium vel instrumentalium, lædens operationes viuentis. In corpore igitur viuenti solo sanitas & morbus reperietur, cùm ipsum organicum sit, actionesque tam vitales quàm animales & naturales edat. Ex quo sequetur physicum cùm ægritudinem tum sanitatem speculari debere. Dico autem ægritudinem & sanitatem, quà priori attributo conueniunt, nimirum corpori: est enim sanitas siue sanum ex iis quæ sunt ad vnum, teste Aristotele quarto libro metaphy. t. 2. Dicamus in summa, corpus viuum quà sanum à physico cõsideratur. (Prima

C principia). Restringitur his verbis id quod dictum est, ne scientiæ confundantur. Neque enim physicus sanitatem & ægritudinem considerat, quoad principia illarum proxima, sed quoad remota tantùm. & illud est quod ait Auerroes in secundo Collig. cap. de compl. membrorum: Medicæ scilicet artis aliquid speculatiuum esse, id est ad scientiam naturalem perriuens, & aliquid practicum: & declarans quænam sir ista pars speculatiua, addit: Accipitur autem speculatiua pars à causis multùm remotis ęgritudinis & sanitatis, vt sunt elementa, aliáque huiusmodi. Quòd autem causæ particulares sanitatis & ægritudinis à medico tantùm considerentur, patet ex Aristotele secundo phy. text. 26. Hanc eandem propositionem iisdem ferè verbis & clarioribus etiam Aristoteles proponit in reliquo illo fragmēto tractationis de sanitate & morbo, vbi in hunc modum loquitur: De sanitate autem & morbo, non solùm medici, sed etiam physici est aliquomodo quoad eorum causas dicere. quatenus etiam hi differant & diuersa contemplentur; latere non oportet. Nam

D quòd ex parte aliqua affines sint istæ tractationes, id, quod seruatum esse videmus, satis testari poterit. nam medici quicunque docti ac diligentiores de natura dicunt, & principia ex ea sumere dignantur: & ij etiam qui inter physicos elegantiores esse voluerunt, in medicis principiis suas ferè speculationes terminant. In exemplaribus nonnullis Gręcis verba ista in epilogo libelli de respiratione ponuntur: quòd si ita habeat, maior illis fides & authoritas adhibenda erit. (Quare multi ferè physicorum & medicorum, etiam ij qui philosophicè magis artem exercent). Dixi hanc rationem ex priori proficisci, quia cùm eiusdem munus sit corporis viui causas pertractare, & sanitatis principia prima: physicus in vtroque versari debebit, & medicus qui artē ratione exercere voluerit, à physicis exordietur. Extat Galeni libellus, in quo hoc ipsum ostendit: Optimum nempe medicum eundem esse philosophum.

Præterea libri eiusdem de elementis, de temperamentis, de facultatibus naturalibus: Hippocratis quoque liber de natura humana: Auicennæ item prima fen. prioris canonis, verum id esse probant, quod hîc Aristoteles de quibusdam antiquioribus & eruditioribus asserit. (Philosophicè magis). Sapientis & philosophi est causas nosse, ex Aristot. in proœmio primi metaphy. & natura philosophiæ est res exactissimè perscrutari, teste Auerroe in secundo eiusdem tractationis comm. 15. & in secundo cæli comm. 34. idcircóque medicus qui dogmaticè, causas scilicet ægritudinum ab ipsarum natura, partiúmque malè affectarum essentia, tam vniuersaliores quàm particulariores petendo, aget, philosophicè agere, non autem empiricè dicetur. Hanc dictionem satis apertè explicat Aristoteles in libello de sanitate & ægritudine, in his verbis: τῶν τε γὰρ ἰατρῶν κομψοὶ ἢ περίεργοι, λέγουσι τὰ περὶ φύσεως, καὶ τὰς ἀρχὰς ἐκεῖθεν ἀξιοῦσι λαμβάνειν. Medicorum, scilicet, illi qui eruditiores & diligentiores sunt, de natura dicunt: & principia, ex ea sumere ambiunt. Ex hoc loco propositio illa vulgata sumpta est: Vbi desinit Physicus, ibi Medicus incipit: quæ multis occasionem dubitandi attulit. Primùm enim non videtur medicus ab eo exordium sumere, in quo consideratio physica desinit. hęc enim non modò vsque ad sanitatem & ægritudinem, sed ad plantas etiam ipsas peruenit. Hoc porrò difficultatem auget: quia nimirum sanitas & ægritudo præcedunt vitam & mortem, de quibus tamen à physico tractatur. Præterea quæritur, an verum sit id quod multi ex hac propositione colligunt: medicinam scilicet naturali philosophiæ subalternatam esse. Postremò quia Aristoteles ait, Medicum per se principia prima sanitatis speculari, videtur falsa loqui. hoc enim ad medicum spectat: non ergo ad physicum. assumptio probatur ex quamplurimis Galeni locis, præsertim autem ex priori libro de causis & differentiis morborum symptomatúmque. Consequutio probatur: quia secus idem à diuersis scientiis consideraretur, mixtæque essent omnes disciplinæ, tandémque quę ait Philosophus in primo libro posteriorũ analy. t. 25, & 44. atque aliis in locis omnino ruerent. Ad primum nonnulli respondent, propositionem non ita latè, vt profertur, accipiendam esse, idcircóque ad animalium considerationem restringi debere, adeò vt ibi incipere debeat medicus, vbi physic⁹, quo ad negocium animasticum pertinet, desinere videtur. Sed hæc Conciliatori in diff. 3. quinimo veritati aduersari videntur: nam conclusiones vltimæ librorum de animalibus & plantis, sunt principia in medicina nota ex seipsis atque recepta. Dicimus igitur Aristotelis sententiam esse, non quasi physicus vltra id non progrediatur à quo medicus exordium sumit (hoc enim falsum est, vt euincit argumentatio) sed quoniã, quantùm attinet ad sanitatis & ægritudinis speculationem, inde medicus exordiatur, vbi quiescit physicus. Ille autem desinit in huiusmodi affectionum causas primas & vniuersales, vt Aristoteles monet: Ab his igitur exordietur medicus: à quibus deinde ad particulariores descendendo, illásque ad corpora accommodando, artem suam philosophicè exercet. Neque huic sententiæ obstat quod Auicenna in prima fen. prioris canonis, & Galenus vbique, præsertim autem in libris de tuenda valetudine, docet: primas nimirum causas sanitatis & ægritudinis, à mixtione qualitatum primarum atque elementorum medico petendas esse. nam illud ipsum est quod dicimus ad physicum pertinere, vt persæpe fatetur Galenus in libris de elementis, & in commentariis in librum Hippocratis de natura humana: quòd si particulariùs etiam de ægritudinibus Aristotelem alicubi agentem videamus, vt in octauo de animalium historia cap. 21, 22, 23, 24, 25, & 26, de morbis suum, canum, equorum, asinorum, & elephantorum, id nos

A nos moueat:doctrina enim illa fuit instituta, vt τὸ ὅτι tantùm indicetur, & vt actiones vitæque animaliū, notiores redderentur. Quod etiam ipse in primis verbis octaui eiusdem libri testatus est. Ad id verò quod difficultatem augere diximus, respondeo: Sanitatē quidē & ægritudinem ex sui natura vitā & mortem præcedere, non tamen quà sub physicā considerationē cadunt, multū enim à physico negócio recedere videntur: idcircóque Aristoteles hûc respiciens, coniugationē hanc ab aliis tanquā postremo loco tractandā separauit. Ad secūdū Achillinus in quæsito de sub. physion. & Conciliator in diff. 3. & 8. sequuti Algazellem dixerūt medicinā absolutè subalternari physiologiæ: sed quoniā neque ab ipsis, neque ab eorum studiosis, adhuc quidē rationibus Zimaræ in Theo. 77. allatis satisfactū est, ideò nos aliam dicendi rationē hacten⁹ semper sequuti sumus. Hîc verò animaduertendum est: licet Subalternari, nil
B aliud dicere videatur, quàm vnū sub alio poni (vt patet ex Aristot. in primo posteriorū analy. ca. 12.) discrimen tamen aliquod doctissimū interpretē Linconiensem, inter hæc duo annotauisse. Subalternari, i. ὑπάλληλον εἶναι propriè dictū (ex primo posteriorū analy. cap. 3. & ex Auerroe ibidē & aliis quā pluribus locis) duas præcipuas exigit cōditiones, quarum neutra carere debet. Prior est, vt vnius scientię subiectū (ab hoc enim omnes suam sibi essentiā determināt) ita sub alio ponatur, vt superioris subiectum de ipso, tāquā de inferiori ac specie dici possit, atque inferius se habeat vt materia: superius, vt forma. Et hoc quidē est quod aliis verbis dicitur, vt non differat vnum ab alio, nisi quodā accidente. Secunda cōditio est, vt superior scietia dicat propter quid, i. τὸ διότι eius, cui⁹ inferior quia i. τὸ ὅτι dicit: non tamen omniū talium, sed eorū tantùm quæ ad subiectū à superiori ductum & acceptū, præcipuè pertinēt: vt annotat Linconiensis in primo posteriorū analyt: Quod ab aliquibus dictū est, Subal-
C ternari propriè nil aliud esse, quàm sumere quæ superior scientia considerat simpliciter, eáque ad opus dirigere, tā à vero abest, vt nulla ratione sit audiendum. Primùm enim nil vnquam tale protulit Aristoteles, vt suo locò ostendemus. præterеà, si istud esset, Fabrum Geometræ subalternari propriè dicere possemus. Quod quidem adeò est absurdum, vt nō possit admitti, quin sciētiarum diuisio ab Aristot. in sexto metaphys. instituta, penitus labefactetur. Subalternatio igitur (vt ad rem redeā) antea descripta, propria & absoluta vocatur, secundū quā Perspectiuā Geometriæ, & Harmonicā Musicæ subalternari fatemur. Poni sub alio, est vel ex parte, vel secundum aliquā propositionem, vel quoad vsum, superiori scientiæ subiici. Hac ratione physicus quoad partem illā meteorologicam, in qua de Iride agitur, sub perspectiuo ponitur. medicina etiam quo ad illā propositionē, quæ est, vulnera omnia orbicularia
D ægrius ad sanitatem peruenire, Geometrię subiicietur: & Geometria physicę, cùm illā propositionem tanquam notā recipiat, probatam tamen à physico in sexto lib. phys. à puncto ad punctū rectam lineā ducere. Politicæ etiam (ratione vsus) ars militaris, œconomica, & rhetorica supponitur, vt testatur Aristot. in primo Eth. ca. 2. His sic positis, patet medicinā physiologiæ propriè nō esse subalternatam. Neque enim vnius subiectū, vt genus, alterius, vt species, habetur. Subiectum enim in physiologia est res naturæ: medicinæ verò artis. At Res artis, & Res naturæ essentialiter distinguuntur: vt testatur Arist. secūdo phy. & sexto metaphy. & Iand. probauit in quæst. proprio, & hoc idipsum est quod Auerroes in disp. phys. aduersus Algazellem dixit: Neque est, quòd ad partem medicinæ confugiamus, quæ Theorica vocatur. Inepta enim est ista distinctio, vt alibi ostendimus: cùm tamen sua Theorica medicina carere nullo modo debeat. Atquì (vt optimè animaduertit Scotus in sexto metaph.

q. prima, & in proœmio primi sent.) talis illa pars dicitur quæ opus quidē respicit: sed non ita propinquè, vt pars quę practica vocatur. Colligo igitur medicinam poni quidē sub physiologia, non tamē magis illi subalternari, quàm mechanicam quamuis aliam disciplinam. Eadem prorsus est conclusio Simplicii in proœmio primi physicorum, & Ammonii in præfatione in Porphyrii institutionem. Rectiùs igitur, qui dixerunt, Medicinam ex pluribus ferè scientiis coalescere, atque à physico vniuersalia principia sanitatis & ægritudinis, elementa, humores, plantarúmque cognitionem accipere: à Mathematico, totam propè partem illam quæ ad dies decretorios pertinet: & à aliis scientiis alia, vt Galenus in quamplurimis locis liberè testatus est. Tertiò, rectè respondet Thomas, mea quidem sententia: Physicum scilicet vniuersalissimas causas sanitatis speculari, Medicum proximiores. Hoc elicio ex his verbis Aristotelis, (Physici esse primas causas sanitatis & ægritudinis nosse): id est vniuersalissimas, vt ex Philosopho notat persæpe Auerroes, præsertim in primo phy. com. priori, & in secundo eiusdem tractationis com. 26. Atque huic responso loca illa ex Galeno adducta (quòd quidem videam) nil prorsus repugnant. A B

Ὅτι δὲ πάντα λεχθέντα κοινὰ τῆς τε ψυχῆς ἐστι καὶ τοῦ σώματος, οὐκ ἄδηλον. πάντα γὰρ τὰ μὲν μετ' αἰσθήσεως συμβαίνει, τὰ δὲ δι' αἰσθήσεως. ἔνια δὲ τὰ μὲν πάθη ταύτης ὄντα τυγχάνει, τὰ δὲ ἕξεις, τὰ δὲ φυλακαὶ καὶ σωτηρίαι, τὰ δὲ φθοραὶ καὶ στερήσεις. ἡ δὲ αἴσθησις ὅτι διὰ σώματος γίνεται τῇ ψυχῇ, δῆλον διὰ τοῦ λόγου, καὶ τοῦ λόγου χωρίς.

5 Quòd autem omnia enumerata, & animæ & corpori communia sint, manifestum est. Omnia enim ita se habent, vt aliqua ex iis cū sensu, nonnulla verò per sensum fieri contingat. Præterea quædam sunt sensus affectiones, quædam verò habitus, alia etiam custodia, & salus: sunt etiam nonnulla interitus & priuationes. Sensum autem medio corpore animæ inesse, & ratione, & absque ratione patet. C

Aristotelem superioribus (vt dicebamus) verbis, cùm communes & proprias animalium operationes enumeraret, eas animæ & corpori conuenire, accepisse potiùs quàm docuisse, pars hæc (quæ post tot in medio collocata & declarata affertur) abundè declarat. In ea enim de industria probatur, quod antea obiter sumptum, atque explicatum est: omnes nempe operationes cō memoratas (de quibus oratio hîc est instituta) tam animæ quàm corpori conuenire. Ego hac vnica ratione totam istam probationem complector. Omnis actus sentiendi siue sensus, animæ & corpori conuenit: omnes istæ operationes, aut actum sentiendi siue sensum conseruant, aut ipsum aliqua alia ratione sequuntur: omnes igitur istæ operationes tam animæ quàm corpori communes sunt. Maiorem propositionem affert Aristoteles ad finem contextus, & illam duplici via notam esse dicit. Ratione nimirum, & absque ratione, id est ex seipsa, & solo sensu. Harum certior est via sensus: idcircóque Themistius octauo phys. t. 22. ridiculum esse ait, rationem quærere vbi sensus fidem faciat. & Auerroes eodem libro comm. 26. id hominis inepti ac stulti proprium esse. Ex sensu autem ipso hoc constare, nempe Sensum tam à corpore quàm ab anima pendere, ex eo apparet, quòd oculo læso statim facultas videndi impeditur, ipsáque tollitur visio, idcirco Aristoteles secundo de anima D

A ma dicebat, Senem æquè ac iuuenis visu valiturum, si iuuenis oculos habe-
ret. Facultas nanque animæ eadem prorsus est. Confirmatur hoc idem, ra-
tione sumpta à definitione actus sentiendi. Est enim (vt ait Alexander) sen-
tiendi actus, perceptio rei sensilis, quæ scilicet medio organo corporeo facul-
tatē ipsam ita feriat, vt facultas in ipsa quasi fingatur atque formetur. Quod
si ipsam quoque facultatem definire vellemus, ita dici posset: Sensus est quę-
dam forma ex materiæ latebris eruta, quæ instrumēto corporęo vtitur, & ex
elementorum temperatione constat. Ex hac definitione patet, in ratione for
mali sensus, corpoream perceptionem contineri: ideóque sensum vel actum
sentiendi tam animæ quàm corpori esse communem. Minorem propositio-
nē probat Aristoteles quadā inductione: quam nonnulli ad quinque tantùm
coniugationes, proximè enumeratas, accommodant. Alexander & Thomas
ad omnes: quod sanè magis arridet, ob illa diserta contextus verba πάντα κα-
B χόντα. Dicit igitur Philosophus, omnia enumerata ita se habere, vt (aut cum
sensu fiant) qualis est vigilia, inquit Alexander. Cibo enim concocto & vapo
ribus digestis, soluuntur sensus, & vigilia oritur. Quod verò addit de dolore
& voluptate, non eo modo accipio. Declaraui enim antea voluptatem nil a-
liud esse, quàm perceptionem ipsam rei, conuenientiam habentis cum facul
tate sentiendi non impedita. Fiunt igitur ista duo per sensum, siue medio sen
su potius, quàm cum sensu, vt de vigilia dictū est. Ideóque Aristot. 10. lib. Eth.
de voluptate verba faciēs, ait: Non tamen videtur voluptas, aut ratio, aut sen «
sus esse, absurdū enim erit: sed ꝓpterea quòd non separatur, idē esse nonnul- «
li existimant. Et alibi eodē libro: Perficit autē muneris functionē voluptas, «
sed non ita perficit vt res subiecta, & sensus ipse cùm bene se habe t. queadmo «
dū bona valetudo aliter in causa est cur aliquis valeat, aliter medicus. Per sen «
sum quoque memoria & ei annexa reminiscentia fiet. Quod docet Aristot.
C in illo libello, & in prooemio metaphy. (Aut passiones sensuū sunt) vt ira, cu-
piditas, & alia huiusmodi. In secundo enim de moribus, ait, Affectiones voco
cupiditatem, irā, excandescentiam, odium, timorē, spē, inuidiam, gaudiū, be- «
neuolentiā, æmulationē, misericordiam, ea denique omnia quæ voluptas vel «
dolor consequitur. Qui igitur nomen πάθους hic alio modo accipiunt, manife- «
stè errant, enumerata enim & illis annexa respicit Aristoteles. (Aut sunt ha-
bitus sensus), vt iuuentus & senectus, quarū tota vis & natura est, vt sensuum
tēperatio optimè vel debiliter se habeat. (Aut sensum custodiūt), vt respira-
tio, sanitas, vitáque ipsa. (Aut tollunt), vt somnus, morbus, & mors. Sed in his
non ita superstitiosi esse debemus, quin fateamur vnā & eandē ex his opera-
tionibus, in pluribus istis sedibus, alia atque alia ratione collocari posse. Per-
gamus ad reliqua quę maioris momēti esse videntur. In hac parte illud primū
attendi & cognosci cupio: Agi scilicet in his libris de operationibus cōmuni-
D bus & propriis animaliū tantùm: si enim plantas inter hæc consideratas esse
velimus, qua ratione Aristoteles omnes istas operationes ad sensum reduce-
re posset, cùm plantæ sensu sint destitutæ? Præterea, quoniā idcirco colligitur
operationes illas enumeratas animæ & corpori vnà conuenire, quia cū sensu
vel per sensum fiāt, aut aliquo alio modo ad ipsum respiciant, hac eadē ratio-
ne probabo intellectum, vel ipsum intelligere, id est τὸ νοεῖν, tam corpori quàm
animæ commune esse. Nam actus intelligendi fit per sensum, ex secundo
& tertio libro de anima: Oportet enim intelligētem ad phantasmata se con-
uertere, phantasia autē non sine sensu fit: ergo actus intelligendi tā à corpo-
re quā ab anima pendet. Nec est quòd aliquis hoc ita eludat, Nimirū vel phā
tasmata non semper pet sensū recipi, quia imaginamur chymærā, quæ tamen

nusquam sub sensum cadit: vel intellectum abstrahere aliquando à phantas- A
matibus, quia Deum & Intelligentias percipimus, quorum tamen nullum
phantasma produci potest: nam, neque imaginamur chymæram, nisi per par-
tes suas illa sensu antea percepta sit, (vt elicitur ex Aristotele in libro de so-
mno & vigilia) neque Deum vel Intelligentias intelligimus absque continuo
& motu, à quibus sensus nunquam seiungi potest, sed de re hac pluribus in li-
bello de memoria. Porrò omnē nostram cognitionem à sensu pendere, Ari-
stoteles secundo posteriorum analy. ad finē, & in procemio metaphy. & alibi
sæpissimè testatus est. Iam verò alia item dubitatio ex his quæ diximus oriri
videtur, nimirum, verùmne sit notitiam sensus, ita veram certáque semper
esse, vt nunquam decipiatur: quòd si etiam est, cur idem de intellectu affirma
ti non possit. Vt priori obiectioni satisfaciamus, tenendū est de sententia Ari
stotelis & Græcorum interpretum, intellectum duobus modis accipi posse:
vel quà in se manet, id est ἐν ἑαυτῷ μένων, vt Simplicij more loquar, vel quà à se- B
ipso recedit, id est ἀφ' ἑαυτοῦ ἀφίσταται: siue (vt Themistii verba sequar) quà vna Intel
ligentiarum est, vel quà nobis iūctus. Priori modo consideratū, dico absolutè
(qua de re aliâs in nostris quæstionibus) cum Theophrasto, Simplicio, & The
mistio, intellectū nostrum propriam sibique συναΐδιον habere operationē, quæ
nullo prorsus phantasmate egeat. Hanc operationē ita expressit Aristot. ter-
tio lib. de anima, loquens de intellectu agente in t. 20. (Non aliquando quidē
» intelligit, aliquando non): cùm antea etiam in t. 19. dixisset, (Et hic intellect⁹
» separabilis est, & non mixtus, & impatibilis, suique substantia est operatio).
» Ista autem operatio à nobis non percipitur, cùm intellectus media hac ope-
» ratione nobiscum non iungatur. Versatur autē illa in quibusdam formis, ab
» eius essentia nō distinctis, quas Aristoteles aliquando terminos, i. ὅρους, aliquā-
do indiuisibilia, i. ἀμερῆ vocat. Has verò formas, & hæc indiuisibilia cogno-
uit Theophrastus in libello de intellectione: Themistius in digressione 36. cō C
textus in tertium de anima: Simplicius com. 20. eiusdē lib. & Auerroes duo-
» decimo lib. metaphy. com. 17. & tertio de anima com. 28. & ipse Aristot. tertio
» de anima t. 17. sexto ethi. ca. 1. & tertio de anima t. 21. At si de intellectu nobis
iuncto ac patibili dicto sermo sit, tunc fateor quidem phantasmatibus ad in-
tellectionem opus esse, vt Aristoteles monet: nil tamen ex hoc colligi posse
affirmo, quo intellectum ita se habere ad corpus vel illi coniunctū & affixum
esse, vt sensum, vel quæ ad sensum referuntur, vlla ratione probari possit. Li-
cet enim intellectus noster aliquam cū materia connexionē habeat, cùm ei⁹
obiecta primò à rebus materiæ immersis eruantur, & à phantasia non adhuc
à conditionibus materiei spoliata recipiantur. tamē vi intellectus agētis, eiús
que efficacitate ita segregantur, atque illustrantur, vt cùm ab intellectu pa-
tiente suscipiuntur, iam facta sint vniuersalia, actúque intelligibilia: secus e-
nim quomodo vestigia illa rerū, in phantasia impressa, materiā redolentia & D
obtinentia, in intellectū patientem à materia non pendentem agerent, si vis
agens patiente nobilior statuēda est? Pendet igitur intellectus noster dum in
hoc corpore sumus, à corpore: (quoniā, vt diximus, rerū intelligibiliū formæ
in phantasmatis residēt, quæ sine corpore non subsisterēt) nō tamē corporeo
aliquo instrumento vtitur, vt sensus. Nam tunc qualis esset illius instrumenti
corporei natura, talē formā reciperet, non autem omnē, nunc omnem reci-
pit. Præterea ipsum instrumentū percipere nequiret, vt facultas vidēdi, ocu-
lum: audiendi autem facultas, aurē non percipit. Sic rursus non omnia intel-
ligeret: adde, quòd neque seipsum cōprehendere posset. Postremò, quòd sen-
sui euenire cernitur, ab intelligibili re præstantissima ita cōturbaretur, vt ad

in-

A inferiora intelligenda non satis cōmodè se posset conuertere, neque etiā for
mas contrarias eodē tempore perfectè cognosceret, quēadmodū gustus cùm
gustat amarum, oblato statim dulci, illud etiam amarum esse iudicat. Corpo
reo igitur instrumento nō vtitur intellectus, cùm eodem ferè temporis pun-
cto formas contrarias perfectè cōprehendat, & ex rerū præstantissimarū co-
gnitione ad reliqua cognoscenda promptior atque expeditior fiat. Quò etiā
fit, vt (quod sensibus non cōtingit) ipsemet intellectus intelligere dicatur. Fa-
cultas enim videndi non ipsa est quæ videt, sed oculus facultate illa prædit⁹.
quomodo enim facultas è materiæ sinu eruta, quicquam sine illa aget, aut e-
tiam consistet? Intellect⁹ autē qui extrinsecus aduenit, sine materia subsistit,
& sine eadē suis muneribus fungitur. Hæc omnia semel hîc attulisse placuit,
B ne posthac cùm in huiusmodi disputationes inciderimus, ea repetere coga-
mur. Patet autē ex illis qua ratione sēsus ab intellectu differat, & cur licet in-
tellectus à corpore pēdere dicatur, non tamē infimā sensus conditionē obti-
neat, sed quauis (diuina excipio) prestātiorē. Satisfacio igitur paucis, argumē-
tis quæ obiecta sunt: & ad primū respōdeo: Nullā vim, similitudinem istam ha
bere, cùm operationes sensus materiam redoleant, atque ab obiecto materiā
obtinente ꝓductæ sint, idcircóque cū corpore cōmunicent: intellectus autē
operationes à materia seiūctæ, & ab obiecto spirituali quod organū corporeū
non desiderat, profectæ sint. Quod pro cōfirmatione additur, ita refello. Fa-
teor verū esse omnem nostrā notitiam à sensu oriri, actúmq; ipsum intelligē
di per sēsum fieri, nō quòd operatio & notitia intellectiua simul cū sensu fiat,
sed quòd à sensu accipiēdo formas rerū, seiungit illas à labe materiei, actúque
intelligibiles reddat. Aliæ quæstioni respondeo cū Aristot. in 2. de anima t.
C 152. sensum in propriis obiectis esse semper verū, intellectum autē aliquando
verum, aliquando falsum. Verum autē dico sensum, si quatuor cōditiones ad
id requisitæ, adsint. prima est, quā Alexander cōmemorauit, vt ratio situs cō-
modi seruetur: neque enim colores post me positos cernere vnquam potero.
Secunda est, vt organum bene sit affectum. Tertia, vt adsit mediū inter sensi-
le & sensum, quod ad speciē rei deferendam sit accōmodatū, vt aer, vt aqua,
vel aliud. Quarta, vt iusta distātia inter obiecta percipiēda, sensúmque ipsum
intercedat. Sed dicet quis, Cur sēsus certior est intellectu, quo tamē imperfe
ctior est? Affert Philoponus & Simplici⁹ tres præcipuas atque potissimas hu-
ius rei causas. prima est, quia intellect⁹ occultè iudicat, id est (ni fallor) quærit
quæ latentiora sunt, nēpe causas à sensu remotas, idcircóque cognitu diffici-
limas: sensus autē manifestè iudicat, quia scilicet quæ notiora sūt, & in super-
ficie posita quærit, ad substantiam enim non peruenit. Secunda est, quia sen-
sus quæ percipit, immediatè iudicat: intellectus verò per multa media (id est
D multas propositiones) transit, antequam suum finem colligat. Tertia causa i-
psemet sensus est, qui intellectui vel cogitatiuæ iunctus, suam illi tribuit im-
perfectionem: sed hæc quæ Simplicius & Philosophus docent, an vera sint, &
quomodo intelligi debeāt, cōmodi⁹ à nobis alio loco aliquādo declarabitur.

Α᾽λλὰ περὶ μὲν αἰσθήσεως καὶ τοῦ αἰσθάνεσθαι, καὶ διὰ τί συμβαίνει τοῖς ζώοις τοῦτο τὸ πάθος, εἴρηται ἐν τοῖς περὶ ψυχῆς.

6 Sed de sensu quidem, & sentiendi ratione, & quare in animalibus hæc
passio insit, dictum est in libris de Anima.

Hæc est secunda prooemij pars, in qua Aristoteles commodissima occasio-
ne sumpta ab iis quæ in priori dixerat, ad particulare huius libelli propositū
explicandum descendit. Hoc Alexander quoque in primis verbis quarti cō-

mentarii disertè fatetur, (vt acutè illa intuenti patet) alii tamen concedere A vel videre non potuerunt. Nos igitur veriorem hanc sententiam sequuti, dicimus: Aristotelem, postquam declarauit operationes tam proprias quàm communes animalium, corpori animæque conuenientes, sibi in his libris pertractandas esse, Sensúmque inter illas primùm enumerauit, probauítque omnes alias vel cum ipso vel per ipsum fieri: nunc, vt à perfectioribus & magis propriis (quæ supra τὰ ἀρχῆ vocauerat) exordiatur, de passione ipsa quæ sensus dicitur, acturum se esse ante omnia pollicetur. Atqui de sensu, de actu sentiendi, & cur animalibus sensus ipsi tributi sint, quòd hi scilicet ob necessitatem, alij ob vitæ custodiam, vel perfectionem: dictum est libro secundo de anima: reliquum igitur est, vt absoluta integráque notitia sensuum habeatur, de instrumentis sentiendi, ipsísque sensilibus obiectis verba facere. Hæc loquitur, hæc pollicetur Aristoteles in tota hac parte, quæ vsque ad secundum caput, id est ad Tractationis initium tendit. Quare non possum non improbare alios qui hic exordium terminant, & tractationis initium esse dicunt: cùm tamen ab Aristotele nihil hactenus propositum sit, quod ipsi pro scopo huius libelli sumere possint: in verbis autem quæ sequuntur (vt patebit) apertè id omne proponatur. Hanc igitur secundam procemii partem, nos ita distribuimus: vt primùm quæ de sensibus dicta sunt, in genere explicet: mox nonnulla ex illis à scopo huius libelli minus aliena, in specie declaret: postremò, quæ dicenda sint, apertè exponat. Primùm ergo ita ferè loquitur Aristoteles: Dixi velle me agere de operationibus communibus & propriis animalium, & inter has sensum primum locum habere: de sensu igitur quantùm ad quid sit, & ob quam causam fiat (vt pollicitus sum) mihi tractandum est: atqui iam in libris de anima quid sit sensus, & ipsa ratio sentiendi, præterea verò cur in animalibus insit, abundè declaraui: ista igitur non erunt C mihi vllo modo repetenda. (De sensu). Facultatem ipsam intelligit: quę ita ex secundo de anima libro text. 51, & 121. describi potest. Sensus est vis vel facultas quædam patiẽs, specierũ vel formarum absque materia immediatè susceptibilis, additur verbum Immediatè, vt sensum exteriorem (de quo hic sermo futurus est) ab intrinseco seiungamus. (Sentiendi ratione, vel, sentire), in Græco est αἰσθάνεσθαι, Actionem ipsam (quæ nihil aliud est quàm facultas semet prodiens,) siue actum sentiendi intelligit. Est igitur τὸ αἰσθάνεσθαι actio excitata ab obiecto sensili in facultatem, quando facultas sentiendi in ipsum quasi fingitur & informatur. (Et quare in animalibus hæc passio insit). In fine tertii libri de anima, ostendit Aristoteles sensus animalibus ob necessitatem & salutem tributos fuisse. Sed de re hac infrà cum eodem particulariùs agemus. (Passio). Omne quod recipit patitur, idcircóque intellectus noster, D quà nobiscum iungitur & recipit, patiens appellatur: quia igitur actio sensus susceptione specierum sensilium fit, vt in secundo libro de anima declaratur: passio, eáque perficiens (cùm per ipsam facultas ad actum ducatur) iure dici potest. Sed oritur statim dubitatio quomodò sit verum, sensum esse facultatem patientem: nam hoc posito sequeretur Nutrientem facultatem illo perfectiorem esse: nutritio enim vis actiua est, & in suũ obiectum nempe nutrimentum agit, vt Auerroes disertè fatetur in secundo de anima t. 52. præterea agens est nobilius patiente: vnumquodque igitur sensibile in sensum agens sensu excellentius esset. Absurda quæ ex hisce sequuntur, erunt hæc: primùm, vis cognoscens imperfectior erit non cognoscente: secundùm, color visu dignior esse dicetur. Huc accedit quod Aristoteles in primo de anima text. 65. contrarium asserere videtur: ait enim sensum non pati,

ideó-

A ideóque senem si habeat oculum iuuenis, ita fore spectaturum vt iuuenis: in
secundo etiam eiusdem tractationis tex. 35. 36. & 37. animam esse causam corporis suarumque operationum efficiētem docet. Subobscura est hęc quęstio,
ob nōnulla alia Theoremara, quæ secum affert ita explicatu difficilia, vt grauissimis etiam philosophis hactenus negocium exhibuisse videatur. Sed sanè
ista pertinent ad libros de anima, interpretisque munus est, non adeò velle in
singulis verbis hærere, vt omnia vbique seuerè expendat. Nimirum vbi præcipuum germanúmq; authoris scopū excusserit, & ea quæ ad illius illustrationem spectant attulerit atque examinauerit, suo munere abundè perfunctus:
reliqua sunt suis locis consideranda, ne vel scientiarum vel Theorematū confusio oboriatur. Nos igitur (vt quidem existimamus) satis officio nostro fecerimus, si, vt Aristotelem ab iniuria & inconstantia liberemus, argumēta allata
diluamus, locósq; adductos huic nostro minimè repugnare ostēdamus. Dici-
B mus ergo facultatem nutriendi, actiuam esse: medio enim calore ἐμφύτῳ, nimirum insito & naturali, nutrimētum mutat, conuertit, partibusque alendis
tandem accōmodat. Non tamen ex hoc colligi debet, illam, vi sentiendi perfectiorem esse, cùm hæc ad nobiliorem operationem dirigatur: præterea verò munere cognoscendi prędita sit, quod facultati alenti nullo modo accidit.
Sed addo de sententia Aristotelis in secundo de anima, tex. 62. & 63. Sensum
vim quidem passiuam dici, ex accidente tamen: quia est in potestate tantùm
accidentali, ad excellentiorem nimirum operationem, semper tamen in actu essentiali: ad quem modum dicimus scientem ad vsum scientiæ siue ad
actum contemplandi se habere. Quod etiam respiciens Auerroes tertio de anima comm. 14. hoc discrimen inter intellectum & sensum statuit, illum in
pura nudáque potestate esse, hunc verò in actu. Quare, qui aliam dicendi rationem ex Ianduno secundo de anima quęst. 14. sumptam sequuntur, quàm
C rectè argumento allato satisfaciant, non video. Si enim verum sit quod aiunt,
nimirum facultatem nutrientem, non ideò sentiente perfectiorem esse iudicandam, quandoquidem vis agens, habita tantùm ad patientem sibi respondētem ratione, excellentior sit existimanda: quod obiicitur de Sensili & sensu, vix ac ne vix quidem poterūt refutare. Quæ verò afferre solent nota sunt,
sed sanè tenuia nulliusque momenti. Ad reliqua pergamus. Secundum argumentū est, quo ostenditur sensile esse nobilius sensu, cùm in ipsum agat. Nota
est Assumptio ex Aristot in 3. de anima tex. 19. consequutio probatione vix eget, cùm Aristoteles secundo de anima tex. 59. disertè dicat, Sensitiui primā
mutationem esse ab eo quod gignit, cùm autem genitum est, iam haberet an- «
quā scientiam & sentire, quin etiam quod actu est perinde dicitur atque con- «
templari: differentia tamen est, quòd ea quę actu sensum efficiunt, extrà sunt, «
D spectabile scilicet, ceteráque item sensibilia. Nonnulli igitur, vt argumento «
respondeant, aiunt, Sensibile speciem quidem in sensum producere: Sensio- »
nem autem minimè: alii fatērur actiuum quà actiuum, esse nobilius passiuo, »
non tamen absolutè simpliciterque. Ignis enim quantum spectat ad calefactionem, agēs in hominē, homine perfectior dicitur, cùm ipse in calefactione
actiuè se habeat, homo verò passiuè. Sed quoniam actus absolutè simpliciterque potestate nobilior est (vt ex nono libro metaphy. constat) & alia quæ afferuntur, dubitatione non carent, rectius ita dicemus: Agētem nobiliorem
esse patiente, nō tamen omnem: sed per se agentem, illum scilicet qui ex potestate ad actum essentialem rem ducit: vt Generans pater, Genitum filium.
Agens verò non per se, sed accidentalis, non est huiusmodi denominatione
dignus: tale autem est ipsum Sensibile, quod quidem sensum ex potestate ac-

cidentali tantùm, non essentiali ducit ad actum. Diximus enim antea ex Aristotele, sensum esse in potestate, vt sciens cùm non contemplatur. Exemplo sit nobis sonus tintinnabuli qui philosophum dormientem è somno ad contemplandum exsuscitat, atque ab ocio ad studia reuocat, non tamen philosopho nobilior appellatur. Sed quis rogauerit: Num fieri possit vt ab imperfectiori perfectū aliqua ratione perficiatur, præterea etiā qua ratione obiectum sensile in sensum agere possit. Primò respondeo: Omnia, excepto Deo, qui omni ex parte perfectissimus est, ab imperfectiori aliquid perfectionis suscipere posse. Id declarat Aristoteles octauo cap. primi ethico. ostēdens Felicitatē ipsam, quæ perfectissima & ex sese maximè eligēda est, cum minimo bonorum excellentiorem reddi. Ad secundum verò (licet alii aliter) Obiectum in sensum agere asserimus, formam sui siue vestigium producendo: vt Auerroes in secundo de anima com. 60. testatur: formam autē illam (vt in visu) producit lumen ipsum medio acre, qui illam ad organa sensuum defert: quemadmodum etiam sereno tempore frondium viriditatem in aqua à lumine, aere medio, produci cernimus: Aer enim ad omnem ferè sensationem recipiendam, vtpote qui sit omnium prope sensuum medium, aptus esse videtur. Quare etiam, vt Sensibile sui vestigium & formam producat, qua agat in sensum, Sensum agentem ponere cum quibusdam non cogimur, cùm aliter præsertim res in intellectu ac in sensu se habeat. Hic nāq; cùm facultas sit ex materia eruta, à singularibus moueri, absque aliqua illustrantis aut agentis sensus ope potest: Intellectus autem qui extrinsecùs accedit, & ab omni materiæ labe immunis est, species istas siue formas, non nisi ex gradu in gradum, ordine translatas, atque illustratas, recipiet. Hinc fit vt sensum quidem ipsummet suę sensationis agentem esse fateamur: at ex parte Sensibilis, nil tale poni oportere asseramus. Locus Aristot. ex primo de anima sumptus tex. 65. nil huic repugnat. Ibi enim de sensu ratione suæ substātiæ sermo fit, quem non pati concedūt omnes: nos verò ratione organi, sensum pati dicimus. Hec ita se habere exemplo visionis senum & iuuenum ibi proposito, nobis Aristoteles apertè significauit. Qua etiam ratione intelligenda sunt hæc Auerrois verba, Facultates sentiēdi diuersas esse inter se, secundum imbecillitatem & fortitudinem: cùm tamen huius sententiæ oppositum in septimo phy. com. 20. disertè protulerit. Alius ex trigesimo septimo secundi libri eiusdem tractationis, ita ab aliquibus solet eludi, Aristotelē scilicet non loqui ex sua sententia. Sed verius dicemus. Animam esse causam efficientem ipsius sensionis (efficientem dico impropriè, & secūdùm analogiam, quemadmodum etiam sensionem, & intellectionem, actionem vocamus) vt hæc Arist. verba ostendunt: Quin etiam vnde primùm est motus loci, anima est: verùm hæc facultas non omnib^9 viuētibus inest: præterea verò alteratio & auctio ab anima est, videtur enim sensus, quædā alteratio esse, nihil autem sentit, quod nō habeat animum. In summa illud attendendum est, Aristot. aliquando elementis, principium passiuum tribuere, licet corpora physica sint, suiq; motus principium intrinsecum obtineant, huc nimirum respiciens, quòd etsi causam sui motus actiuam in seipsis habeant, egeāt tamen extrinseco accedente, vt ad actum ducantur. Ita sensus ex sua natura actiuus dici potest: quia verò Sensibili exteriori indiget, ad suum munus obeundum, passiuus vocatur. Quæ Plato in Timæo, & Plotinus eius discipulus in sexto libro Æneadis quartæ, cap. primo aduersus hanc Aristotelis sententiam afferunt, quoniam à ratione videndi sumpta sunt, infrà, cùm aduersus Platonicos disputabimus, commodiùs poterunt

A poterunt à nobis examinari.

Τοῖς δὲ ζώοις ᾗ ζῷον ἕκαστον, ἀνάγκη ὑπάρχειν αἴσθησιν. τούτῳ γὰρ τὸ ζῷον εἶναι καὶ μὴ ζῷον εἶναι διορίζομεν.

7 Animalibus autem quà vnumquodque animal est, necesse est inesse sensum: hoc enim, animal & non animal esse determinamus.

Hoc vnum ex illis est, quæ in libris quidem de anima, fuerunt explicata: hîc verò tanquam rara poni oportet. Vnumquodque scilicet animal, quà animal est,(cœleste excipimus)sensum habere: atque hoc solo à non animalibus primò discerni. Quæ ad huius rei probationem, ab Aristotele tertio libro de anima tex. 60. dicuntur, hæc ferè sunt. Animal esse propter finem, hoc est vt illud generet quod sibi ad similitudinem formæ respondeat, idcircóq; sensu præditum esse oportere.
B Assumptionem tanquam notam ponit, cõsequutionem probat. Quia secus temerè natura tot tantásque animalium formas edidisset, nisi adiumenta quoque illis suppeditasset, quibus ad suum finem peruenire possent. Talia adiumenta sunt sensus, nam si generare sibi simile debeant, necesse est quoque vt cibum sumãt, quo alantur, augeantur, tãdémque semen emittere possint. Atqui cibum in loco vbi genita sunt non habẽt, neque elementis aluntur, vt plantæ: necesse igitur fuit vt à longinquis partibus pabulum petere & parare possent, ea tactu, gustu, visu, aliisque sensibus prædita fuisse, quibus tanquam de specula præmonerentur quid appetere, quid adire, vel declinare oporteret. (Qua vnumquodque animal est). Ἀναδίπλωσις primæ speciei; idcircóque causam inhærentiæ attributi in subiecto notat, eámque formalem, hoc enim animal in determinata specie ponitur, quia
C scilicet sensus obtinuit, vt verba sequentia declarant. (Hoc enim animal & non animal esse determinamus). Vt hæc verba commodiùs intelligantur, sciendum est, Tria esse in hac inferiori mundi parte animantium genera. Aliqua enim duntaxat viuunt, idest aluntur, augescunt, & extenuantur, & ad sibi simile gignendum apta sunt: atq; ista τὰ ζῶντα id est viuẽtia, & τὰ ζωὴν ἔχοντα vocãtur (teste Philosopho secundo de anima tex. 16.) Nonnulla verò sentiente vi, & tenui quodam cognoscendi iudicio prædita, vident, audiunt, olfaciũt gustant, tangunt, rerum motus & quietem percipiunt: figuras item & magnitudines, prætereà verò interiore quadam facultate, eorũ quæ sub sensum cadunt, discrimen assequuntur, eorumque imagines in memoria recondunt. Hæc τὰ ζῶα id est animalia appellantur, vt ibidem Aristoteles docet. Tertium genus omnium nobilissimum & præstantissimum, est genus hominum: quod mente & intelligentia viget, cuius munus præcipuum est, res vniuersè con-
D templari, & ex rerum corporearũ cognitione ad purissimas illas mentes quibus genere cognata est, atque ad Deum ipsum omnium rerum effectorem & opificem intuendum accedere: quòd si ad agendum se conuertat, res has humanas ordinare, mouere, administrare. Hęc animantia τὰ ζῶντα τέχνῃ καὶ λογισμοῖς, in procœmio metaphy. & ζῶντα κατὰ νοῦν, in decimo libro de moribus appellantur. Et ideò à poëtis homines ἀλφησταὶ vocati. Inter primum igitur genus, quod omni cognoscendi vi caret, & postremum, cuius proprium, atque præcipuũ munus est contemplatio, medium intercedit, cuius sunt ea quę simpliciter animalia vocantur. Ita tamen se habent gradus isti, vt superior nunquam non ponat ieferiorem: ratio enim sensui, sensusque vitæ coniungitur. Vegetandi facultas penitùs est materiei immersa, intelligendi verò ab omni prorsus materia seiuncta, intercedit vis sentiendi, quæ ab Auerroe vmbra intellectus,

propterea aliquando vocatur: quòd, quatenus rerum sensilium formas recipit absque materia (neque enim oculus colorem, sed coloris vestigium suscipit) eatenus separabilis dici possit. A

7 Ἰδίᾳ δὲ καθ' ἕκαστον ἡ μὲν ἁφὴ καὶ γεῦσις ἀκολουθεῖ πᾶσιν ἐξ ἀνάγκης· ἡ μὲν ἁφὴ, διὰ τὴν εἰρημένην αἰτίαν ἐν τοῖς περὶ ψυχῆς, ἡ δὲ γεῦσις, διὰ τὴν τροφήν· τὸ γὰρ ἡδὺ διακρίνει αὕτη καὶ τὸ λυπηρὸν περὶ τὴν τροφὴν, ὥστε τὸ μὲν φεύγειν, τὸ δὲ διώκειν, καὶ ὅλως ὁ χυμός ἐστι τοῦ θρεπτικοῦ μορίου πάθος.

8 Propriè autem & singulatim, Tactus & Gustus omnia animalia necessariò consequuntur. Tactus quidem propter causam allatam in sermonibus de anima, Gustus verò propter alimentum: ipse enim in alimento suaue ab insuaui discernit, vt hoc fugiat, illud verò sequatur, & omnino sapor est nutritiuæ partis passio. B

Dixerat in animalibus sensus necessariò inesse, nunc necessitatem istam, ex parte vniuscuiusque sensus explanat. Primùm autem de Tactu & Gustu loquitur, qui maiorem necessitatem secum afferunt: mox de aliis. Hęc verò omnia quoniam in libris de anima pluribus fuerũt demonstrata, ideò paucis hic repetuntur. Tactum igitur, ait, & Gustũ necessariò omnibus animalibus inesse: illum quidem, vt in vita cõseruentur (quod tertio libro de anima tex. 63. dictum est) hunc autem, vt commodè alantur. Solus enim gustus est, qui cibos suauiores nutriendisq; animalibus aptos, medio sapore, seligit. Est autem Sapor nihil aliud, quàm facultatis alendi passio. Hæc pars omnia plana habere videtur, multa tamen in illa sunt animaduertenda. Primumque omnium illud: Causam necessitatis Tactus, ex Themistio tertio libro de anima tex. 63. (quæ tamen ex ore Aristotelis sumitur) talem afferri posse. Cùm animal sit animatum corpus, omne autem corpus (cæleste excipitur) tactile sit, proximáque corpora attingere debeat, atque idcirco ab illis mutari, alterari, atq; corrumpi possit: oportuit ipsum, tactu fuisse præditum, quo suæ naturæ conuenientia suæq; conseruationi accommodata, cognosceret ac iudicaret: illaque amplecti, reliqua verò reiicere posset. Sed hic primùm quęritur an sensus Tact⁹ sit animali simpliciter necessari⁹, vel potiùs ex parte i. κατ' τι. Mox obiicitur. Quandoquidem si Tactus sit animali necessarius, vt in vita seruetur, proxima corpora iudicando: Plantis Tactum necessario tribuere oportebit. Consequutio valet. Quoniam nulla est ratio, cur non tam de plantis quàm de animalibus, eadem causa affirmari debeat. Ratio dubitandi ex Alexandro petitur cũ docet: Ablato tactu auferri temperiem illam, & concordiam primarum qualitatum siue elementorum, in quibus vita seruatur. Tactus enim in mediocritate quadam omnium contrarietatum calidi, frigidi, humidi, sicciq; D positus est, idcircoq; (vt idem quarto libro meteorologicorum docuit) nonnisi extrema iudicare potest. Hæc verba expressè necessitatem absolutam in Tactu ponunt: quod à multis etiam aliis fuit animaduersum: Quæ tamen ex tex. 63. tertii de anima superius sunt allata his disertè pugnare videntur: Neque enim ad Esse, sed ad conseruationem, Tactum necessarium dici demonstrant. Equidem huius quęsiti veritatē ex duarum rerum notitia hauriri posse arbitror. Quarum vna est. Ipsius necessarii multiplex significatio & vis vniuscuiusque significationis propria: altera, Ipsius sensus natura. Vtrumq; ex Aristotele ostẽdi potest. Primùm ex quinto libro metaphy. cap. 6. vbi accuratè Necessarii quatuor significata & recensentur, & declarantur: Ea autem omnia Thomas (qui, quantum ego iudicare possum, egregiè libros illos metaphysicos

A phyſicos eſt interpretatus)ad duo præcipua capita reducit: vno, Neceſſarium
ſimpliciter & abſolutè, id eſt τὸ ἁπλῶς ἀναγκαῖον dictum. Altero, Neceſſarium ſe-
cundũ quid, id eſt κατά τι continetur. Neceſſarium ſimpliciter illud eſt, quod ali-
ter ſe habere non poteſt. Rem autem aliter ſe habere non poſſe, aliquo rei
inſito intimoque efficitur: Tale eſt vel forma rei, vel materia, vel ipſamet eſ-
ſentia. Iuxta hanc triplicem Neceſſitatis abſolutæ cauſam, dicere ſolemus, A-
nimal neceſſariò abſolutè interitui obnoxium eſſe, ratione ſcilicet materiæ,
quatenus ex contrariis conſtat: Item, animal eſſe neceſſariò ſenſile, quia hoc
habet à propria forma: & eſſe ſubſtantiam anima & ſenſu præditam, quia hoc
eſt eius eſſentia. Neceſſarium autem ſecundum quid, dicitur id, cuius neceſ-
ſitas non ex aliqua rei inſita, ſed extrinſeca potius cauſa proficiſcitur. Cauſa
extrinſeca duplex eſt, Finis & Efficiens. Finis autem eſt, vel ipſum Eſſe rei,
abſolutum: neceſſitáſque ab eo ſumpta, primum modum Neceſſarii con-
B ſtituit, ab Ariſtotele συναίτιον vocatum. Ex cuius modi ratione, cibum re-
ſpirationemque animali neceſſariam, vt animal viuere eſſeque poſſit: vel eſt
aliquod bonum, ad bene eſſe pertinens: ſic pharmacum ad ſanitatem recu-
perandam: ſic diætam ad eandem conſeruandam neceſſariam eſſe fatemur.
Cauſa verò efficiens tertium modum neceſſarii efficit, quod violentum ap-
pellatur: quando nimirũ res, ab extrinſeco mouente ad id impellitur, ad quod
ex propria natura non eſt apta moueri. Alterum verò quod à nobis cognoſci
debet, ad naturam ſenſus ſiue animę ſentiẽtis pertinet. Quare dicamus vnicũ
reipſa in cunctis animalibus ſenſum eſſe, qui vt propriis quibuſdam & pecu-
liaribus inſtrumẽtis, ad res externas percipiendas vtitur, tactus, viſus, guſtus,
olfactus, auditus nuncupatur: plura autem & diuerſa iſta organa, à natura in-
ſtituta ſunt; quia Senſilia, non vnica ratione, paſſionem in corporibus anima-
lium efficiunt: Aliter namq; ſapor, aliter color, ſenſum afficit. Ipſe itaq; ſen-
C ſus vnicus eſt, in corde tanquam in regia manens, centrique inſtar obtinẽs,
atque ad ipſum res omnes extrinſecus obiectæ deferuntur. Hic dulcedinem
à ſono, & odorem à colore differre percipit: quanuis enim guſtus à lingua,
auditus ab auribus, olfactus à naribus, viſus ab oculo, ex ordiantur: non ta-
men definunt niſi in ſenſum communem, imò ab eo ſolo terminantur. Qua
etiam ratione (ſi res ipſe obiectæ adſunt) ſenſus communis nominatur. His
addendum, quòd Ariſtoteles in ſecundo de Anima text. 5. 6. & 9. docet: ani-
mam nẽpe & quamlibet eius partem Actũ ſimpliciter eſſe: Actum ꝓpriè dico
primum, cùm eſſe rei operationem natura præcedat. Poſtremò attẽdẽdũ
eſt, Naturam quę nil vnquam fruſtra facit, & perfectioribus rebus diligẽtius
ſemper conſulit, in vnoquoque ex tribus generibus viuentium ſupra enume-
ratis, quaſi per gradus incedere. Licet enim omnia animalia (alia modò omit-
D to) ex ſui natura ſenſum habeant, non tamen omnibus omnes ſunt ſenſus
dati. Carent ζωόφυτα viſu, & auditu: quorſum enim haberent, cùm neq; à viſis
vel auditis, neque ad audita vel viſa, moueri potuiſſent? Iam verò inter per-
fectiora quoq; animalia, quot ſint, tàm quo ad extrinſecos quàm quo ad in-
trinſecos ſenſus, attinet, differentiæ: cùm ex libris de hiſtoria animalum,
tum ex libris de anima, & ex proœmio metaphyſ. Ariſtotelis, cognoſcere eſt.
His ita explicatis ſic ſtatuo: Senſum ipſum vel ſentiendi facultatem, quæ
in omnibus animalibus eadem ſpecie, & in ſingulis vnica eſt, in actu primo
atque ab hoc vel illo ſenſu abſtractam, eſſe ſimpliciter abſoluteque anima-
libus neceſſariam. Eſt enim illorum forma perfectioque, cùm animalia ab
hac ſola, in ſpecie determinata ponantur. Nam plantæ, vt multùm terreæ
ſunt, & nulla ſua vi ad formas rerum ſine materia ſuſcipiendas aptæ, ita ſen-
ſum obtinere non potuerunt. Hoc reſpicit Ariſtotelis in ſecundo de anima

« tex.16. cum ait: Ac viuere quidem ob hoc principium omnibus viuentibus A
« adest, animal autem est ob sensum primò: etenim quæ non mouentur, neque
« locum mutant, sensum tamen habent, animalia dicimus. Et in tertio eius-
« dem tractationis ita loquens: Necesse est igitur vt animal sensum habeat, si
« nihil natura frustra efficit. Et in hoc libello, cùm superius inquit: Animalibus
« autem omnibus, quà vnumquodque animal est, necesse est sensum inesse. At si sensum ipsum spectemus in secundo actu, nempe in suis operationib⁹, quæ mediis organis efficiuntur, & ad hunc vel illum sensum determinatum: Nullus ex sensibus simpliciter ad Esse animalium, necessarius est dicendus: hoc de Visu, Olfactu, Auditu verũ esse cõstat, ex iis quæ superiùs posita sunt: de Gustu inferius declarabitur. De Tactu autem, ratione & authoritate demonstratur. Ratio est, quoniam Tactus nec forma animalis dici potest, (quia operatio est, B & animal dormiendo tactu caret) nec materia (vt patet) multóque minùs essentia. Cùm verò Aristoteles & Alexander aliquando dicant, Tactu sublato auferri animal: Non posse animal sine tactu esse: Tactumque solum in animalibus necessariò inesse, hactenus vera loquuntur, quatenus in Tactu solo operationes sensus apparent, & eo vno animalis conseruationi idoneo & capaci sit contenta natura. Etenim cùm ille in mediocritate quadam, & concordia contrariorum calidi, scilicet, frigidi, humidi ac sicci consistat: ea cognoscit ex quibus animal constitutum est, & in quibus solis vita illius conseruari potest. Erit igitur Tactus non simpliciter sed tanquam *συναίτιον* id est ad finem, animali necessarius. Hoc item probant Aristot. verba in tertio de anima tex. 63.
" Cum animal corpus sit animatum, atque omne corpus sit tactile, tactile au-
" tem est, quod est tactu sensile, necesse est etiam, animalis corpus tactiuum es-
" se, si saluũ futurum sit animal. Et eodem libro tex. 64. ita loquitur: Gustus & C
" Tactus animali necessarii sunt: nam sine tactu animal non est, reliqui vero
" gratia eius quod bene est: nam si saluum futurum sit animal, non solùm opor-
" tet vt tangendo sentiat, verùm etiam è longinguo. Quęstione ad exitum perducta, restat vt obiectioni satis faciamus. Ratio, quæ tertio de anima tex. 63. allata, probat, Tactum animali necessarium esse: non modò pendet ex iis quę ibi proponuntur, sed ex iis etiam quæ tex. 60. sunt declarata: Etenim si illa omnia coniunctim sumantur (vt verè sumenda sunt) animalibus Tactum necessariò, plantis verò nullo modo tribuunt. Docuerat Aristot. in tex. 60. Animal sensum necessariò habere, contextu deinde sexagesimo tertio ostendit: Tactum eidem necessariò inesse: Quod hac fere ratione probat: Animal necessariò sensum habet, ergo sensum tactus: consequutio probatur, cùm ex eo, quòd est corpus animatum, tum ex hoc quòd sensum habet. Nam cùm corpus sit, idcirco tangi, atque à tangentibus mutari, necnon corrumpi potest: D cùm verò sensu prædictum sit, qui ob cõseruationem essentiæ ipsum obtinentis datus est: idcirco oportuit, corpus animalis, sensum aliquem obtinuisse, qui suæ essentiæ veluti custos esset & cõseruator. Huiusmodi est vnus Tactus: quandoquidem reliqui, per externa media sentientes, (vt inferius declarabitur) ad tuendum corpus à tactilibus, idonei, aptique esse non possint. Hæc ratio in plantis nullum locum habet, cùm omni sensu sint destitutæ. Alterum quiddam hîc animaduertendum est, Gustum nimirum propter alimentum animalis necessarium dici. Nam cùm animalis vita, calore innato conseruetur, calor autem innatus humido ipso, quod assiduè depascitur, tanquã pabulo proprio, nutriatur: si humidũ aliquando desit, calorem quoq; innatũ vitãq; animalis vnà dissolui, atque interire necesse erit. Oportuit igitur, vt vita animalis maneret, Naturã huic incõmodo cõsulere, facultẽq; illam alendi, Na-

turalem

A turalem à Medicis vocatam (quam Peripatetici à vegetante non ſeiungunt)
animali rribuere, quæ calori natiuo, pabulum cõtinenter ſuppeditare poſſet.
Suppeditat autem, mediis cibis & alimentis in corpus ingeſtis, quæ concocta
atque in ſubſtantiam ſanguinis, (ex quo nos effecti ſumus) mutata, nutrimẽ-
tum euadunt, ad calorem innatum vniuſcuiuſque partis conſeruandum, at-
que ad ſubſtantiam abſumptã, recuperandam, accommodatum. At non om-
nis cibus, omnibus æquè cõueniens eſt, ob diuerſam ſcilicet corporũ alimen-
torúmque temperationem: æquum igitur fuit, facultatem guſtandi, anima-
li præeſſe, quæ rerum ſapores internoſceret. Nam ſimulac ſapor in humore
cibi conſtitutus, linguæ admouetur (quæ organum guſtatus eſt) diffuſus cum
humore guſtatum incitat, moxq́; ſpecies eius & imago, ad principem ſenſum
vi ſpiritus defertur, qui deinceps an alimentum naturæ animalis ſit conue-
niens, iudicat atque cognoſcit. Ex his conſtat, Guſtum animali vnà cum Ta-
B ctu neceſſarium eſſe, vt augeri, conſeruari, tandémque ali commodè poſſit.
Sed his ita conſtitutis: oportet nõnullis argumẽtis reſpondere. Hęc verò ſunt:
Tactus eſt natura prior guſtu, igitur à guſtu ſeiungi poteſt. Aſſumptio eſt Ari-
ſtotelis tertio de anima ad finem. Cõſequutio valet, vi regulæ in poſt-catego-
riis cap. de priori propoſitæ: qua poſita, ita licet argumentari: Tactus à guſtu
ſeiungitur, non igitur ambo animali inerunt neceſſariò. Præterea, Tactus eſt
ſenſus alimenti, non igitur guſtus. Aſſumptio eſt Ariſtot. ſecundo de anima
tex. 28. conſequutio vera eſt, ſi guſtus & tactus ſint duo ſenſus ſpecie diſtincti,
& facultates præſertim paſſiuę animæ obiectis ſuis diſtinguãtur. Quorũ vtrũ-
que probatur ab Ariſtotele ſecundo de anima. Poſtremò, ſi ob alimentum, gu-
ſtus eſt neceſſarius animali, igitur & plantis, ob eandem cauſam. Vel vera eſt
conſequutio, vel ſuæ falſitatis ratio eſt afferenda. Vt priori argumento ſatiſ-
fiat, nonnulli ex recentioribus iiſq́; clariſſimis philoſophis, diſtinctionem gu-
ſtus vulgò receptam, atq; ex Auerroe & Themiſtio (vt aiunt) ſecundo de ani-
C ma tex. 28. ſumptam, in medium afferunt: Guſtum nanq; duplicem eſſe dicũt,
perfectum vnum, alterum imperfectum: perfectus guſtus eſt qui differentias
omnium ſaporum percipit, acutéq; iudicat: hunc à tactu differre cõſtat, cùm
obiecto, qui ſapor eſt, ortum habens, ex primis qualitatibus quæ ſunt obiecta
tactus: tùm organo, & dignitate, quandoquidem talis guſtus linguam pro or-
gano habeat, in perfectioribuſq́; tantùm animalibus reperiatur, tactus autem
organum, ſint nerui per vniuerſum corpus diſſeminati, & ipſe in omnib᷒ ani-
malibus inſit. Guſtum imperfectum vocant ſenſum alimẽti qui vtile ſequitur,
& noxium fugit: quem à tactu non ſeparant, niſi accidẽte quodam: quatenus
nempe tactus omnibus corporis partibus, guſtus autem linguę tantùm adeſt:
præterea hîc primas qualitates ſub ratione alimẽti percipit, ille verò nequa-
D quam. His poſitis, aiunt Ariſtotelem tertio de anima, Guſtum perfectum
à tactu ſeiunxiſſe, hîc verò minimè, quia de imperfecto loquatur. Hæc illi:
quæ mihi ſuſpecta ſemper viſa ſunt. Primùm enim Auerroes & Themiſtius,
non modò non contextu vigeſimo octauo ſecundi libri de anima, ſed nuſ-
quam iſta expreſſè docuerunt. Præterea ſenſus alimenti eſt ipſe tactus,
huiuſque munus eſt qualitates primas ſub ratione alimenti percipere, ex
calidis nanque, frigidis, humidis, ſiccíſque (quæ tactus ſunt obiecta) alun-
tur omnia, vt patet ex Ariſtotele ſecundo de anima contextu 28. Non eſt
ergo vllo modo guſtus, Senſus alimenti appellandus: cùm præſertim ibi
addat Ariſtoteles, ſaporem ad delectationem tantùm alimenti confer-
re. Conſtat deinde, Ariſtotelem hîc illum guſtum à tactu inſeparabilem

vocate, quem secundo de anima cont. 94. & Auert. com. 101, quendam tactum esse dixerunt: atqui, vt ex cont. 93. & 95, eiusdem libri patet, de gustu illo ibi sermo fit, qui in saporibus dijudicādis versatur. Postremò, dignus esset Aristot. qui reprehenderetur: si hic, enumerans ex proposito necessitatem sensuum, non de veri gustus, sed de imperfecti tantùm necessitate loquutus fuisset: prætereà ipsemet, Gustū qui saporum iudex est, hic intelligi velle declarat, verbis illis, (Suaue enim is dijudicat & insuaue in alimentis). Dicendum est igitur ex Themistio quidem in tex. illo 28, & ex Auerroe alibi, colligi duplicem esse gustum, perfectum vnum, qui scilicet in perfectioribus animalibus reperitur: Imperfectum alium, qui in omnibus, os linguam, palatúmue, aut aliquid his ad similitudinem muneris respondens obtinentibus, (vel illa sint sanguinem habentia, & animal parientia, vel mollia, vel insecta, aut crusta testáque tecta) reperitur, vt docet Aristoteles quarto de histotia animalium, cap. 8. Interea tamen tam imperfectum, quàm perfectum gustum, saporum discretiuum esse (vt ibidem Aristoteles docet) putādum est. Nam vt non omnes sensus omnibus animalibus, neque æquè singulos, tributos à natura fuisse fatemur: ita vnumquemque, suam semper naturam seruare, & nūquam cum altero confundi, asserimus. Gustus igitur tā perfectus quàm imperfectus, in saporibus iudicandis versatur, cùm sapor vnicum ac proprium eius obiectum sit: quemadmodum enim color est spectabilis, ita gustabilis sapor, teste Aristot. secundo de anima cont. 102. & 103, & Auerroe ibidem, qui ait, Gustabile in rei veritate esse proprium gustus. Quòd si aliter sentiremus, qua ratione numerum quinque sensuum ab Aristot. positum & demonstratum, tueri possemus? Nam quòd idem organum secundum rem, diuersorum sensuum esse possit, concedimus quidem cum Themistio, qui secundo de anima. cap. 39. ait, Gustum & Tactum in vna parte linguæ fieri: sed quòd vnum & idem obiectum ptorsus diuersorum sensuum esse possit, nunquam concedemus. Aliter itaque putamus, huic obiectioni satisfieri posse. Qua in re id attendendum est, quod Aristoteles secundo de anima cont. 101. nobis scriptum reliquit: Gustum scilicet esse quendam Tactum: Hoc Auerroes in com. explicās, & Thomas ibidem, dicunt: Gustum esse quendam tactum proportione, quia veluti tactus sentit per medium coniunctum quod est caro, ita gustus per medium non extraneum quod est caro linguæ: prætereà obiectum gustus, est sapor: sapor autem in humido fundamentum habet, vt inferiùs declarabitur: quo fit, vt nunquam gustus saporem sit percepturus, quin humidum quoque vnà percipiat. Atqui humidi sensus, Tactus ipse est: qua etiam ratione Aristoteles secundo de anima cont. 28. dixit: saporem vnum ex tactilibus esse, non quia gustus, quà gustus est, primò à qualitatibus primis afficiatur: neque tactus, quà tactus, à sapore: sed quia gustus, quà iudex est saporum, à saporibus quidem primò, mox ab humido, in quo sapor cōsistit, afficiatur: ita tactus quatenus tactus, qualitates quidem primas statim percipit, sapores tamen percipere dicitur, quatenus gustus qui sapores iudicat, quidam tactus appellatur. Dicimus itaque hic agi de gustu saporum iudice: & hunc duobus modis considerari posse: Vel quoad eius primum obiectum formale, quod est sapor (& hoc modo nonnisi condimentum nutrimenti dicitur, vt docet Aristot. secundo de anima cont. 28. & separatur à tactu, & necessarius vt bonum vocatur, quod concludit argumentum, & locus Aristotel. adductus probat) vel quoad id quod ab eius obiecto formali vnà adfertur: (materiale autem obiectum gustus dicitur ab Auerroe secundo de anima. com. 10) atque hac ratione, sapor est quid tactile: & Gustus, Tactus quidam, atque à tactu nunquam seiungi po-

A gi poteſt, neceſſariúſq;, veluti συναίτιον dici debet. Ex his etiam patet, quid ſecũdo argumento reſponderi poſſit. Nam ſenſus Tactus eſt quidem ſenſus alimenti, quatenus ex illo alimur, ex quo conſtamus: conſtamus autem ex primis qualitatibus, quorum ſenſus, eſt ipſe Tactus. Guſtus verò alia ratione ſenſus alimenti dicitur, nimirum quia ſuaue & inſuaue in alimento ſolus iudicat, atque diſcernit: quò fit vt ſapor alimento condimentum afferre dicatur, præterea nihil. Dicimus ergo Facultates per ſua quidem obiecta prima diſtingui: ſed nõ ſemper neceſſe eſt, vt obiecta illa realiter ſeiũcta ſint: ſat enim eſt ſi formaliter diſtinguantur. Idem nanque te nutrimentum ex Ariſtotele ſecundo de anima cont.42. obiectum facultatis alentis & generãtis eſſe dicitur: huius tamen, quatenus id ex quo ſubſtantia fit: illius verò, quatenus id, quo ſubſtantia conſeruatur. Tertio autem facile eſt reſpondere. Etenim cùm animal immotum loco, & radicibus affixum non hæreat, cibum ſibi inuenire, ſumere,
B parare, proſúſque concoquere debuit: quò etiam fit, vt ad hos vſus multa inſtrumenta obtinuerit, quibus omnibus plantæ deſtituũtur. Verùm cibis quidem alitur animal, non tamen omnibus, ſed iis tantùm qui ea qualitatum temperatione conſtat, quæ ſit ſuæ naturæ conueniens: atquì ſapores ſunt primarum qualitatum, quaſi μήνυται & indices: iure igitur guſtum obtinuit, quo de cibis omnibus, liberum iudicium in ſuam ſalutem ferre poſſet. Plantæ verò, non modò quia mediocritate illa qualitatum carent, quàm facultas ſentiendi deſiderat (vt docet Ariſtot. ſecundo de anima cont.124.) Vi iſta vtile ab inutili diſcernendi, cognoſcendiq; deſtituuntur: verùm etiam, quia abſque huiuſmodi guſtandi facultate commodè ali poſſunt: ſumunt nanq; alimentum à terra, iam propè digeſtum ad alendumque accommodatum. Quòd ſi plantæ ſuccum ex terra cum ſua natura congruentem exugere videantur: id
C natura ſolùm, non cognoſcente aliqua facultate, aut iudicio medio fieri exiſtimandum eſt. (Alimentum.) Hoc & contrarium, & ſimile corpori alendo dici poteſt: cõtrarium quidem, antequam concoquatur (etenim in naturam corporis mutari debet, omnis autem mutatio ex contrario in contrarium fit) ſimile verò, cùm iam concoctum fuerit, & in ſubſtantiam corporis alendi conuerſum. Alimenti igitur proprium eſt, conſeruare, & augere animal: dico augere intrinſecùs, id eſt ratione formę (hæc enim vera auctio eſt, vt ex primo libro de ortu & interitu diſci poteſt) non extrinſecùs, & ratione materiæ, quod inanimis etiam accidit. Præterea, ne putemus hîc alimenti nomine, id deſignari, quod actu iam alit: nam neque guſtus neque tactus, ad huiuſmodi alimentum neceſſarij eſſent, cùm animalia tunc maximè alãtur cùm ſenſum nullum habent, id eſt cùm dormiunt, quemadmodum alibi docet Ariſtoteles. Alimentum ergo in hoc contextu id omne vocatur quod ad alendum animal aptum eſſe poteſt. (Et omnino ſapor eſt alentis partis paſſio.) Quid ſit ſapor, & quòd in humido aqueo, tanquam in ſubiecto præcipuo conſiſtat, à
D calido verò actiuè pendeat, & quòd ſit paſſio corporis tantùm mixti, inferiùs cum Ariſtotele declarabimus: nunc igitur ſat fuerit, ſi cur hæc verba ab Ariſtotele prolata ſint, rationem afferamus. Dixerat anteà Guſtum neceſſarium eſſe propter alimẽtum: neceſſitatis cauſam hanc vnam attulerat, quòd ſolus guſtus ſuaue ab inſuaui in alimento diſcernat: oſtendit nunc conſequutionem ſuæ argumentationis valere, acſi ita loqueretur: Quod eſt ſenſus ſaporum, eſt ſenſus alimenti: Guſtus eſt ſenſus ſaporum: guſtus igitur eſt ſenſus alimẽti. Minor inferiùs declarabitur, & ex libris de anima nota eſt. Maiorẽ ea ita probat, quia ſapor eſt paſſio alimẽti (vt inferiùs ca. de guſtu dicet) quod alentẽ

facultatem tanquàm finem respicit(vt inferiùs cap. de gustu dicet: vnde Aristoteles saporem, passionem alentis facultatis appellauit, quemadmodum etiam in libris de anima eundem saporem passionẽ tactus vocare videtur: quia nimirum est passio humidi, quod quidem obiectum & passio tactus, propriè dici debet. Hæc vnus Thomas attigit: Alexander autem notat hunc locũ emendandũ esse. Ita enim legi vult, καὶ ὅλως ὁ χυμός ἐστι τοῦ θρεπτικοῦ μορίου πάθος. Istius verò emendationis occasio, tùm ex diuersitate lectionis, sumitur, (duplex enim ab ipso proponitur) tùm ex ratione. Ait enim, In quibusdam exemplaribus ita haberi: καὶ ὅλως ὁ χυμός ἐστι τοῦ αἰσθητικοῦ θρεπτικοῦ μορίου πάθος. In nonnullis vt nos legimus. Ratio autem est: Quia, inquit, absurdum est asserere alentem animam à saporibus pati: perinde enim est ac si dicatur, alentem animam sapores sentire: atquì facultas alens, non est sentiens. Possumus istam Alexandri lectionem retinere: tum enim planior quidem erit sensus, sed alio modo ratio Philosophi deduceda erit: & præterea verò aliqua dubitatio orietur. Porrò argumentatio hunc in modum disponetur: Gustus est sensus, iudex saporum: igitur Gustus est sensus iudex alimenti: consequutio inferiùs declarabitur, quia nimirum Sapor sit alimenti passio: & causa cur animal cibo vtatur ex Auertoe in secundo de anima, cont. 28. maior probatur, quia Sapor est passio siue obiectum proprium Gustus. Hæc autem est dubitatio: Quia scilicet non videtur rectè dici posse, Saporem esse passionem Gustus. Si enim sentire, sit quoddam pati, & omnis passio ab aliquo efficiente, & quod actu sit proficiscatur, (ex secundo de anima cont. 54.) sapor qui gustum efficit, quomodo non actiuus potius quàm passio dici debebit? Quinimò verba Aristotelis, secundo de anima « cõt. 105. hoc ipsum disettè explicãt, quę sunt eiusmodi: Quare gustatiuum est, « quod est tale potestate, gustabile verò quod est effectiuum actu eius. Responderi potest ad Alexandri partes tuendas, ex Aristotele quinto metaphy. cõt. 35. Passionis nomine appellari, non modò motus ipsos, & alterationes, verùm etiam qualitates, quibus corpora mutari atq; alterari possunt: vt album, nigrum, dulce, amarum, quę omnia in Categoriis cap. de Qualitate παθητικὰς ποιότητας vocat, τῷ κατὰ τὰς αἰσθήσεις πάθους εἶναι ποιητικάς. Sapor igitur, quatenus obiectum gustus est, actiuus dicetur: quatenus verò passionem in sensum efficit, Passionis nomine poterit appellari.

A

B

C

Αἱ δὲ διὰ τῶν ἔξωθεν αἰσθήσεις, τοῖς πορευτικοῖς αὐτῶν, οἷον ὄσφρησις καὶ ἀκοή, καὶ ὄψις, πᾶσι μὲν τοῖς ἔχουσι, σωτηρίας ἕνεκα ὑπάρχουσιν, ὅπως διώκωσί τε προαισθανόμενα τὴν τροφήν, καὶ τὰ φαῦλα καὶ τὰ φθαρτικὰ φεύγωσι. τοῖς δὲ καὶ φρονήσεως τυγχάνουσι τοῦ εὖ ἕνεκα· πολλὰς γὰρ εἰσαγγέλλουσι διαφοράς, ἐξ ὧν ἥ τε τῶν νοητῶν ἐγγίνεται φρόνησις, καὶ ἡ τῶν πρακτῶν.

9 Sensus verò qui per externa fiunt, iis quæ ingrediuntur, vt olfactus, auditus, & visus: omnibus quidem illos obtinentibus salutis gratia insunt, vt præsentientia alimentum persequantur, maláque & noxia fugiant. In illis autem qui prudentiam quoque habent, boni gratia insunt: multas enim differentias declarant, ex quibus, cùm intelligendarum tum agendarum prudentia proficiscitur. D

Proponit aliorum sensuum necessitatem, illamque non vnicam esse declarat: cùm neque vnius etiam generis sint animalia, quæ illos obtinerunt. Quo in loco illud repetere placet, quod superiùs etiam diximus: Naturam scilicet in animalibus perficiendis quasi per gradus ascendere: Infima omnium species ζωοφύτων veluti planta radicibus affixa loco non mouetur, tenuemque

co-

A cognoscendi vim assequuta, tactum, gustumque solùm habet, quò præsentia tantúm obiecta sibi oblata percipere queat. Sequitur animaliũ genus locum mutans, atque incedens: quod non præsentia tantùm, sed absentia etiã, cognoscere debuit: ideoq; præter tactum, & gustum sensum olfactus, visus, auditusq; obtinuit. In supremo tandem gradu animalia collocatur, quæ nõ modò sensibus omnibus, sed mente etiam ratione que vigent. Aristotel. ergo visum trium sensuum posteriorũ in animalibus declarat non modò quà loco tãtùm mouentur, verùm etiam quà viuunt intelligentia. Sensus (inquit) olfactus, auditus, visus, qui medio extrinseco, efficiuntur, saluti omnium animalium quibus insunt (insunt autem omnibus ingredientibus) hunc vsum afferũt: quòd illis mediis, animalia veluti præsentientia, cibum sibi quærere & inuenire, præterea verò omnia noxia, suæq; vitæ corporiq; aduersãtia, declinare possint. Quòd si præter incessum, rationem quoque sint assequuta, iam habent quò

B horum sensuum medio, multam rerum intelligẽdarum cognitionem, agẽdarúmq; prudentiam sibi comparare valeant. His in verbis multa sunt à nobis expendenda: quod vt commodiùs præstari possit, à primis erit exordiendum. Docet Aristoteles olfactum, visum, auditum, omnibus animalibus ingredientibus, vt illorum saluti consulerетur, tributos esse, Idem verò quantùm ad primam partẽ attinet, docuit secundo de anima cont. 131. nempe, animalibus perfectis omnes sensus tributos fuisse. Vocat autẽ animalia perfecta, quæ loco mouẽtur: quia facultas mouẽdi (vt ibi Philoponus ait) est facultate sentiente perfectior. Quare vbi meliora, ibi quoq; aderunt deteriora. Quantùm verò ad secundam partem, Aristoteles tertio de anima cont. 68. expressè docuit, Sensus istos, non ad esse: sed ad hoc vt bene sint, animali tributos fuisse. Sed hîc primùm quæritur, An verum sit, animalia omnia quę loco mouentur,

C Sensus omnes habere: præterea quomodo visus, auditus, & olfactus saluti animalium conferant. Prioris quæsiti occasio, à Talpæ natura præcipuè sumpta est, quæ loco mouetur, vt constat, visu tamen caret, vt videtur Aristoteles docere quarto libro de historia animalium cap. 8. præterea ab Apibus, quas audire in procemio metaphy. negat. Talpam autem oculos habere cõstat, ex secundo libro de anima cont. 131. & quarto de historia animalium cap. 8. itemq; primo eiusdem tractationis cap. 9. quò etiam fit, vt quæsiti occasio maiorem vim habere videatur: nam (quemadmodum ait Simplicius ex Aristotele secundo cæli cont. 50.) cùm natura nil frustra faciat, atque oculos Talpis dederit, eisdem quoq; visum tribuisse necesse est. Frustra namque est calceamentum cuius non est calceatio, ex Aristotele in primo cæli cont. 32. Imò hoc ferè eodem argumento, probat in secundo libro eiusdem tractationis, astra non habere facultatem, qua de loco ad locum moueri possint, quia nimirum instrumentis ad motionem aptis destituantur. Auerroes huic quæstioni satisfacere cupiens, ait: Talpam habere quidem oculos, carere tamen visu: quia

D Natura quæ semper meliora respicit, cognoscens nutritionem Talpæ vtiliorem fore, quàm visum: (sub terram enim assiduè degit, illamque fodit, vt cibum sibi comparet) Talpæ oculos pelle illa obtegit, ne cibum venando læderetur. Addit præterea materiam eius ad plura recipienda aptam non fuisse, quasi scilicet materia illa terrea multùm, non sit perspicua, vt instrumẽta videndi requirunt. Thomas Auerroem sequutus est: & vt satisfaciat Aristoteli secundo de anima contextu 131. dicere videtur: Animal perfectum, omnia quidem αἰσθητήρια habere debere, non tamen omnes sensus: atque ita Talpam, animal perfectum esse, cùm omnia organa sensuum habeat, visu tamen destituatur. Quòd si dicas, Naturam nil frustra agere,

respõdet: αἰσθητήρια illa, idcirco Talpæ tributa fuisse, vt in genere perfectorum A animalium collocata esse videretur. Zimara in Indice, litera T. eandem sententiam aduersus Simplicium & Albertum tuetur. Argumentis autem aliter quàm Thomas satisfacit. Nam neque frustra oculos Talpæ datos fuisse ostendit, quia replent vacuum illud & concauum, quod inter duos sinus oculorum continetur: & Naturam nil agere nisi propter finem, aliquando tamen casu impediri, fatetur. Sed quæ ab istis afferuntur vel nimium crassa, vel nullius momenti esse videntur. Auerroem in præsentia omittamus, qui argumentis nõ respondet: Thomę & Zimaræ verba, absurda & crassa esse demonstremus. Nam quàm impium sit, ne dicam falsum, dicere, Naturam idcirco tantùm, oculos in Talpa posuisse, vt in genere animalium perfectorum collocata esse videretur, omnibus iis constat, qui Naturam, non quòd appareat, B sed quòd verè sit, quærere norunt. Alchymistarum illud proprium est, non Naturæ. Idem de illis dico qui oculos Talpæ ob decorem tantùm tributos esse defendunt. Præterea, si Talpa habet omnia αἰσθητήρια, vel illa sunt prædita suis operationibus, vel non. Si non, ergo oculus Talpæ æquiuocè oculus & veluti lapideus dicetur, (quod Aristot. aduersatur). Si sic, igitur Talpa videt. Tertiò, nonne Natura commodiùs concauitates illas, vt vacuum fugeret, carne replere potuisset (vt in hominibus cæcis ab ortu facit) quàm pulcherrimis illis tunicis atque humoribus, ex quibus oculos Talpæ constare narrat Aristoteles, & experientia docet? Postremò, cùm dicunt naturam impediri, & casu fieri ne Talpa videat, repugnant Aristoteli, qui secundo libro phy. docet, Ea quæ à casu sunt, rarò effici: atqui Talpa nunquam non ita nascitur. Addo, si natura in generatione Talpę impediretur, factum iri Monstrum aliquod: non autē Talpā cum his oculis eodē semper modo se habētibus. Solus itaq; Simplicius huius quæsiti veritatem assequutus est, qui Talpam videre affirmauit. C Cuius sententia argumētis superius allatis probari potest: prętcrea verò similitudine atque experientia. Etenim Aristoteles quarto de hist. animal. cap. 8. declarat, Pisces quosdam (vt Cyprinum) quia palatum carnosum habēt, quod linguæ adhærentis & immobilis vicem gerit, Gustum obtinuisse. Cur igitur Talpæ nos visum, auferemus, cùm instrumenta ad videndum apta sit consequuta? Atqui cernere licet, Talpam aliquando à suo cuniculo cibi venandi gratia egressam, longiusq; progressam: si strepitum sentiat, incredibili celeritate ad suum cuniculum rectà reuerti? Mirũ id esset, si omni prorsus visu destitueretur: qua enim ratione solo olfactu hoc efficere queat, vix potest intelligi. Dicendũ est igitur, Naturam, quæ semper cum ratione coniuncta est (vt docet Arist. secundo de ortu & interitu cont. 41.) Talpis quidē oculos dedisse, illosq; pellicula illa tenui obtegisse, non vt non viderent, sed ne vidēdo læderentur. D Cùm enim Talpa cibum tota facie terram fodiendo quærat, facile à quolibet corpore tangente offendi potuisset, nisi tali veluti fulcro, illi natura subuenisset: ideircoque pellis illa tenuissima est, & absque pilis, vt transparendo Talpa cernere posset. Vbicunque autē Aristot. Talpam non cernere, videtur asserere, non alia erit à nobis ratione audiēdus, quàm ea qua seipsum libris de historia Animaliū interpretatur. Primò enim illi⁹ tractationis cap. 9. ita loquitur: Habent profectò oculos animalia quæ animal generant omnia, « præter Talpam quam modo quodam habere dixerim, cũ tamen omnino ha- « bere negē, quippe cũ omnino quidem nec videat, nec perspicuos habeat ocu- « los. Ex quo loco patet, Aristotelem neq; oculos neq; visum Talpis omnino « auferre, sed oculos perfectos, visũmque perspicuum. Quod quidem & nos fatemur: imò nisi hoc modo Natura cum Talpis egisset, reprehendenda foret.

Quot-

A Quorsum enim visum perfectum animalibus iis tribuere oportuit, quæ sub terram toto ferè suæ vitæ tempore degunt: at modica videndi facultas organum quoque sibi proportione respondentem, non perfectum atque absolutum desiderat. De Apibus idem dicendum est. Nono nanque de historia animalium cap. 40. apes audire incertũ esse, ostendit: non autem auditu prorsus carere affirmat. Experientia etiam apes audire docet: cùm ad propria aluearia sonitibus reduci, arte sit ab hominibus obseruatum. Falsum enim est quod à Thoma dicitur, id tactu quodam potius, quàm auditu fieri. Neque enim tam vehemens ac celer est ille sonitus, vt aerem impellere, ac sensum tactus apium afficere possit. Alterum quod quæritur, Alexander egregiè docet: Visus enim (ait) idcirco saluti animalium conferre dicitur: quia cùm varia mu-
B tent loca, facilè aliquid incedendo offendere possent, quod suæ vitæ noxium esset. Odor quoque, cùm sit veluti index alimentorum conuenientium, & noxiorum: prætereà verò illorum quasi nuncius & explorator, iure olfactu ab animalibus percipi posse oportuit, vt nosset vbi cibum inuenire, qualem peteret, & à quo abstinere deberent. Auditus autem cùm ad alimentum reperiẽdum (vt in lupo ouem audiente, manifestum est), tum ad vitam seruandam, (quod lepores canum latrantium vocem præsentientes, declarant,) non mediocriter confert. Hæc omnia cõplexus est Aristot. cùm aliquando ait: Visum animalibus tributum fuisse, vt in aere & aqua videre possent: odoratũ, vt cupiãt alimentũ, & ad id moueãtur: auditũ, vt ipsis aliquid significaretur. Sed his positis, oritur statĩ dubitatio: quia nullũ videtur esse discrimẽ, inter necessitatẽ tactus, & horũ triũ sensuũ. Nam 3. de anima cont. 63. docet Aristot. Tactũ necessarium esse animali, vt in suam salutem & conseruationem alia vitare, alia pete-
C re possit. Respondendum est, præter ea quæ superiùs attulimus: Tactum esse necessarium ad salutem animalis, sed in hoc ab aliis sensibus differre, quòd medio tactu, ea vitare licet quę totũ animal lædere atque corrumpere queãt. Hæc sunt excessus primarum qualitatum: nam (vt idem cont. 67. scribit) excessus tactilium totum destruit animal: Tactus enim αἰσθητικὸν totum corpus animalis habetur: animal autem si tali sensu careret, tam per ignem quàm per aquam incederet. Alii verò sunt quidem ad salutem, sed non totius primò neque exuperantia soni, odoris, coloris, aut saporis, totum vnquam animal, nisi ex accidente, sed suum tantùm αἰσθητήριον proprium, corrumpet: (Sensus qui per externa fiunt). Aristoteles tertio de anima cont. 64. docet, animalia si salua futura sint, non modò oportere vt tangendo sentiant, verùm etiam è longinquo: idcircóque sensus qui è longinquo sentiunt, per medium extrinsecũ efficiuntur. Omnes autem sensus medio egent. Sensile enim supra sensum po-
D situm, sensionem non producit. Sed huius potissima ratio est: quia vt sensus, sensile percipiat, necesse est primùm vt in illud quasi fingatur atque formetur: atquî id fieri non poterit, nisi primùm sensile, simile quodammodo sensui reddatur. Sensile autem extrinsecum, corporeum est, & materiam prorsus obtinens: sensus verò spiritualis & immaterialis, cùm facultas animæ sit. Oportebit igitur sensile prius spirituale reddi quàm à sensu percipiatur: verùm non transibit vnquam ab illo suo corporeo prorsusque materiali Esse, quod in sese obtinet: ad illud Esse multum spirituale, quod in sensu acquirit, nisi per gradus. Infimus autem omnium est in ipso medio, in quo illum, sensile acquirit. Ita vt, quemadmodum Auerroes aliquando in his libris ait formam rei sensilis in phantasia esse magis spiritualem, quàm cùm est in sensu communi: & adhuc magis in sensu communi, quàm cùm est in sensu exteriori: Ità dicimus formam illam in sensu exteriori spiritualiorem adhuc esse, quàm cùm

est in medio:in quo tanquam in infimo gradu(vt ita dicam) essendi spirituale reperitur. Propter ordinẽ igitur gradus spiritualitatis,qui in sensione requiritur,necesse est medium dari, quod minimum gradum illius recipere queat. A
Omnis igitur sensus medio eget, (Alexandri nanque sententia,nimirum tantùm sensus, id est visum,auditum, olfactum, medium desiderare,rectè ab Auerroe secundo de anima comm.116. explosa est): eget autem, propter ipsam sensionem, vt declarauimus. Quò fit,vt medium non tantùm sensui conuenire,sed per se & necessariò conuenire dicendum sit:sensus enim per se & ex sui natura,ad ipsam sensionem tanquam facultas ad proprium actum respicit: sed in sensu tactus & gustus,hoc magis latet. Ratio est, quia non extrinsecum in illis medium esse videtur,sed cum organis ipsis coniunctum. Est enim caro, vt declarat Auerroes ex sententia Aristotelis secundo de anima comm. 116. Tactile igitur & gustatile non videtur à medio ad nos deferri, sed vnà potiùs cum medio percipi:cùm è contra spectabilia,olfactilia,& audibilia, ideò percipiantur,quia medium extrinsecum(quod est aer vel aqua) aliquantum mouet nos:cùm ipsum primò sit ab obiecto motum. Hæc docet Aristoteles secũdo de anima cont.75. Ex his patet in his tribus sensibus, si sensile organum tãgat, sensionem non sequuturam. Corpus nanque album in superficie oculi positum, cerni non poterit. secus se habet in gustu & tactu, in quibus sensile sensum tangat oportet. Tota huius discriminis ratio est: quia hi materiales magis & corporei sunt, illi spiritualiores. In secunda contextus particula Aristoteles docet: Tres enumeratos sensus in animalibus quæ prudentiam obtinuerunt, boni gratia inesse. Quæritur itaque primùm, quænam sint animalia quæ prudentiam obtinentia vocat: præterea, qua ratione in illis boni gratia sensus hi inesse dicantur. Priori quæstioni satisfacit Thomas, qui per prudentes hîc tam bruta, quàm homines intelligi vult. Alexander de homine tantùm loquitur: sed Thomam magis probo, vt animalium omnium gradus Aristotelem nobis proposuisse constet. Infimum vocauimus ζωόφυτα, quæ tactum habent & gustum: reliquis sensibus & memoria carent. Sequuntur illa quæ omnes quidem sensus habent, sed auditu perfecto carent. vt apes, formicæ, araneæ: quæ quia auditu carent, disciplinæ sunt expertes: memoria tamen atque idcircò prudentia vigent. Tertium locum obtinent animalia quæ cũ sensibus aliis & memoria, sensum auditus habent: vt canes, equi, & huiusmodi. Quæ quia memoriam habent, prudentiæ sunt participantia: quia verò acuti⁹ audiunt, disciplinæ. In supremo gradu collocatur Homo, qui ista omnia excellentiori modo est assequutus. Hæc ferè Aristoteles in procemio metaphy. Ex his nonnulli triplicem illam prudentiæ distinctionem eliciunt: Rationalis scilicet, Animalis, & Naturalis. De qua si paucis disseruerimus, non erit(vt opinor) à re alienum: Ista enim ad huius contextus intelligentiam pertinent. Ab hominis autem prudentia exordiendum est, quæ scilicet aliarum regula esse poterit. Duæ sunt animi nostri partes: vna ratione carens, altera quæ ipsamet ratio vocatur. Hæc rursus duas quasi partes habet: prima, res necessarias & immutabiles spectat. secũda, illas quæ non vno modo possunt euenire. posterior hæc, rursus aut versatur in rebus quæ sub actionem cadere dicuntur, id est in quibus appetitus siue pars illa animi rationis expers, affectionésque emergunt, vt rationem perturbent: aut in iis quæ sub effectionem cadere dicimus, id est quæ operam potiùs corporis, & præcipuè manuum desideret, quàm concitationem vllam appetitus patiantur. Priora illa simpliciter ad hominẽ spectant: posteriora verò ad talem hominem. Vt igitur mens in his rebus mutabilibus, quod bonum & consentaneum est, semper assequi possit, habitu eget.

Neque

A Neque enim res ita de mente, vti de sensu habet. nam sensus ad suum munus præstandum habitu non eget: ita enim pendet à re sensili obiecta, vt in specie illius formatus, non possit non sentire. At menti appetitus sæpenumero resistit, licet imperium illius in appetitum herile esse dicatur, affectionésque immoderatæ, & vehementes libidines, rationem perturbant, ac propè aliquando prosternunt. Accedit eò, quòd incerta omnia ista sunt, tam quæ sub actionem, quàm quæ sub effectionem cadunt. Quò etiam fit, vt in vtrisque consultatio exigatur. Habitus igitur qui ad res sub actionem cadentes pertinet, prudentia vocatur. Idcircóque ita definiri solet: Quòd sit habitus mentis nostræ, quo de bonis & malis hominis quà homo est, siue de rebus sub actionem cadentibus, optimè consultamus, & quod optimum consentaneúmque est, eligimus. De prudentia propriè ita dicta hîc loquimur. Nam quod Aristoteles primo politicorum cap. 2. & secundo rhetor. cap. 1. prudentiam vocat, nos sagacitatem aut solertiam potiùs quandã propriè dicimus: cùm prudẽtia à vir-
B tute morali nunquam abesse possit, vt sexto ethico. & alibi sæpissimè docetur. Ex hac prudentiæ notione patet, cur brutis prudẽtia tribuatur, præsertim autem Animalis. Nam quia prudẽtia consultatione eget, hæc verò in rebus incertis, collatione præteritorum cum futuris versatur: idcircò cùm videntur animalia commodum aliquod vel incommodum præuidere (quod sine collatione & memoria fieri non potest) prudenter agere dicuntur. Atque ob hanc rationem Aristoteles in procemio metaphy. colligit animalia memoriam habentia, prudentiam quoque possidere. Multa Aristoteles in libris de historia animalium, & Plinius in octauo libro historiæ naturalis, de quibusdam animalibus, vt de elephante, lupo, vulpe, cane, equo, simia, ad hanc prudentiam animalem pertinentia, & profectò admiratione digna, commemorat. Erit igitur prudentia animalis, nil aliud quàm vis quædam dirigens animal memo-
C riam habens, vt ex rerum præteritarum recordatione, futurum aliquod commodum vel incommodum præuideat. Naturalis prudentia proprio potiùs nomine Instinctus naturæ appellatur: idcircóque neque consultationem, neque collationem præteritorum cum futuris exigit. Quò fit, vt animalia quæ hac tantùm prudentia instructa sunt, eodem semper modo agere videantur. Formica enim nuper nata, & nunquam hyemem experta, cibum præparat: & hirundo nidum eadem semper ratione parat. De hoc verò instinctu Aristoteles hîc non loquitur, cùm dicat ad hanc prudentiam visum, auditum, atque olfactum conferre, & nos alibi suo loco agemus. Per prudentes igitur tam homines, qui rationali prudentia, quàm bruta, quæ animali prædita sunt, intelligere debemus. Alteram quæstionem enodare videtur Aristoteles, cùm ait: Idcircò sensus istos boni gratia appellari, quia multa rerum discrimina iispercipimus, quibus prudentia rerum agẽdarum intelligendarúmque perficitur.
D Alexander ista quidem in specie magis explicat: sed non modò ad prudentiã, verumetiam ad scientiam accommodat. Quod non est improbandum: quoniam Aristot. in contextu sequenti, intelligẽtiam à prudentia non separabit. Hæc autẽ ferè Alexander: Visu lucem & tenebras, id est diem & noctẽ videmus, luminísque lunæ varietatem: quò fit, vt ad horum effectorum causam cognoscendam excitemur. Videmus prætetea astrorum lucem atque distantiam: quare de magnitudine illorum iudicamus, bonorum etiam & malorum rationem ex pulchro & turpi viso nobis comparamus. itẽ ex cæli motu vniformi & constantissimo, ad primam omnium causam cognoscendam ascendimus. Ex iis quoque quæ percipit auditus, vt sonus, magnitudo, motus, anima ad causam inquirendam quasi instigatur. Sed paucis rem absoluamus:

Non modò sensibus ad intelligendum excitamur(vt ait Alexander)sed nulla A
prorsus scientia est, quæ non à sensu proficiscatur: vt ex primo posteriorum analy.cap.14.& ex secundo eiusdem tractationis sub finem: præterea verò expressè ex tertio de anima cont.39.probari potest: Porrò ad prudentiam quæ in actionibus humanis versatur, tres istos sensus conferre docet Alexander: Quoniam(inquit)actiones particularium sunt: præterea consultatio quæ prudentiæ pars est, experimentum desiderat: hoc autem ex particularibus ipsis quæ sensu percipiuntur, effici constat. Ista Alexandri interpretatio licet vera ac docta sit, atque ab omnibus recepta: videtur tamen ab istius contextus sententia abhorrere. Nam de prudentia hîc quidem loquitur Aristoteles, illámque intelligendis atque agendis rebus tribuit: nullum tamen verbum de scientia, quæ est habitus à prudentia seiunctus. Licet autem Leonicus dicat per prudentiam hoc in loco, iudicium ipsum, atque indagationem veri intelligendam esse(quod ex Aristotelis etiam ore sumitur, qui in contextu sequenti νοῦν cum φρονήσει confundere videtur) semper tamen aliquam vim verbis contextus afferri constat. Huius rei occasione, nõnulli ita Aristotelis verba transferunt, vt plura de suo addant. Verba Græca sic habent: ἐξ ὧν ἥτε τῶν νοητῶν ἐγγίνεται φρόνησις, καὶ ἡ τῶν πρακτῶν. Aliqui ita vertunt:(Ex quibus intelligentia principiorum oboritur, quibus partim ad demonstrandas res, partim gubernandis actionibus nostris vtimur). Alii etiam audaciùs plura, non solùm in his verbis, sed in aliis etiam vertendis afferunt. Quod quàm parum Interpreti docto conueniat, & quantæ ignorantiæ argumentum præ se ferat, penes Peripateticę disciplinæ studiosos iudicium esto. Nos igitur dicamus, rectè prudentiam intelligendarum & agendarum rerum hîc dici posse. Quandoquidẽ agibilia singularia sint: quorum certè singularium prudentiam esse ostendit Aristoteles sexto ethic.cap.13.ad finem. Intelligibilia autem propriè sunt vniuersalia, quorum etiam vniuersalium prudentia est: vt ex libello de communi animalium motione, & ex septimo eth.cap.5.satis constat. Nam absque beneficio Syllogismi practici fieri non potest vt aliquid agamus: is autem ex maiore propositione vniuersali constat, & minori particulari, quę actionis domina est: ex ea enim colligitur conclusio particularis, id est ipsamet actio. Prudens igitur propriè in vniuersalibus versatur: quoniam tamen vt aliquid agat, sub vniuersali particularem propositionem accipit & colligit, quæ est actio: idcircò actionum potiùs directiuus, quàm vniuersalium contemplator appellatur.

B (margin, beside "telligendam esse")

C (margin, beside "stoteles sexto ethic.")

Αὐτῶν δὲ τούτων πρὸς μὲν τὰ ἀναγκαῖα, κρείσσων ἡ ὄψις, καὶ καθ' αὑτήν. πρὸς δὲ νοῦν, κατὰ συμβεβηκός, ἡ ἀκοή. Διαφορὰς γὰρ πολλὰς εἰσαγγέλλει καὶ παντοδαπὰς ἡ τῆς ὄψεως δύναμις, διὰ τὸ πάντα σώματα μετέχειν χρώματος, ὥστε καὶ τὰ κοινὰ διὰ ταύτης αἰσθάνεσθαι μάλιστα. λέγω δὲ κοινά, σχῆμα, μέγεθος, κίνησιν, στάσιν, ἀριθμόν. ἡ δ' ἀκοὴ τὰς τοῦ ψόφου διαφορὰς μόνον. ὀλίγοις δὲ καὶ τὰς τῆς φωνῆς. κατὰ συμβεβηκὸς δ' εἰς φρόνησιν πλεῖστον ἡ ἀκοὴ συμβάλλεται μέρος. ὁ γὰρ λόγος αἴτιός ἐστι τῆς μαθήσεως, ἀκουστὸς ὤν, οὐ καθ' ἑαυτόν, ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκός· ἐξ ὀνομάτων γὰρ σύγκειται. τῶν δ' ὀνομάτων ἕκαστον σύμβολόν ἐστι. Διόπερ φρονιμώτεροι τῶν ἐκ γενετῆς ἐστερημένων εἰσὶν ἑκατέρας αἰσθήσεως, οἱ τυφλοὶ τῶν ἐνεῶν καὶ κωφῶν. D

10 Ex his autem ipsis ad necessaria, melior & per se quidem est visus: ad intelligentiam autem, ex accidenti Auditus. Etenim facultas videndi, multas atque varias differentias denunciat, cùm corpora omnia colorem obti-

A obtineant: quare & communia hac maxime sentiuntur: (communia autem voco, figuram, magnitudinem, motum, statum, numerum) Auditus autem, discrimina tantùm soni: paucis tamen & ea quæ vocis. Ex accidenti autem, multùm auditus ad prudentiam confert: sermo nanque qui sub auditum cadit, disciplinæ causa est: non quidem ex sese, sed ex accidenti, ex nominibus nanque constat: nominum autem vnumquodque nota est. Propterea ex illis qui ab ortu, altero horũ sensuum priuati sunt: cæci, mutis surdísque prudentiores existunt.

Comparauerat, quantum ad necessitatem attinet, tactum & gustum, cum B tribus sensibus posterioribus: nunc ex his tribus duos præcipuos visum nempe & auditum in animalibus rationem, vel rationis vestigium aliquod obtinentibus, inuicem comparat. Nam olfactus vix ferè ad prudentiam, minimũ quoque ad intelligentiã conferre videtur. Occasio cõparationis ex eo sumpta est, quòd superiori contextu fuit allatum, nimirum vtrunque ex his sensibus, magnas cùm ad salutem, tum ad animalis bonum oportunitates habere. Sensum itaque visus, ad necessaria quidem vitæ per se vtiliorem auditu esse declarat: hunc tamen visu, ad intelligentiam prudentiámque ex accidenti oportuniorem. Priorem Thesim, tanquam notiorem sola ratione probat: Posteriorem, ratione & experientia. Hæc vniuersim Aristoteles: in specie verò ita loquitur: Visus est per se, ad vitæ necessaria & animalis conseruatione vtilior auditu: hîc autem visu, ad intelligentiam ex accidenti aptior, Vtrun- C que probatur: & primò primum, hac ratione. Sensus qui plura sequenda vel declinanda, pro salute vitæ animalium percipit, est ad necessaria vitæ animalium vtilior auditu: atquì visus plura huiusmodi & per se cognoscit, quàm auditus: Visus igitur ad necessaria vitæ animalis per se est auditu commodior. Maior propositio nota est, cùm præsertim tertio de anima dictum sit, ad hoc vt animal conseruetur, necesse esse illud non modò tangendo, verùm etiam è longinquo sentiẽdo, sentire. Minor probatur illo posito: Animal scilicet corpus habere, atque idcirco à corporibus tangi, necnon ab iisdem tangentibus lædi corrumpíque posse. Tunc verò ita licet argumentari: Sensus qui plures differentias corporum nobis denunciat, ille plura pro salute animalis sequenda, vel declinanda percepta habet: visus plures huiusmodi, variásque corporũ differentias per se percipit: igitur. Maior ꝓpositio ex positis pendet: minor probatur: nimirum, quoniam colores, qui sunt peculiare visus obiectum, in omni corpore reperiuntur: Soni verò qui ad auditum pertinent, exiguam rerũ D varietatem explicãt: præterea verò, iudicium vocum quæ soni præcipui sunt, aptíque ad multas rerum varietates significandas: nõ in omnibus, sed in perfectioribus tantùm animalibus reperitur. Ex quo tanquam πόρισμα illud sequitur: Nullum esse ex sensibus qui sensilia quæ Communia vocantur, acriùs ipso percepta habere possit. Figura nanque, magnitudo, motus, quies, numerúsque, primò propriéque in corpore reperiuntur. Secundum verò propositum hac primum ratione probat: Sensus qui sermonem, licet ex accidenti, comprehendit, est ad prudentiam animalis aptior visu, qui illum non percipit: Auditus, sermonem, licet ex accidenti, comprehendit: Auditus igitur est ad animalis prudentiam visu aptior, qui sermonis nullam prorsus perceptionem obtinuit. Maior propositio probatur: quia scilicet sermo siue oratio quæ sensum præceptoris intrinsecum mediis nominibus explicat, disciplinam efficit. Minor probatur, quoniam oratio sonus quidam est, vel non sine sono,

ex secundo de anima in cap.de voce:sonum autem obiectum peculiare audi- A
tus esse superiùs constituimus. Hoc idem signo siue experientia confirmat:
nam si dentur duo homines, altero horum sensuum ab ortu priuati:semper is
qui auditu prædirus erit, licet visu careat, erit altero prudentior, qui auditu
destitutus,visum obtinuerit. Contextus igitur huius, particulas tres, nimirũ
iuxta rationum,quæ afferuntur numerum,constituamus: quarum prior mul-
ta verba digna quæ expendantur habet. (Ad necessaria). Loquitur Aristote-
les comparatè:secus enim sibi ipsi aduersaretur,qui superiùs docuit ex tertio
de anima cont.64.Solum tactum esse animali necessarium, idcircóque in o-
mni repetiri.Non ergo hîc docemur, visum esse necessariũ animali: sed cùm
sit ad bene esse necessarius,animali magis quàm auditum conferre. Necessa-
ria sanè animalibus sunt Tactus & Gustus: ad tuendum igitur tactum & gu-
stum,plurimum visus, minimum auditus valet.hoc ita declaro:quia nimirum
vbi cibum gratum sibique conuenientem animal perspexerit,illum appetit: B
noxiúmve sibique infestum,fugit. Quod de cibis dicitur,id ad alia omnia ad
hunc eundem scopum, nutriendi nimirum, fouendi,generandi,conseruan-
dique corporis pertinentia,potest accommodari. Neque obstat,quòd multa
ex his,auditu etiam cognosci posse videantur. Nam neque suas partes audi-
tui Aristoteles aufert,cùm comparatè loquatur:& nos non æquè perfectè ista
ab auditu cognosci declaramus.Primùm enim (vt Thomas ait) visus certiùs
ista agnoscere potest: cùm ipse ab ipsismet rebus, Auditus verò non nisi à so-
nis rerum motum consequentibus afficiatur:id est visus percipit accidentia,
quæ in rebus manent,nimirum colores: Auditus verò accidentia, quæ à re flu-
unt atque discedũt,veluti sonos. Addimus: Visum longiùs prospicere, quàm
auditum remotiùs audire. Momento item efficit visus,quod auditus tempo-
re: priùs enim coruscatio cernitur quàm tonitrus audiatur. (Per se).Rectè
vertit Alexander(Suapte natura). nam huiusmodi omnia vel prosequenda C
vel fugienda, cernuntur sub ea tantùm ratione,qua colorata sunt,& propter
colorem tãtùm:cuius sensus proprius & peculiaris,quinimo vnicus, visus est.
Non sic auditus ad prudentiam confert, qui non per se atque ex sui natura à
sermone prudentiæ effectori afficitur: sed ex accidenti, quà scilicet sermo cũ
voce sonóque profertur. Qui aliter comparationem istam interpretantur,
nesciunt se explicare, & germanum Philosophi scopum sanè non attingunt.
(Intelligentiam).Confundit νοῦν cum φρονήσει, vt constat. Causa superiùs allata
est. Tantùm notabimus post Græcos interpretes, Aristotelem sæpe nomini-
bus abuti. Huius rei testimonium,huic nostro simillimum huiusmodi afferre
modò possumus. Docturus est Aristoteles sexto ethic.cap.2. Electionem non
esse absque mente siue intellectu,& appetitu morali: ideóque rebus tantùm
sub actionem cadentibus conuenire. In priori tamen Topico cap. 8. Electio-
nis nomen ad omne opus,vel agendum, vel efficiendum accommodare vi- D
detur:secus enim,vt doctè ibidem à clarissimis viris animaduersum est,man-
ca atque imperfecta esset problematum enumeratio,quam proponit Aristo-
teles.Etenim non omnia illa quæ ad opus aspirant,complecteretur: cùm præ-
sertim eodem prorsus modo,id est ratione finis,effectiua ab adminiculantib⁹
& contemplatiuis seiungatur,quo ab iisdem actiua. Iam verò nomine Scien-
tiæ pro quacunque disciplina,itémque artis pro scientia, aliisque huiusmodi
propè infinitis, abuti sæpissimè Philosophum nostrum satis constat. Atqui
non modò similis,sed idem omnino locus(in quo nimirum sapientia pro pru
dentia sumitur)in tertia partic. problem.9.legitur.Ita tamen cautè hac vtitur
libertate, vt nullibi perturbationem, aut obscuritatem verbis impropriis
homini

A homini intelligenti pariat. Nam cùm propriè loqui necesse est (quando nēpe aut de re verbo significata præcipuè atque ex proposito agitur, aut verbi significatio tractationis propositæ explicationi, vsui aut incommodo esse potest) tunc non communia, sed germana propriáque verba retinere solet. (Multas atque varias differentias denunciat). Addo ex primo metaphy. in proœmio: Visum vnum maximè inter omnes alios sensus nos docere. Cuius ratio est, quia inter alios sensus est in cognoscendo perfectior: cùm sit spiritualior. Quod patet, si, qua ratione alij à suis obiectis afficiantur, considerare velimus. Sentit tactus, quia calefit: gustus, quia sapore aliquo organum eius inficitur: auditus, quia à corporeo aliquo motu patitur: olfactus, quia euaporantem exhalationem admittit: solus visus, spiritualiter immutatur. Neque enim propriè pupilla colore coloratur, sed coloris speciem spiritualiter recipere dicitur. Idcircò Platonici (vt ex Phædro & Phædone elicitur) cùm sex illa instru B menta cognoscendi in anima ponerent, rationem nempe, visum, auditum, olfactum, gustum, ac tactum: priora tria ad spiritum magis pertinere, posteriora ad corpus asserunt: quòd illa scilicet, res eas capiant, quæ à materia remotissimæ, animæ conuenientes, ipsam vehementissimè, parùm autem corpus moueant. Nam incorporea quæ Rationis obiecta sunt, Colores item & voces, corpus vix mouent, & aciem animi ad indagandum acuunt. Quò fit, vt nō modicè ab illo tanquā sibi similia desiderētur. Odores autē, sapores, & primæ qualitates, quæ propriæ sunt aliorū sensuū, mouent quidē corpus, illique plurimū ꝓsunt, aut obsunt: vix tamē animā afficiūt, aut ad illius admirationē vel iudiciū conferunt. Quare, neque animæ desideriū ad sese multùm allicere possunt. Visum præterea igni tribuūt: quia nimirū in sublimi corporis parte, veluti in suprema mūdi elemētaris regione locat⁹, luménque quod ignis est propriū percipiens, certiorē & clariorē sensum, exactiorémque ordinē aliis o- C mnibus præferat. Auditui deinde aerē dant, & hunc visui quammaximè proximū esse dicūt. Qua propter Plotinus li. 3. Ænead. primæ, cap. p. Musicū post sensiles sonos, sensilésque figuras, materiā seiūgere, atque ad intelligibilē harmoniā & pulchritudinē, tanquā à proximioribus menti sensibus (visu nēpe & auditu) ascēdere iubet. Ex his etiā constat, cur visus efficiat vt plurimas rerū differentias cognoscamus. Nā audit⁹ id quidē percipit, quo hæc inferiora à superioribus corporibus distinguūtur: at visus ea capit, quibus inferiora hæc cū æterno illo & supero corpore conueniunt, lucē nimirū, qua res actu spectabilis redditur: idcircóque cælestia corpora solo sensu visus sensilia esse dicūtur. Hæc Aristot. secundo de anima cont. 68. & Auerr. tertio phy. comm. 48. (Cùm corpora omnia colorem obtineant). Quid sit color, & quomodo fiat inferiùs exponetur: nunc monuisse satis est: in his verbis ꝓbari, visū ideo multas differentias corporū nobis ostendere, quia in coloribus actū suæ cognitionis exer- D cet. Omnia autē corpora vel ipsa colorata sunt, vel coloris principiū & causā, perspicuitatē nimirū & lucem, habent. (Quare & cōmunia hac maximè sentiuntur). Dictio ὥστε, illatiua est. Sit itaque illationis ratio huiusmodi: Visus multas rerum differentias nos docet, propterea quòd quasi à re ipsa afficitur: alij verò, ab eo quod in re non manet, (Tactū excipio, qui tamen in hoc, visu inferior est) idcircò sensilia cōmunia, quibus res ipsa sensilis determinatur, acuti⁹ à visu, quàm à cæteris sensibus cōprehendūtur. Accedit eò, quòd cùm sensilia cōmunia quantitatē consequātur (pertinent enim ad continuum, vel secundum illius mensuram, vt magnitudo: vel diuisionem, vt numerus: vel determinationem, vt figura: vel distantiam & propinquitatem, vt motus & eius priuatio quies:) Quātitas verò, vel ipsum continuū, licet qualitatū omnium sensiliū subiectū sit, proximiùs tamen se habeat ad obiectū visus, quā ad aliorū sen

ſuũ obiecta: iure viſus iſtorũ acerrim⁹ iudex eſſe dicetur. Quòd verò quãtitas, vt Thomas ait, ꝓximior ſit obiectui viſus, ex eo ſaltẽ cõſtare poterit, quòd hu iuſmodi obiectũ, omne corpus aliquã obtinens quãtitatẽ, aliquo modo ſequi videtur. Nam lux in primo etiam corpore nempe cælo eſt, in quo tamen nulla aliarum ſenſilium qualitas reperitur. (Dico autẽ communia, figuram magnitudinẽ, motũ, quietem, numerũ.) Senſilia propria ſunt ea, quę non poſſunt alio ſenſu ſentiri quàm vno, & in quib⁹ error fieri non poteſt: vt viſus, colores: auditus, ſoni: guſtus, ſapores. Communia verò, quę nullius ſunt propria, ſed omnium cõmunia: vt illa quinque enumerata. Hæc Ariſtot. ſecundo de anima cont. 62, & 64. Quo in loco placet annotare, Non ſatis rectè Themiſtiũ ab Auerroe reprehenſum fuiſſe: vt qui exiſtimaret ſenſilia iſta cõmunia omnia, omnibus ſenſibus capi poſſe. hoc enim Ariſtot. docet, cùm ibi, ab omnibus percipi affirmando: tũ hîc, comparatè loquendo. Quòd verò Auerroes magnitudinẽ excipiat & numerum, ſolique viſui & tactui referuet, nulla ratio eſt: niſi fortaſſe putet magnitudinẽ & numerũ non ita diſtinctè ab aliis, vt ab iſtis ſenſibus comprehendi poſſe. Quod quidẽ verũ eſt: ſed tamen huiuſmodi ſenſiliũ notitia, nõ eſt abſolutè, auditui præſertim & olfactui deneganda. Etenim auditũ numerũ non ignorare, Muſici teſtãtur. Atqui numerus ex diuiſione continui oritur, quæ eſt paſſio magnitudinis. Præterea, ſi numerũ capit, igitur & tẽpus, & motũ, & magnitudinẽ. Poſtremò, cognoſcit differentias magnitudinis: igitur & magnitudinem. Conſequutio nota eſt. Aſſumptio patet: quia nimirũ ſonũ audit, antè & retro, ad dextrã & ſiniſtrã, ſurſum & deorſum. Olfact⁹ quoque, nónne duos odores aut eodẽ tempore, aut diuerſo iudicat? Numerũ igitur percipit & magnitudinẽ. Guſtui verò cur eadẽ prorſus ratio accõmodari nõ poſſit, nil (quod videam) obſtat. Neque eſt quòd aliquis hîc Ariſtot. reprehendat, qui nõ omnia ſenſilia cõmunia enumerauerit: vt æquale, inæquale: magnum, paruum: rarum, denſum. Nobiliora nanque (vt ait Themiſtius) & illa ad quæ alia referãtur, recenſere voluit. (Paucis autẽ, & ea quæ vocis). Subobſcura videtur huius loci ſententia. Qua fortaſſe ratione mot⁹ Alexãder, particulã καὶ, quæ tamen in omnibus vulgatis exẽplaribus legitur, expungendam putauit. Verba in Græco cont. hæc ſunt: ὀλίγοις ἐπὶ τὰς τῆς φωνῆς. Sed acutiùs intuẽti, nulla ſyllaba dẽpta, omnia erũt plana. Auditus (ait Ariſtoteles) multas omninò differentias ſonorum denũciat, omnibus animalibus in quibus ineſt: at vocum differẽtias non niſi paucis, iis nimirũ qui ratione præditi ſunt. Quaſi particula ἐπὶ ideò apponatur, quòd homines non modò ſonorũ diſcrimina, ſed & vocũ, auditu iudicent. Eſt autẽ Sonus, motio quædã aeris ob mutuã duorum corporũ ſolidorũ percuſſionẽ. vt autẽ ſonus propriè in animorum eſt, ita vox animantium. neque enim lyra aut tintinnabulum, niſi καθ' ὁμοιότητα vocare dicuntur. Sit igitur Vox, ſonus prolatus ab animali, medio pulmone, qui voci veluti materiam ſuppeditat, id eſt ſpiritum: & media arteria τραχεῖα vocata, quæ quaſi vocem effingit. Quò fiet, vt non omnia animalia vocem habeant. Exanguia enim & quæ pulmone carent, vt piſces, vocare non poſſunt. Atquì vox non vnius generis eſt: quædam enim articulata à Græcis ἔναρθρος dicta, lingua, labiis, palato, dentibúſque formatur: hominíque ſoli conuenit: qui vt vi intelligendi valet, & ciuile animal eſt, ita multa ſenſu cognita, mentéque inueſtigata propria peculiaríque voce debuit explicare. Bruta talem vocem non ſunt aſſequuta: ſat enim fuit ſi paſſiones ſenſus, quibus nunquam non impelluntur, rudi atque indiſtincto quouis ſono ſignificare poſſent: idcircóque Ammonius ait non magis voces brutorum quàm ſonitum maris, literis ſcribi atque ſyllabis exprimi poſſe. Homo igitur ſolus eſt qui multas rerum differentias nõ modò ſono, ſed & voce, atque eloquutione, medio auditu aſſequi poſſit.

A ſit. Sequitur ſecunda contextus particula: (Auditus autẽ ex accidenti ad prudentiam). Declarat quomodo auditus ad prudentiam conferat: quia, inquit, ſermo qui auditur, eſt diſciplinæ cauſa. Plana ſũt iſta omnia, & planiora adhuc à nobis inferius reddentur, cùm peculiari quæſito hac de re agemus. Tãtùm moneo primùm ex Alexandro, Auditum ideò dici ex accidenti conferre ad prudentiam, quia propriè & per ſe ad auditum, ſermo, qui eſt cauſa diſciplinę, non ſpectat, ſed vox & ſonus: ſermóque auditur, quia cùm voce & ſono coniunctus eſt. Præterea, ex Ariſtotele, ſermonem diſciplinam non efficere per ſe, ſed quatenus animi ſenſa ſecum adfert, quæ ſenſa non capit auditus, cùm ſermo ex inſtitutione tantùm humana ſignificet. hoc ſibi volunt illa verba: (Sermo ex nominibus conſtat, nominum autem vnumquodque nota eſt.) Additur in contextu, (Sermo cauſa eſt diſciplinæ). Neque ſermo extrinſecus docentis, (ait Linconienſis primo poſt. analy. cap. priori) neque ſcripta: ſunt Magiſtri ſci-
B entiæ: ſed excitant tantùm diſcipuli mentem. Verus Magiſter eſt qui mentẽ intrinſecè & intellectũ illuminat, veritatẽque oſtendit, id eſt intellectus agẽs vocatus. Atque hac prorſus ratione verba iſta Philoſophi ſunt interpretãda. (Propterea ex iis qui ab ortu). Poſtrema hæc pars, ſigno cõprobat, auditũ prudentiæ multũ conferre: argumentatio verò eſt ab effectu petita: idcirco illud Διόπερ vim cauſæ indicat, quia ſcilicet hic auditũ, ille viſum habet. (Muti ſurdíque), id eſt facultate audiẽdi ab ortu priuati: tales enim muti neceſſariò ſunt, cùm loquentes homines nunquã audierint: idcircóque loquendi, ſiuè effingẽdorũ & formandorũ verborum normã nunquã diſcere valuerint. Ex hoc contextu pulcherrimæ quæſtiones oriuntur. Prima eſt, An auditus tantùm ad diſciplinam conferat. Secunda, an magis viſu. Poſtrema, an omnis mutus ſit ſurdus. Prioris occaſio ſumitur ex verbis Ariſtotelis, quæ hîc videtur ſoli auditui
C diſciplinæ munus tribuere. Alibi tamẽ (vt primo poſt. analy. c. 14.) docetur, ſenſu vno deficiente, ſenſus illius ſcientiã amitti: cuius ratio eſt: quia nimirum omnis noſtra cognitio à ſenſibus oritur. Huic verò quæſtioni ita paucis ſatisfacimus: Ariſtotelẽ hîc cõparatè ſolùm, non abſolutè loqui. Id vel eo probari poterit, quòd cùm ſuperius dixiſſet, omnes tres ſẽſus, qui extrinſeco medio ſiũt, ſalutis gratia animali tributos fuiſſe: hîc tamen viſum ad neceſſaria vitæ præſtantiorẽ appellat. Non itaque abſolutè colligit, ſed cõparatè auditum plurimùm ad diſciplinã conferre. Atquî verba illa κρείσσων, μάλιστα, πλεῖστον μέρος, ſatis hoc quæſitũ ediſſerunt. Secũdum, arduũ magis eſt, & (vt Ariſtotelis more loquar) ζητεῖ τινα λόγον. Etenim ſi omnia illa ſpectemus, quæ à nobis ſuperiùs de viſu ex Ariſtotele in proœmio metaphy. & hoc loco, præterea verò ex Alexandro, & Platonicis tandem ipſis relata ſunt: viſum plurimum quidem, auditum verò parum ad diſciplinas conducere conſtabit. Sed accedant ratio-
D nes aliæ ex eodem Ariſtotele ductæ: Senſus, qui nobiliorem diſciplinam parit, eſt ad diſciplinam aptior: at viſus nobiliorem diſciplinam auditu parit: ergo eſt ad diſciplinas aptior auditu. Maior vera eſt; quia à nobiliori cauſa effectus nobilior proficiſcitur. Minorem facile eſt probare ſi vnum petatur, ex 1. lib. de anima cap. 1. vbi oſtẽditur, Scientię nobilitatẽ vel à genere demõſtrãdi, quo ipſa vtitur, vel à re ſubiecta, pficiſci. Quo poſito ita licet argumẽtari: Quę viſu diſcim⁹, certiora ſunt & nobiliora quã quæ auditu percipimus: diſciplina igitur viſus, erit excellẽtior illa quæ auditu cõparatur: quòd verò obiecta viſus ſint nobiliora & certiora, ſuperiùs abundè declaratũ eſt: & nũc itẽ explicatur. Nã quæ viſu diſcim⁹, ea, naturã aliquã reipſa exiſtẽtẽ obtinẽt, vt lux & color: itẽ quæ lucẽ habent & colorẽ: at ſonus qui ad auditũ pertinet, ſola duorũ corporũ percuſſio eſt, quæ in fluxu & ſucceſſione potiùs quàm in permanẽtia eſt.

Huc accedit quòd Aristot. hoc loco de Auditu verba faciens, ait, illũ ex accidenti ad prudentiam facere: de visu verò, docet, istum per se multas rerũ differẽtias nobis declarare, magisq́ue omniũ sensilia communia capere. nunc autem, quod est per se tale, est magis tale, quàm ex accidenti tale. Regula Topica est omnibus nota. Responderi solet à nonnullis ex secundo Elench. Omnẽ notitiam aut inueniendo aut discendo fieri: visúmque ad inuentionem plurimũ, auditum ad disciplinam valere. Sed ista sententia ita absolutè recepta vt profertur, reiiciẽda est: vt quæ Aristot. repugnet, qui 2. metaphy. cõ. 2. monet agẽdas esse gratias illis qui nobis suas opiniones reliquerunt: quãdoquidẽ ex illis auditis veritatẽ disciplinarũ sim⁹ adepti. & addit, Nisi extitisset Timothe⁹, nunquam euenisse, vt multũ melodiæ haberemus: & nisi Hyerosinus præcessisset, Timotheum non fuisse subsequuturum. Et Auerroes in com. ibidem fatetur, Nullum posse ex sese artem actiuam, vel speculatiuam inuenire, nisi auxilio priorum scribentium. Item Aristoteles secundo Elench. cap. 8. tantum auditui tribuit, vt eo vno sciẽtias omnes comparatas fuisse asserere videatur. Præterea inuentionem essentiæ loci, idcirco arduã vocat tertio phy. cont. 2. quia nil prorsus ab antiquioribus de ipso traditum accipi posset. Ad hæc quid de inuẽtione artium illarũ dicemus, quarum subiecta à sola ratione pendent? Tam igitur auditus quàm visus, inuentioni prodest. Nos itaque hîc cũ Aristotele affirmamus, auditũ πρὸς νοῦν, πρὸς φρόνησιν, esse visu, ex accidenti tamen, præstãtiorem. Quod ita probamus; siquidem omnis inuentio, omnisque doctrina & disciplina vel actiua sit, vel speculatiua, à cognitione principiorũ pendet: principia verò ipsa non tendunt in infinitũ, sed in indemõstrabilia quædã desinũt, quæ sola terminorum cognitione nota fiunt. Testis est Aristot. primo poster. analy. cap. 3. & Themistius ibidem, qui ait: Effata illa mentem perficere terminis, id est subiecto attributóque, ex quibus constat (vt Philopopous explicat) rectè perceptis. Terminorũ autẽ notitiã solo auditu haberi, qui voces capiat, res ipsas mediis conceptionibus significantes, ita constat vt probatione nõ egeat. Deinde, qui aerem vel aquam vel terram spectat, haudquaquã fieri posset, vt aerem vel aquam vel terram agnosceret: nisi hanc aquam, hunc aerem, illam terram dici priùs audiuisset. Præterea, visu τὸ ὅτι, solum obiectorũ acquirimus: auditu verò τὸ ὅτι simul & τὸ διότι: quatenus scilicet verba præceptorũ scripta vel prolata audientes, vtrũque vnà discimus. Postremò, auditu ea omnia quæ visu percepta sunt, discimus: visus verò non item omnia ab auditu comprehensa capimus. Adde, vitam hominis breuissimã esse, artes autem rerúmque scientias exitum vix habere. Quare cùm visus non omnia, auditus autem omnia, id est non quæ vnus, sed quæ infiniti homines viderunt, audierunt, atque excogitarunt, assequi possit, iure ab Aristotele sensus disciplinæ vocatus est. Cùm ergo obiicitur visum nobiliorem & certiorem scientiam efficere: Id nos fatemur, ratione quidem obiecti nobilioris, quo etiam sensus visus spiritualiter afficitur: sed non hoc quærimus: sed illud, An audit⁹ magis ad disciplinas comparandas visu sit accommodatior. Tunc autem negamus argumentũ, quia auditus plures differentias rerum ex accidenti percipit: cùm (vt diximus) & visa & audita ab aliis comprehendere queat. Præterea certiùs ista docet, cùm & τὸ ὅτι & τὸ διότι simul (quod visui non accidit) audiendo assequatur. Secũdò quoque respondemus: Visum nõ esse per se talẽ, ad disciplinas scilicet cõparãdas aptũ. Per se enim talis est solus intellect⁹. Nã licet principia omnia à sensu oriri dicantur, intellectus tamen is est qui ex hoc viso, ex illo audito, vniuersale ipsum abstrahit, quod principium scientiæ constituitur. Hic verò visus non per se dicitur multorum corporum discrimina ostendere, (cùm id potiùs

A potiùs ex accidenti præstet)sed per se ad vitæ necessaria aptus. Est itaque auditus magis tale, id est magis ad disciplinas idoneus, quàm visus, vt superiùs abundè declaratum est. Porrò tertiæ quæstioni ita paucis respondetur: Omnē surdum ab ortu mutum esse: tum quia variç ac propè infinitæ voces significatiuæ, ex impositione hominū sunt, idcircòque à surdo percipi ac disci nequirent: tum etiam quia instrumenta auditus si ab ortu læsa sint, possunt vnà organa vocem formantia impedire. Quod Conciliator annotauit ex Auicenna p.fen.1.doc.5.summa3.c.2.& alii insignes Anatomici tradiderunt. Nam sextū par neruorū quod motū linguç tribuit, cū quinto pari cōtinuū panniculisque & ligamentis connexum oriri à cerebro, quintum verò par auditui seruire ostendunt. Hoc item Aristoteles vndecima particula probl. primo, & alibi sæpissime significanit: placet autem illud animaduertere, plura esse vocis instrumēta: præcipua antem duo (ex Gal. in libro de voce,) ἐπιγλωττίδα & ἀρτηρίαν τραχεῖαν vocatam. Vnicuique autem istorum multa alia organa seruiunt: Arteriæ quidem musculi thoracis & pulmo, qui materiam voci suppeditant: Epiglossi verò multæ membranæ quibus vestitur, & multi musculi quibus eius meatus clauditur & reseratur. Ista ab Auicenna primum vocis instrumētum appellatur. Lingua autē vocem sanè iuuat, sed sermonis siue loquutionis propriè effectrix est: linguæ socii sunt, dentes & labia, vt formatis literis, & syllabis, exitus quasi per incisionem factus facillimus adsit. Hæc eò attuli, vt iam liceat intelligere, cur Aristoteles quarto de historia animalium libro, cap. 9. dicat, surdos ab ortu naturç vocem emittere posse, nūquam verò (cuius contrarium nonnulli asserunt) loquutionem.

11 *Περὶ μὲν οὖν τῆς δυνάμεως, ἣν ἔχει τῶν αἰσθήσεων ἑκάστη, πρότερον εἴρηται.*

Sed quam facultatem vnusquisque sensus habeat, antea dictum est.

C Postrema hæc exordij pars, quæ monet de vniuscuiusque sensus facultate in libris de anima fuisse pertractatum, viam philosopho sternit, qua & scopum huius libri proponere, vnáque eiusdem tractationē aggredi possit. Nulli igitur mirum, si hinc initium secundi capitis à Græcis sumatur.

12 *Τοῦ δὲ σώματος ἐν οἷς πέφυκε γίγνεσθαι αἰσθητηρίοις, ἔνιοι μὲν ζητοῦσι κατὰ τὰ στοιχεῖα τῶν σωμάτων, οὐκ εὐποροῦντες δὲ πρὸς τέτταρα πέντε οὔσας συνάγειν, γλίχονται περὶ τοῦ πέμπτου.*

In quibus autem corporis Æstheteriis fieri aptisint, nonnulli quidem in corporis elementis inuestigant: sed cum copiam nō habeant, ad quatuor elementa quinque nimirum sensus reuocare, de quinto satagunt.

D Libri scopum proponit, vnáque rem ipsam auspicatur. Scopus ex his quæ hactenus fuerunt in exordio exposita, ducitur. Dixerat agendum esse de communibus & propriis animalium operationib⁹ tam animæ quàm corpori conuenientibus, illas deinceps enumerando, sensum priori loco posuerat, quòd ad ipsum aliæ omnes aliqua ratione referantur: mox sensus necessitatem paucis quibusdam ex libris de anima repetitis, tam vniuersè quàm in specie declarauit. Nunc ita ferè loquitur, De sensu, cuius dignitas necessitásq; inter alias operationes demonstrata est, agere debemus: non tamen quoad eius omnia, (nam de principio ipso, facultate, actu, medióq; sentiendi in libris de anima abundè diximus) sed quoad organa corporea quibus ille inhæret, quibúsque vtitur, vt in actum tangendi, gustandi, videndi, audiendi, olfaciendique possit exire: præterea verò quoad obiecta à quibus affici queat. Obiecta verò

ipsa non enumerat: licet initio capitis tertii dicturus sit, tractationem de sensilibus, hanc quæ de Æstheteriis est sequi, & in libri epilogo vtranque sit A
commemoratus. In libello de memoria idem ad vnguem seruat: proponit se de memoria & actu memorandi tantùm acturum: initio secundi capitis reminiscentiam adiungit: in epilogo vtriusque meminit. Hic est mos Aristoteli familiarissimus, non omnium rerum quas sit tractaturus, vbique in exordiis mentionem facere, sed illarum duntaxat quæ præcipuæ sunt, aut à quibus de aliis agendi occasio sumitur: reliquas silentio præterire. De organis verò sensuum, priusquam de obiectis loquitur, quia illa sunt animali intimiora; præterea verò, quia de Æstheteriis vix vnum aut alterū verbum in libris de anima fecerat, de sensilibus autem multa. Porrò de Æstheteriis pertractando, primùm Antiquiorum sententias profert, atque perpendit, mox veritatem docet. Hoc enim solenne est Aristoteli (sicut etiam monet Simplicius) vt cùm lis inter Antiquos aliqua de re est, aut illorum opiniones hominum animis al- B
tiùs insederunt, antequam veritatem explanet, & suam germanamque sententiam explicet, eorum opiniones proponat, illasque perpendens vel aliquid eliciat quo veluti διαιτητὴς quidam & arbiter controuersiam dirimere, vel manifestam earum absurditatem indicare, atque illas ex hominum mētibus euellere queat. Aliquando tamen, quoniā recto cognito facillimè obliquum cognoscitur, ante omnia suam sententiam exponit, mox aliorum opiniones profert. Illud in primo libro physicæ auscultationis, in controuersia de principiorum numero, & contrarietate, itémq; in tertio eiusdem operis in lite de Infinito præstitit: hoc verò in libris metaphysicis, vbi cùm in duodecimo vera omnium principia pertractasset, Tertium & Quartumdecimum in Pythagoricis & Academicis dogmatis examinandis consumpsit. Primùm itaq; monet Aristot. Antiquos qui de sensib⁹ loquuti sunt, vnumquemq; ex illis vni e- C
lemento tribuisse, quod Æstheterij vniuscuiusq; naturam atq; essentiā constituere asserebant: Visum nēpe igni, Auditum aeri, Gustum aquę, Tactū terræ. Cùm autem elementa quidem quatuor essent, sensus verò quinque, idcircóque quinq; ad quatuor reuocare nequirent, ne alicui ex sensibus suum deesset elementum, quintum quoddam summo studio excogitarunt cui olfactum assignauerunt. Hoc erat, natura quædam media inter aerem & aquam, illa scilicet crassior, hac tenuior, vapor appellata. Opinio ista tribuitur quidē ab Aristotele in primo de anima cont. 70. Empedocli, qui cùm censeret animam res omnes cognoscere, cognitionemque per assimilationem fieri, Similitudinem omnium rerum secundum proprium essendi modum, id est corporalem, in illa esse existimabat: atqui in principiis omnia conueniunt, animam igitur ex omnibus elementis compositam esse asserebat: qua fortasse ratione, quia organa sensum omnia corporea cognoscere cernebāt, elemētis corporum ea quoq; tribuere voluerunt. Timæus tamen Pythagoreus, vt eandem fortasse sententiam sequeretur, & sensus in suam illam τετρακτὺν, quam D
ῥίζωμα & principem solidarum figurarū imaginem vocāt, referre posset, Visui ignem ascripsit, quia lumen quod ignis est propriū natura sua percipit: Auditui, aerem; quia voces haurit, quæ in aere fracto gignūtur, & per aeris interuallū aures, cerebrū́q; & sanguinem, in animam illabuntur. Gustui aquā, quia hic sensus humido delectatur, & absque saliuæ liquore perfici non potest. In hūc enim peculiarem vsum Natura saliuā ad linguam fluere voluit, vt si qua sicca gustui offerrentur, illius humiditate perfundi, & sui saporem producere valerēt. Terrā tactui assignabāt, cùm per omnes terrei huius corporis partes fiat, & in neruis, q. maximè terrei sūt, explētur. Postremò, Olfactū inter aures & lin-

A & linguam, tanquam inter aquam & aerem positum, vapores illos apprehendere dixerunt, qui ex aeris & aquæ mixtione proueniunt. Horum autem qui ex aere mutatur in aquam, caligo: qui verò ex aqua in aerem, fumus ab illis appellatur. In summa, in hoc omnes antiqui conueniebant, quòd anima motus & sensus omnisque cognitionis principium esset. Quò factum est, vt & ista dixerint, & nullus ex illis qui animam simplex aliquod ex elementis esse dicebāt, terram animam esse vnquam constituerit, & vt item tactum minùs quàm alii sensus, cognoscere omnes affirmarint.

13 Ποιοῦσι δὲ πάντες τὴν ὄψιν πυρὸς, διὰ τὸ πάθους τινὸς ἀγνοεῖν τὴν αἰτίαν. θλιβομένου γὰρ καὶ κινουμένου τοῦ ὀφθαλμοῦ φαίνεται πῦρ ἐκλάμπον. τοῦτο δὲ ἐν τῷ σκότει πέφυκε συμβαίνειν, ἢ τῶν βλεφάρων ἐπικεκαλυμμένων· γίνεται γὰρ καὶ τοτὲ ἐν σκότει.

Omnes autem visum Igni tribuunt, propterea quòd passionis cuiusdam
B causam ignorant. Confricato enim & agitato oculo ignis emicās conspicitur, hoc verò in tenebris accidere solet, aut adopertis palpebris etenim & tunc in tenebris fit.

Hactenus aliorum sententias περὶ τῶν αἰσθητηρίων vniuersè protulit: nūc suæ methodi nō immemor, ad particularia descendit. Primùm aurē de visu loquitur, naturæ ordine prætermisso: vt ab eo sensu qui perfectior & nobilior est, (vt & superiùs ostendimus) exordiatur: quem etiam ordinem vsque ad finem capitis seruat. Nam post Visum, de Auditu, mox de Olfactu, postremò de Tactu & Gustu differit. Adde, de Visus organo maiorem extitisse controuersiam: idcircoq; totum ferè caput, in quo huiusmodi Æstheteriorum tractatio absoluitur, in illa examinanda consumi: pauca verò quædam de organis aliorum
C sensuum (in quibus illi cum antiquis propè conuenit) ab Aristotele afferri videmus. In horum verborum explicatione video multos decipi, qui dicant Aristotelem hîc asserere, omnes Antiquiores qui de sensibus egerunt, visum igni rribuisse: proprereaquòd passionis illius causam ignorabant, cuius in cōtextu mentio fit. Quod certè minimè verū est: nō enim omnes Antiqui in hoc conuenerunt, cùm Democritus visum aquæ assignauerit, vt inferius docet Aristoteles. Rectiùs igitur Thomas ait, Hîc Aristotelem mentionem illorum facere qui visum igni rribuebant, simulq; illius rei causam afferre. Quasi ita loquatur: Antiquiores philosophi vnumquemque sensum suo elemento assignabant: sed omnes qui visum ad ignem reuocabant hac ratione tantùm adducti sunt, quia nimirum aliam cuiusdam passionis causam, afferre non poterant, quàm quòd visus organum, igneam naturam obtineret. Passio autem
D ista, est, quòd compresso aliquando, & celerrimè agitato oculo, quædam ignis scintillę effulgere videantur: & hoc in tenebris accidit, vel quia nox ipsa adsit, vel quia interdiu palpebræ oculis superinducantur: tunc enim in tenebris sunt oculi, perinde acsi nocte obtegerētur. Tenēdum verò est istam positionem non modò Platonis sed Empedoclis etiam, cuius carmina inferiùs citantur, extitisse. Putabant illi oculum propter eius luciditatem & claritatem igneum esse, lumenq; ab ignea pupilla veluti ab accensa lucerna exire. Qua de re infrà pluribus. Quantum verò ad passionem attinet, non modò allisis & agitatis oculis ignis scintillæ apparent, verumetiam si cui caput, aut genę, vel aliqua illius pars, vehementiùs percutiatur aut vellicetur, noctuque absque vlla commotione è somno exuscitato, oculosque repente aperienti, ignea illa corpuscula videbuntur obuersari: præterea etiam supposito ad oculum digito, eoq; moto & eleuato, idem fulgor emicabit. (In Tenebris). Istapas

ſio luminis natiui ratione fit, quod in humore oculi κρυσταλλώδης vocato reperitur: lumen autem huiuſmodi modicum eſt, quare maioris luminis præſentia ita offuſcatur, vt interdiu nullum ſpectabilem ſplendorem emittere poſſit. Non me larer quoſdam ex Auerroe tettio libro collig. cap. 38. cenſere, humorem κρυσταλλώδη nullo lumine natiuo præditum eſſe, ſed quicquid habet, extrinſecùs accedete. Verùm, quoniam hæc opinio, neque cauſas colorum in oculo exiſtentium reddere poteſt, & ſenſui repugnat; (quandoquidem in oculis leonum, luporum & muſcipularum noctu nullo externo lumine præſente, ſplendorem illum cernamus) præterea verò cum Ariſtotele non congruit, ideò omninò eſt reiiciēda (θλιβομένου γὰρ καὶ κινουμένου ὀφθαλμοῦ). Nonnulli vertunt, Conſtricto & moto, oculo: Nos cōfricato & agitato, ἐμφαντικώτερον, & magis perſpicuè. Neque enim conſtricto & moto tantùm oculo, ignis ille enitcat, ſed ſi vel conniuentibus palpebris, vel iiſdem in tenebris opertis oculus confricãdo vehementiùs agitetur. B

14 Ἔχει δ᾽ ἀπορίαν τοῦτο καὶ ἑτέραν. εἰ γὰρ μὴ ἔστι λανθάνειν αἰσθανόμενον καὶ ὁρῶντα ὁρώμενόν τι, ἀνάγκη ἄρα αὐτὸν ἑαυτοῦ ὁρᾶν τὸν ὀφθαλμόν· διὰ τί οὖν ἠρεμοῦντι τοῦτο οὐ συμβαίνει;

Sed & hoc ipſum alteram ſecum affert dubitationem. Nam ſi quod ſpectabile eſt, ſentientem & videntem latere non poteſt, neceſſe vtique erit oculum ſemetipſum videre: Cur igitur hoc quieſcenti non accidit?

Conanti ſententiam aliquam euertere hoc opus incumbit, vt non modò illam ſimpliciter refutet, ſed eas etiam, quibus confirmatur, rationes diluat atque refellat. Vtrumque more ſuo hîc præſtat Ariſtoteles. Atquî tunc ſatis ſententiam refellimus, cùm incommodis & dubitationibus perplexis ἀλύτοις-que dubitationibus, eam ſcatere oſtendimus: quod ex diſputarionibus de anima, ab Ariſtotele in priori illius tractationis libro aduetſus Antiquos habitis, abundè perſpicitur. In his itaque verbis proponitur dubitatio, Platonis & Empedoclis opinionem conſequens, quæ vt enodari nō poteſt, ita falſum eſſe dogma, à quo ortum habet, exiſtimandum eſt. Vis autem dubitationis ducitur ex iis quæ in ſecundo de anima iam declarata fuerunt, Senſum ſcilicet omnem, organo aut medio non impedito, obiectóq; proprio præſente ſentire. Ignem præterea quatenus lumen obtinet, omniáq; corpora lucida (vt ſunt aſtra, animaliū multorū oculi, aliaque huiuſmodi lucē emittentia) oculi obiecta iudicanda eſſe. His verò poſitis, hunc in modum dubitatio proponitur: Oculus eſt igneus, ergo ſemet aſſiduè in tenebris videt. Aſſumptio ab aduerſario ſumitur: Conſequutio ex poſitis valet. nam præſens obiectum nūquam oculum & viſum latere debet, obiectum autē viſus eſt ipſe oculus, cùm igneus ſit, & eò magis quòd in tenebris nil niſi ipſe ſibi offertur. Atquî conſequutio falſa eſt, nam quieſcente oculo & non agitato, nihil huiuſmodi cernitur. Vnica igitur eſt iſta dubitatio, non duplex, vt Alexander cenſet, cùm præſertim Ariſtoteles in verbis quæ modò ſequentur, hanc non tanquā multiplicem, ſed tanquam ſimplicem ſoluat. Quæ ergo huius rei gratia ab Alexandro afferuntur, à re aliena ſunt, hoc vno excepto: Dubitationem hanc nimirum non modò Antiquos iſta ſentientes, ſed Peripateticos etiam ipſos vrgere poſſe. nam vtcunque fulgens ille ſplendor appareat, cur agitato oculo non autem quieſcente fiat, ſemper iurè queri poteſt. Præterea hęc dubitatio ipſum etiam dogma funditus conuellit, vt patet: qui igitur exiſtimant in his verbis non dogma, ſed dogmatis rationem impugnari, toto (vt aiunt) cælo

A cælo errant. Difficultas aliqua in eo esse videtur: quomodo nimirũ Aristoteles, ex opinione Antiquorũ colligat: necessariò sequi, oculum seipsum in tenebris assiduè videre, cùm illi nil huiusmodi affirmare videantur. Sed certè omnia plana sunt: siquidẽ cùm Antiqui idcircò oculo agitato scintillas illas emicantes videri assererẽt, quoniã oculus naturã igneã obtineret, à quo tanquam à quodã foculo illæ emitterentur, vidẽdo fulgorem illũ sibi simillimũ, seipsũ quasi in speculo videre iudicatur. & hoc Aristot. inferiùs in propria sententia, his verbis explicabit, ἐκείνως δὲ αὐτὸς αὑτὸν ὁρᾷ ὁ ὀφθαλμός, ὥσπερ καὶ ἐν τῇ ἀνακλάσει. Rectè illud à nonnullis animaduersum est, dubitationẽ istam ad organũ tantùm visus, non ad facultatẽ videndi (quod Leonicus innuit) accõmodandam esse. Nam neq; in ipsa splendor apparet, neq; seipsam cernere potest, cùm forma sit in indiuisibili cõsistens: sed præterea hîc de Æstheteriotũ natura, non de principio vel facultate ipsa vidẽdi, quæstio fiat. Rectissimè omniũ Thomas
B annotauit, vim huius dubitationis, nullius prorsus momenti fore, si Aristotelis principia spectentur. Censet enim ipse sensum esse in potestate ad ipsum sensile, atq; ideò ad sensionẽ efficiendã medio opus esse, quòd speciẽ rei sensilis ad sensum deferre aptũ sit: ex quo colligit (vt nos suprà pluribus ostendimus) obiectũ, vt sensionẽ efficiat, à sensu distet oportere: quandoquidẽ si supra sensum ponatur (atq; oculum præsertim) nullã sensionẽ producere poterit. Facilè igitur respondere poterant Antiqui: Oculus nõ se videt, quia sensile supra sensum positũ, sensionẽ non efficit. At dubitatio ex fundamẽtis quę iecerant Antiqui nascitur. Putabant illi ideò animã intelligere omnia, quoniã actu omnia esset (vt superiùs declarauimus) & ita organũ sensũ, quòd omnia corporalia cognosceret, actu omniũ corporũ principia cõtinere, quo sanè posito redditur dubitatio inexplicabilis. Neq; hoc cuipiã mirũ videatur, nimirũ Aristotelem aliquando falsa disputando supponere. hoc enim illi moris est,
C cùm nondum exposita rei veritate, sententiam aliquam examinat, multa sumere, quæ à suis quidẽ aduersariis probentur, ipsa tamen omnino falsa sint existimanda. In tertio de physica auscultatione, aduersus eos agentes qui infinitũ constituebant, sumit, Omne corpus vel graue esse vel leue, aliáq; nonnulla, quæ tamen (vt monet Auerroes com. 48. eiusdem libri) simpliciter vera esse non possunt. In primo etiam de anima aduersus Platonicos disputans videtur concedere, Quemlibet animæ motum mediis organis fieri. Præterea verò, Omnem animam esse incorruptibilem. Hæc Græci interpretes primùm: post hos, Arabes & Latini animaduerterunt.

15 Τὰ δ᾽ αἴτια τούτου καὶ τῆς ἀπορίας, καὶ τοῦ δοκεῖν πῦρ εἶναι τὴν ὄψιν, ἐντεῦθεν ληπτέον. τὰ γὰρ λεῖα πέφυκεν ἐν τῷ σκότει λάμπειν· οὐ μέντοι φῶς γε ποιεῖν, τοῦ δ᾽ ὀφθαλμοῦ τὸ καλούμενον μέλαν καὶ μέσον, λεῖον φαίνεται. φαίνεται δὲ τοῦτο κινουμένου τοῦ ὄμματος, διὰ τὸ συμβαίνειν ὥσπερ δύο γίνεσθαι τὸ ἕν. τοῦτο δ᾽ ἡ ταχυτὴς ποιεῖ τῆς κινήσεως, ὥστε δοκεῖν ἕτερον εἶναι τὸ ὁρῶν καὶ τὸ ὁρώμενον. διὸ καὶ οὐ γίνεται, ἐὰν μὴ ταχέως καὶ ἐν σκότει τοῦτο συμβαίνῃ. τὸ
D γὰρ λεῖον ἐν τῷ σκότει πέφυκε λάμπειν· οἷον κεφαλαὶ ἰχθύων τινῶν, καὶ ὁ τῆς σηπίας θολός. καὶ βραδέως μεταβάλλοντος τοῦ ὄμματος, οὐ συμβαίνει, ὥστε δοκεῖν ἅμα δύο καὶ ἓν εἶναι τό, τε ὁρῶν καὶ τὸ ὁρώμενον. ἐκείνως δ᾽ αὐτὸς αὑτὸν ὁρᾷ ὁ ὀφθαλμός, ὥσπερ καὶ ἐν τῇ ἀνακλάσει.

Sed huius causæ dubitationis, nẽpe & cur visus ignis esse videatur, hinc sunt accipiendæ. Læuia nanque in tenebris apta nata sunt fulgere, nõ tamẽ lucem emittere: Oculi verò pars quæ nigra & media vocatur, læuis apparet. Quod constat si oculus agitetur: nam quod vnum est, veluti in duo abire videtur. Hoc autem celeritas motus efficit, vt appareat viden-

tem à re viſa diuerſum eſſe: quare hoc non accidit niſi celeriter, atque in A
tenebris fiat. Etenim læue in tenebris fulgere aptum eſt, vt quorundam
piſcium capita, & ſepiæ atramentum. Tardè autem moto oculo, non
accidit vt videns & res viſa, ſimul vnum & duo eſſe appareant. Illo ve-
rò modo, oculus ſeipſum cernit, veluti & in refractione.

Oſtendens Ariſtoteles, in oculo ignem illum emicantem, non ob eam cau
ſam cerni, quòd oculus igneus ſit, (neque enim rē ipſam potuit non affirma-
re), fundamenta rationéſque propoſitę opinionis, ſatis euertere videtur, cō-
que magis quòd dubitationē allatā, quæ alioquin enodatu difficillima erat,
& Peripateticos etiam ipſos vrgere poterat, hac ſua explicatione nullo ne-
gocio ſoluit. Duo igitur his in verbis (ni fallor) docet Ariſtot. Primùm, cur in
oculo lux illa ſiue ſplendor noctu appareat. Secundùm, cur iſta oculo moto
non autem quieſcente accidant. Illud ad dogmatis fundamentum euerten- B
dum: hoc ad dubitationem propoſitam ediſſerendā facit. Hanc contextus di
ſtributionem ſequi placet, quia ab ipſo Ariſtot. initio ſuorū verborū propo-
nitur. Cauſam ſiquidem, & dubitationis & paſſionis allatæ velle ſe hîc doce-
re ſignificat. De primo ita ratiocinādo determinat: Omnia corpora læuia &
bene terſa in tenebris fulgere apta ſunt: pupilla quæ medium oculi vocatur,
eſt corpus læuę & bene terſum: pupilla igitur in tenebris eſt apta fulgere. Ma
iorem propoſitionē experientia probat: capita nanque piſcium, multáq; alia
huiuſmodi, noctu lucere conſpiciuntur: minorē tanquam notā ponit. Iure i-
taque colligit, illius paſſionis cauſam non naturā oculi igneā, ſed illius læuo-
rem exiſtimandā eſſe. De ſecundo ait: Idcircò iſtam paſſionē agitato oculo,
non eo quieſcente fieri, quia cùm oculus agitatur, contingit id quod vnū eſt,
duo quodāmodo euadere: Ac ſi dicat, cùm oculus agitatur, & à ſeipſo, ꝓprió-
que ſitu, quaſi diuellitur & ſeparatur, fit, vt duo diuerſa eſſe iudicetur, res nē-
pe viſa, & organum videns. videt enim tunc ſeipſum oculus, licet non per ꝓ- C
priā formam, ſed per quendā ſplendorē, ſuíque ſimilitudinē, & quaſi per re-
fractionē. Quòd ſi aut tardè moueatur, aut omninò quieſcat, non diſiūgitur,
neque à proprio ſitu remouetur. quò fit, vt tanquā vnum quidpiam, nimirum
organū tantùm manens, ſplendorē illum vel ſeipſum percipere nequeat. Ve
rùm hæc diligentiùs conſideranda. (Læuia nanque in tenebris apta ſunt ful-
gere, non tamen lucē emittere). Læue & aſperū ex ſecundo de ortu & interi-
tu lib. cont. 8. inter qualitates tactiles connumerantur. Læue autē illud dici-
tur quod ſuperficiē obtinuit, cuius partes æqualiter & in rectitudinē iacent.
Aſperum, cuius vna pars eminet, alia autē inferior eſt. Lux hoc in loco & ful-
gor ſiue ſplendor, non differunt: niſi quòd hic minorē, illa maiorē lumē ſigni-
ficat. Solent tamen hæc nomina hunc ferè in modū inter ſe diſtingui: Lux eſt D
qualitas ipſa actiua mutās ſiue afficiens viſum, quæ quidē eſt in corpore luci-
do, non ꝓducta ab alio aut conſeruata. Qua ratione in Sole lucē ponim⁹, per
ſe ſcilicet, & à nullo alio illuſtrante productā. Lumen vocamus, eandē quali-
tatē viſum afficientē, à corpore διαφανῶ, id eſt à corpore non lucido per ſe, ſed
ab alio illuſttato, participatā. hinc aerem dicimus lumen habere: & Ariſtot.
in 2. de anima: Lumen τῦ διαφανοῦς actum eſſe teſtatur. Hoc lumen participatū,
ſi ea ratione ſpectetur, qua à corpore per ſe lucido per lineā rectam produci-
tur, Radius appellatur: ſin autem quà reflexè, id eſt ob repercuſſionem, pura
ſpeculi illuſtrari, oritur, Splendor proprie dicitur. Σκότους, id eſt Tenebrarum
nomen Lumini opponitur: quò fit, vt quemadmodū lumen actus ſit διαφανοῦς.
(Διαφανοῦς, inquam, quod eſt actu: Id enim per quod aliquid eſt actu, actus illius
dici-

A dicitur, vt quia viuens est actu per animam, anima viuentis actus vocatur) ita Tenebræ nil aliud sint, quàm illius act⁹ in eodē subiecto priuatio. Aristoteles igitur docet corpora læuia apta esse ad fulgorem emittendum, nō item luce: atque illum quidē in tenebris, quia cùm modica sit lux, neque τῷ διαφανεῖ actū exhibere potest, neque interdiu conspici, à multo scilicet solis lumine offuscatū. Porrò amouenda est hęc ambiguitas: Omne enim commune sensile debet à visu, medio lumine & colore, percipi: Læuor est sensile cōmune: ergo lumine medio & non in tenebris percipi debebit. Maior propositio elicitur ex his Aristot. verbis 2. de anima, Quicquid cernitur, sub ratione colorati cerni, & coloratum non sine lumine spectari. Minor ex læuoris definitione perspicitur: Cùm enim sit superficies quædam, partes in rectū & æqualiter dispositas
B obtinens, ad quantitatem reducetur, quæ ex 2. de anima cont. 64. Sensile cōmune vocatur. Sic verò respondetor: In superficie duo considerātur, magnitudo siue quantitas: qua ratione dicitur sensile commune: & hæc vel illa qualitas qua afficitur. Tunc autem non dicitur magnitudo, neque ad sensilia cōmunia, nisi fortasse ex accidenti, reuocatur: quia nimirum qualitas illa in magnitudine reperitur. Hoc modo docet Aristot. in Categoriis, albedinē tātam dici, quanta est superficies cui inhæret. quare læuor est qualitas illius superficiei, quā splendor ex tēperantia & natura illius corporis læuis sequitur. Quod autem additur: Colorata lumen requirere, vt cerni possint: Respondeo, colorem esse quidem obiectum visus præcipuū, non tamen adæquatū. Plura enim videmus, quæ propriè colorem non obtinent: (cuiusmodi sunt sol, luna, stellæ, ignis, oculi quorundā piscium, aliorúmq; animalium, multáque ligna putrida, tandémque omnia corpora valde tersa & expolita, quæ in tenebris tan-
C tùm lucida, interdiu verò non lucida, sed proprio colore colorata spectantur. Visus itaque obiectū adæquatum est ipsum visile, quod & colorem & lumen siue splendorem complectitur. Colores ergo non sine lumine videntur, quia ex seipsis sensum afficere nequeunt, nisi antea actu per spectabilia à lumine reddantur. Splendor autem & lux sunt semper actu visilia, nisi impediantur. (Oculi verò pars quę nigra & media vocatur, læuis apparet). Oculi substantia ex quatuor præcipuis tunicis, tribúsque humoribus constat. Tunica prior atque externa ἐπιπεφυκυῖα, hoc est adnata & adhærens appellatur: huius interuētu oculus quasi tenetur & adhærescit. huic ꝓximè adhæret altera, quæ quia cornu similis est, κερατοειδὴς vocatur, vniuersum oculum cingens, & pellucida, vt per eam cerni posset. Hac concluditur humor ab aqua aut ab oui candido nomen habens, ὑδατώδης à Græcis, Albugineus etiam ab Anatomicis appellatus. hic in exteriore oculi parte circa pupillam à natura situs est, ne lumen exter-
D num, κρυσταλλοειδεῖ humori subito occurrēs (qui quidem præcipuum est visus instrumentum) aciem visus perstringeret: præterea vt κρυσταλλοειδὴς à siccitate liberaret, in quam aliquando incidere potuisset. Hunc eundem humorē mox Tunica vuæ ῥαγοειδὴς nuncupata, vniuersum cōprehendit: foramen quod in parte priore & media habet veluti granū vuæ, & è quo acies est, qua cernimus pupilla vocatur. Ῥαγοειδεῖ circùmcirca proximè succingit tunica araneorū telæ persimilis ἀραχνοειδὴς, colore nigra. Sequitur humor ὑαλοειδὴς vitro fuso similis, vitreúsque ideò vocatus. Copiosus is est & crassior, in quo κρυσταλλοειδὴς tanquam in centro oculi stabilis & constans insistit: hic durissimus est, & glaciē concretā aut crystallū refert: figuram globosam quidem habet, sed quā pupillam spectat pressior est. ponitur autem non in medio vitrei, sed parte eius priore pupillæ prorsus obiectus, vt & commodiùs aqueum humorē illustrare valeret, & tutior ab iniuriis externis redderetur. Ex his patet quid Aristoteles per partem nigram & mediam intelligat: partem scilicet illam tantùm qua Aranca

membrana per pupillam visa continetur, & quæ nigra in omnibus reperitur: A non autem quicquid præter album in oculo esse cernitur: licet ipsius verba in primo libro de historia animalium cap. 10. id videantur significare. Candidũ (inquit) oculi magna ex parte simile in omnibus est: at quod nigrum dicitur, variat: aliis enim atrum, aliis cęsium, aliis fuluum, aliis caprinum. Atqui in quarto eiusdem tractationis cap. 8. inter pupillam, & nigram oculi partem discrimen ponit: quandoquidem de oculis talparũ ita loquutus est: Habent nigrum illud orbiculum, quod in pupilla continetur, atque albæ etiam portionis circunferentiam. Non abs re autem istam partem tantùm læuem appellauit, cùm alioquin aliæ partes oculi læues esse videantur, & tunica ipsa ἀραχνοειδὴς arteriis venisque conspersa sit. nam ea parte quà pupillæ obiicitur, tersa admodum est: præterea cùm κρυσταλλώδει humori proximior sit, idcircò etiam læuior esse iudicatur. Sed quorsum tam multis, quãdo minimè dubium sit hic Aristotelem per mediam & nigram partem, humorem ipsum κρυσταλλώδη B sua natura læuissimum, cum ea tunicæ ἀραχνοειδοῦς parte, quæ per pupillam cernitur, coniunctum intelligere? Vnde non possim non mirari, illos qui asserũt: ideò ab Aristotele partem tantùm istam mediam læuem fuisse vocatã, quia cùm nigra sit, ad lumen reflectendum, & splendorem illum producendum aliis oculi partibus aptior esse videatur: quod sanè falsũ esse, ex eo liquet, quòd Aristoteles docet, mediam istam oculi partem, non quia nigra sit, sed quia lęuis, splendorem emittere. Hic multæ oboriuntur difficultates. Primùm enim non videtur esse verum, mediam illam oculi partem in tenebris splendere posse, cùm oculi omnem suum splendorem extrinsecùs recipiant, quo certè in tenebris destituuntur. Prætereà, si ob læuorem oculus splendet, cur ab oculo externo splendor ille aut noctu aut interdiu non percipitur? Postremò, cur quiescens oculus atque in eadem semper læuoris ratione manens, splendorẽ C nõ cernit? Priori dubitationi ex iis quæ suprà allata sunt, facile est satisfacere. Nam oculus ex sui natura lumen habet, cùm læuorem obtinuerit: ab extrinseco autem lumen ideò tantùm recipere dicitur, vt ad actum colores reducat quibus affectus est. Secundæ dubitationi respondet Alexander. Splendorem nimirum illum ab oculi tunicis retineri, vt exire nequeat. Sed mirum est hæc ab illo proferri, cùm oculi muscipularum, eóque magis leonum, non modò totidem, sed crassiores etiam tunicas obtineant: præterea, tunicæ illæ in primis sint pellucidæ ac trãsparentes: qua de causa lucis transitũ impedire non posint. Dicendum est igitur: Adeò exiguum esse lumen in oculis hominum, vt interdiu à maiori offuscetur: noctu verò sui speciem per medium multiplicare, oculúmque externum ferire nequeat. In oculis aliorum animaliũ multum est, ac proinde noctu saltem externum oculum mouere potest: Sed hic nascitur noua dubitatio. Nam qui fit vt in oculis muscipularum noctu, nullóque prorsus extrinseco lumine præsente, non semper splendor ille conspiciatur? Hoc sanè negari non potest, cùm experientia sit manifestum. Dice- D rem igitur, tunc tantùm istorum animalium oculos in tenebris fulgentes cõspici, cùm intentiùs aspicere voluerint: tunc enim fit vt tunicæ oculi quasi distentæ (quod aliis etiam rebus accidit) læuiores & lucidiores reddantur: vnde etiam sententiæ Alexandri absurditas magis perspici potest. Tertio dubio Aristoteles respondens, ait, Oculo agitato, id quod vnum est, in duo quasi abire: ideóque idem quodãmodo seipsum videre, quod quiescente oculo fieri nequit. Alexãder, vt hæc verba reddat clariora, nonnulla primùm & obscurè quidẽ profert: huc tamen (ni fallor) ipsius sententiæ summa reddit: Cùm oculus commouetur, fit duo, id est organum videndi & obiectum visus. nam agitatus

&

A & ex proprio loco motus splendorem emittit: postquam verò ad suum locũ naturalem redit, ibi illum offendit adhuc constantem & integrum: quem cernẽs quasi ab alio effectum, seipsum spectare dicitur. sed celeritati hæc omnia tribuenda sunt. Hæc sanè responsio præter alias difficultates quas secũ affert, his (vt quidem puto) obiectionibus non satisfacit. Docet enim Aristoteles splendorem illum non ab agitatione fieri, sed læuorem oculi consequi, agitationémque id tantùm efficere, vt splendor spectari possit. Præterea, oculum non aliter splendorem illum videre, quàm seipsum videns: idcircóque ait, Vnum quasi duo euadere. Hæc animaduertens Alexander, multáque alia absurda, suam interpretationem consequentia, aliter Aristotelis verba explicare aggressus est, in hanc sententiam: In agitatione oculi vnum fieri duo, non B quòd oculus secundum eandem partem, fiat videns & res visa, sed secundum diuersas. Nam cùm corpoream magnitudinem habeat, ac proinde sit diuisibilis, dum agitatur, potest nõ totus in loco naturali, neque totus in loco præter naturam simul existere: sed per continuam illam confricationem, partem sui in loco naturali habere, partem non: sibíque inuicem partes succedere: ita vt quæ modò aberat, adsit: & quæ aderat, absit. Pars igitur illa quæ in loco naturali est, vel discedens vel rediens, percipit fulgorem partis quæ extrà reperitur. Qua ratione oculus qui vnus est, duo factus esse videtur. Vna enim illius pars, ab alia quasi separatur, idémque visum siue obiectum, & videns siue organum videndi efficitur. Hæc Alexandri explicatio verbis contextus bene quadrat, & experientiæ conuenit: nam fulgor ille non vt quiddam manens, sed vt transiens cernitur, omniáque declarare videtur: hoc vno excepto: non enim satis apparet, qua ratione oculus hoc modo seipsum in refractione (vt ait Philosophus in contextu) conspicere dici possit. Præterea, obiiciam C Aristoteli, Confricato aliquando oculo, & celeriter commoto, etsi quiescas, per aliquod tamen temporis interuallum, splendorem illum tibi ob oculos obuersari. Postremò, quid de iis dici poterit quibus facies percutitur: quid de iis item qui à somno exuscitati derepẽte oculos aperientes huiusmodi fulgorem cernunt: hîc nulla profectò commotio, nulla oculi diuisio fit. Nonnulli, vt priorem dubitationem soluant, nouam verborum Aristotelis interpretationem ita proponunt: Oculum scilicet vt splendorem emittat, lumen extrinsecum à spiritibus recipere oportere, cùm præsertim sit à prædominio aqueus. In commotione igitur illa nigrum oculi à spiritibus illuminatum, fieri visiuę facultatis obiectum, ibique seipsum tanquam in speculo per reflexionem cernere. Verùm hæc opinio primùm cum Aristotele pugnat, qui luminis causam læuori tribuit, non spiritibus: præterea oculum seipsum videre, non autem oculum à facultate visiua cerni docet. Tertiò, nulla commotione facta, splendor iste in oculo apparet. nam si vel leuiter & tardè oculo digitum D supponas, illúmque eleues, & moueas loco, statim flamma quædam totam pupillam repræsentans tibi obuersabitur. Quartò, in aliorum animalium oculis nulla tali spirituum agitatione media, fulgor apparet, non igitur à spiritibus illuminantur. hos tamẽ Philosophus pro exemplo sumit. Postremò, quod aiunt vix tolerari potest, Oculũ scilicet hominis aqueum esse, istorum verò animalium igneum: cùm non modò iidem humores, sed copiosiores etiam, in oculis brutorum reperiantur. Leonicus rectiùs dicit enim, Quemadmodũ in speculo per repercussionem & refractionem imaginis, ipse seipsum cernẽs oculus, duo quasi euadit, (imago nimirum quæ cernit, & id à quo imaginis repræsentatio fit, id est oculus ipse): ita in hac confricatione, oculus quasi in duo abit, & ipse seipsum cernere videtur. Addit Thomas: Et quemadmodum

in speculo ab exteriori redit species oculi ad oculum per reflexionis modum: A
ita in hac, fulgor oculi, quasi ad oculum ipsum redire dicitur. Pars enim illa quæ extra proprium situm est, licet non videat, assiduè tamen fulgorem emittit. Ad aliud porrò dubium dici fortasse possit, Non statim post confricationem, oculum, fecundum se totum, ad suum naturalem locum redire, atque ob hanc causam tandiu splendorem illũ conspici, quandiu successio illa partium commotarum atque agitatarum perduret. Ad alia equidem respondere m, Hanc passionem à superiori diuersam esse, neque enim in hac splendor orbiculatus & continuus, vt in illa, sed numerus infinitus corpusculorum emicantium cernitur. Id autem à multo concursu spirituum subitò erumpentium factum esse crediderim, nõ ob aliquam oculi agitationem. Multa autem illa spirituum subitáque & conferta eruptio, vel quia statim à percussione producitur, vel quia paulatim in somno palpebris adopertis generatur, effici B
potest. Spiritus autem ipsos visui seruientes purissimos esse ac lucis naturam retinere, exeuntésque ab oculi splendore illuminari posse satis constat. Hæc Alexander in priori partic. probl. 60, & in quarta, probl. 74. Præterea verò Auicenna in tertio libro de anima cap. 7. dicere forsan voluit. Sed hîc tollenda est repugnantia quæ ex trigesima partic. probl. 29. oriri videtur. Ibi enim dì fertè Aristoteles fatetur, quod hîc ex proposito aduers[us] veteres philosophos negat. Nam quærens cur manus dextra à sinistra, & pes dexter à sinistro differat (quatenus scilicet vnum horum membrorum, est altero fortius & mobilius) oculus ab oculo non item: respondet id accidere, quia elementa quæ pura sunt, seorsim sumpta à seipsis differre non videntur, cùm discrimen ex varia tantùm illorum permixtione atque habitudine sumi videatur. Arquî manus & pedes ex elementis compositæ partes sunt, visus & auditus ex puris atque impermixtis elementis constant, ille nimirum ex igne, hic ex aere. C
Ad hoc quicquid alii dicant, statuendum esse puto, Authoritates ex problematibus sumptas, aut omnes probabiles esse, aut plærasque non multùm veras & necessarias. In illis enim sermonibus Aristoteles se communi hominũ loquendi rationi modóque accommodat, vel magni nominis cuiusdam hominis opinioni. Hoc vel ex eo deprehendi potest, quòd pauca in illis extant, quæ cum aliis ab Aristotele alibi ex propria sententia declaratis pugnare nõ videantur. Continentur ista sub illa philosophia, à qua Aristoteles extraneatum rationum (id est ex vulgi opinione vel aliorum fundamentis sumptarum) appellationem duxit. Id contextus quadragesimus septimus quarti libri phy. & centesimus Auerrois commentarius prioris libri de cælo nos abundè docet. Quare nihil ista huic loco in quo de rebus seriò agitur, repugnare censendum est. (Veluti & in refractione). Rectè hîc animaduersum est, reflexionem siue ἀνάκλασιν, à refractione siue ἀνακλάσει nonnihil differre. Qua de D
re petantur quæ Olympiodotus, & Philoponus in priori Meteorologico libro scripta reliquerunt.

Ἐπεὶ εἴγε πῦρ ἦν (καθάπερ Ἐμπεδοκλῆς φησι, καὶ ἐν τῷ Τιμαίῳ γέγραπται) καὶ συνέβαινε τὸ ὁρᾶν ἐξιόντος ὥσπερ ἐκ λαμπτῆρος τοῦ φωτὸς, διὰ τί οὐ καὶ ἐν τῷ σκότει ἑώρα ἂν ἡ ὄψις; τὸ δ᾽ ἀποσβέννυσθαι φάναι ἐν τῷ σκότει ἐξιοῦσαν, ὥσπερ ὁ Τίμαιος λέγει, κενόν ἐστι παντελῶς. Τίς γὰρ ἀπόσβεσις φωτός ἐστι; σβέννυται γὰρ ἢ ἐν ὑγρῷ ἢ ψυχρῷ τὸ θερμὸν καὶ ξηρὸν, οἷον δοκεῖ τό, τε ἐν τοῖς ἀνθρακώδεσιν εἶναι πῦρ καὶ ἡ φλὸξ, ὧν τῷ φωτὶ οὐδέτερον φαίνεται ὑπάρχον. εἰ δ᾽ ἄρα ὑπάρχει μὲν, ἀλλὰ διὰ τὸ ἠρέμα λανθάνει ἡμᾶς, ἔδει μεθ᾽ ἡμέραν τε καὶ τῷ ὕδατι ἀποσβέννυσθαι τὸ φῶς, καὶ ἐν τοῖς πάγοις μάλιστα γίνεσθαι σκότος.

A σκότον· ἡ γοῦν φλὸξ καὶ τὰ πεπυρωμένα σώματα πάσχει τοῦτο· νῦν δ' οὐδὲν συμβαίνει τοιοῦτον.

16 Quandoquidem si ignis esset, vt Empedocles ait & in Timæo scriptum est, & visio fieret veluti exeunte ex lucerna lumine, cur in tenebris quoque visus non cerneret? Dicere autem in tenebris lumen egrediens extingui (vt Timæus asserit) vanum est omninò. Quænam enim luminis extinctio erit? Nam extinguitur aut in humido aut in frigido calidum & siccum, qualis ignis apparet, qui in carbonibus inest, & item flamma: quorum neutrum in lumine inesse constat. Si verò inest quidem, sed ob exiguitatem nos latet, oportebat sanè per diem, & aquam lumẽ extingui, & in glacie maximè tenebras fieri. Flamma vtique & corpora ignita, hoc patiuntur. Nunc nil huiusmodi accidit.

B Sublato dogmatis Antiquorum fundamento, id est patefacta causa qua moti veteres falsò visum igneum esse dixerunt: hinc arrepta commodissima occasione, ad modum visionis, quem ipsi constituebant, impugnãdum transit. Primùm autem eorum sententiam ponit, aduersus quam, impropriæ vocis abusum priùs indicando, mox ipsam rem expendendo argumentatur. Illorum autem, nimirũ Empedoclis & Platonis (vt ex Timæo perspicitur) sententia hæc erat: Oculum igneum esse, & visionem igneorum radiorum emissione, medium obiectũmque sua luce illustrãtium fieri: quemadmodum noctu lumine è laterna diffuso visionem effici cernimus. Aristoteles verò ita aduersus eos excipit: Si oculus est igneus, & visio emissione radiorum igneorum illustrantium fit, sequetur in tenebris visionem fieri posse, quod tamen falsum est. Huic obiectioni Plato in eodem Dialogo respondens, In tenebris (ait) veluti interdiu, quãtum attinet ad originẽ visus, visionem produci posse:
C impediri tamen, quia noctu lumen ab oculis exiens extinguatur, interdiu verò ab externo lumine vigorem suscipiat. Vrget iterum Aristoteles Platonem hoc argumẽto: Quod extinguitur à quibus ignis extinguitur, naturam ignis habet, sed lumen naturam ignis non habet: lumen igitur non extinguitur, à quibus ignis extinguitur. Maior nota est, quia omnis corruptio à contrario fit, & vnum vni tantùm contrarium est. Minor quoque: quoniam Ignis, natura est calidus & siccus, (vt sæpe inculcat Aristoteles) quorum neutrum in lumine esse constat. Tunc addit Philosophus, Ignem corrumpi ab humido & frigido, lumen igitur ab illis corrumpi non posse. Assumptionẽ experientia ignis & flammæ in accensis carbonibus, probat: consequutionem ex præmissis probatam supponit. Poterat respondere Plato: In radiis illis siue spiritibus igneis emissis, aliquid flammeum, (qualis est carbonum accensorum ignis) id est calidum & siccum inesse, sed id nos latere, ob sui exiguita-
D tem. Instat igitur adhuc Aristoteles ita ratiocinãdo: Si modicum adest ignei aut flammei in lumine, quod sensus nostri captum fugiat, id certè consequuturum: Diebus scilicet fugidissimis, & in aqua, præsertim verò in glacie, visum nullum futurum. Nam flamma corporáque ignita hoc patiuntur. Atqui (inquit) nil huiusmodi fieri cernitur: nam & interdiu vehementissimo quoque frigore, & in aqua visionem fieri constat. Non me latet, nostrã hanc interpretationẽ ab aliis ferè omnibus abhorrere, sed omninò verbis philosophi (ni fallor) accõmodata est, illisq́; nullam vim infert, & difficultatibus minùs est obnoxia: quæ tamen esse possint, eas suo loco euoluemus. (Vt Empedocles ait, & in Timæo scriptum est.) Empedoclis versus infrà proponũtur. Platonis in

Timæo expressa extant, & ab Alexandro aliisque interpretibus referuntur, A
quare illa hîc apponere nihil necesse. (Veluti exeunte ex laterna lumine). In oculo ignem quendam illuminantem non comburentem, congestum esse asserebant Veteres illi: ab eo deinde, præsertim verò parte illa media & nigra, lumen procurrere & emanare, vt ab accẽsis facibus, & laternæ cornu lux exire solet: hoc lumen externo lumini sibi simillimo occurrens, in vnum cum ipso quasi corpus coalescere: ex qua vnione vim sumentem oculũ, quascunque res cernere. Quemadmodũ enim cùm quis aliquid tangit, vel ipse ab alio tangitur, motus huiusmodi ad animã vsque diffunditur: ita radium illum exeũtem externi luminis societate adiutum, quasi res ipsas tangendo, illarum species ad animam vsque deferre: atque hac tandem ratione effici visionem affirmabant. (Quænam enim luminis extinctio erit?) Aristoteles ita rigidus in physicis decretis fuit, vt non nisi (cùm præsertim de re ipsa agitur) vocabula propria & germana receperit, ænigmata verò obscuráque verba ita fuerit abominatus, vt non semel hac sola ratione in antiquos acerrimè sit inuectus. Neque id sanè impudenter: nam si physicæ aliarúmque disciplinarũm præcepta ænigmatibus inuoluere liceret, cui non de physicis, rebúsque altioribus pro suo arbitratu philosophari, omnibus sub ænigmatici sermonis ementitio velo fucum facere, omnia denique sus déque ferre integrum esset? B
Præterea, quis tandem esset interpretationum modus, singulis interpretibus, quam collibuerit opinionem authori affingentibus? Et sanè (vt ait Aristoteles) vt oratio est mentis index, mens vtique hominum, non aliunde quàm ab oratione iudicanda est. Nouerat igitur Aristoteles Platonem extinctionis appellatione, nõ propriè extinctionem, sed aliud quid ænigmatico hoc nomine inuolutũ intelligere, (vt disertè elici potest ex trigesima prima part. prob. 22.) vbi (ex sententia Platonis loquens) causam cur oculus rigorem nõ patiatur nõ C
esse ait, quòd igneus sit, (huiusmodi siquidem ignis non calefacit), sed quòd pinguedinis multum, carnis verò nihil obtineat: illũ tamẽ reprehendere voluit, quòd impropriè, quòd obscurè, atq; adeò non Philosophicè loqueretur: neq; hoc tantùm in loco, sed alibi, & quidẽ aduersus alios, ab Aristot. factitatũ esse videm⁹. Quare quæ hîc à Leonico aliisq; Platonis studiosis, ꝑ illius causa afferuntur, verè quidem sunt & rectè dicta, sed quæ potuerant prætermitti: cùm operà melius & æquius, collocari potuisset in Aristoteles artificio tum expendendo, tum (quod Alexander præstitit) confirmando, dicemus, quàm in illo impugnando veluti rudi & præceptoris Platonis sensa minimè percipiente? Plato igitur oculum igneum esse, ac visionem emissione luminis interdiu fieri, noctu verò lumine extincto impediri demonstrãdo: præterquam quòd ignis nomine abutebatur extinctionis quoq; vocabulũ, vt rem redderet obscuriorem, perperã vsurpauit. Ac proinde Philosophus, ab ipso percõtatur qualisnam tandem sit hæc luminis extinctio. Quasi nimirum quòd nõnisi impropria extinctio, & atq; adeò non nisi ignis metaphoricus, (quẽ vocat Plato non adurentẽ & illuminantẽ) cui ista extinctio accidit, intelligi possit. In quo etiã & illud Platonis ἁμάρτημα deprehẽdere licet, q̃ physicè de Æstheterii visus natura loquutur⁹, ad materialia & Theologica trãseat. Quod quidẽ illi moris est. Acturus nã q; de generatione elementorũ, de principiis rerũ naturaliũ, aliisq; physicis Theorematib⁹, modò ad numeros, aut ad quantũ, modò ad alia huiusmodi ænigmatica ac rhetorica potius quã ἐπιστημονικὰ (vt ait Auerroes 4. phy. cõ. 19) trãsuolat: quę delicatiorũ quidẽ hominũ animos dulcedine quadã permulceãt, sed veræ solidæq; sciẽtiæ cupidos nũquã pascunt & exsaturãt. D
Dcet autem Plato lumẽ in tenebris verè extingui. Aristot. ita excipiet: (Nam extinguitur aut in humido aut in frigido, calidũ & siccũ, qualis ignis apparet, & flam-

A & flamma quæ in carbonibus ineſt). Summa caliditas itemque ſiccitas igni
conuenit, ex ſecundo de ortu & interitu libro, cont. 18. Eſt autem Caliditas
qualitas vniens corpora ὁμογενῆ, & ἑτερογενῆ ſeiungens, vt aurum à plumbo. Sicci-
tas verò illa, qua elemẽta vel mixta ex iis, facillimè termino proprio conſtãt,
difficillimè alieno: lapis enim propria figura terminatur, non figura cõtinen-
tis. Frigiditas & humiditas his contraria ſunt: ſiquidem illa indifferenter cor-
pora ὁμογενῆ & ἑτερογενῆ vnit, vt lutum & paleam in gleba terræ, aut aquam & ter-
ram ſeorſim, hac elementa facillimè termino alieno terminãtur, difficillimè
proprio. Calidum itaque & ſiccum, quale præſertim igneum & flammeum
eſt, ab humido & frigido, tanquam à cõtrariis extinguetur. Eſt autem flam-
ma (vt idem in quarto meteorologico cont. 47. de corporibus vſtibilibus a-
gens) nil aliud, quàm ipſe ignis, ſiue ſpiritus & fumus ardens. Quærunt hîc
nonnulli: an caliditas ſemper à contrario corrumpatur, cùm alioquin in pu-
B tredine ab eodem calore extingui videatur: ſed certè nimis præter rem, cùm
Ariſtotelem de calido igneo & flammeo loqui conſtet: præterea, diſtinctio il-
la toties à Galeno in priori partic. aph. repetita omnibus nota ſit: Calorem
ſcilicet duo ſignificare, qualitatem ipſam elementi (quam materiam mixti
veriùs appellamus) & ſubſtantiam vaporoſam calidam, quæ in animatis calor
innatus & efficiens cauſa mixti dicitur. Prior caliditas, à ſimili augetur, à con-
trario ſemper corrũpitur: poſterior, à ſimili id eſt à calore extraneo peſſunda-
tur. Illud etiam ambitioſè nimis quæritur, quomodo humidũ agat in ſiccum,
& frigidum in calidum, cùm iſta omnia ad quartũ librum meteorologicum
& ſecundum de ortu & interitu pertineant: qua de re tamen ſententia Auer-
rois & Philoponi omnino retinẽda eſt. (Quotum neutrum in lumine in-
eſſe cõſtat.) Id eſt neque ignis neque flamma, vel calidum & ſiccum igneum
C flammeumque. Hæc interpretatio non omnibus probatur, neque etiã Ale-
xandro: ſed ſanè nulla eſt ratio cur ſola non debeat retineri. Primùm enim
hæc verba, ſtatim illa ſequuntur (qualis ignis & flamma appaɾet). Præterea A-
riſtoteles etiã, ita ſeipſum diſertè explicat: dicet enim, corpora ignita & flam-
mea in aqua & frigore extingui, lumen autem non item, quia neque igneum
neque flammeum eſt. Omnes itaque aliæ lectiones ab Alexãdro propoſitæ &
ab interpretibus receptæ, abſurdæ ſunt & coactæ, vt quidem intimiùs expen-
denti patere promptum eſt. Quid verò illi aduerſus nos? Lumen fortaſſe cali-
dum eſſe & ſiccum ex ſecundo cæli cont. 41. Ego autem reſpondebo, neque
calidũ neque ſiccum formam luminis conſequi, vt formam ignis & flammæ
conſequitur: imò neque lumen, quà lumen eſt, caliditatem producere, ſed ex
accidenti, quatenus ſcilicet accidit vt reflectatur: nam per reflexionem tan-
tùm calorem producit (hoc ex ſui natura obtinuit) non alio modo. Ad cale-
factionem ſequitur aliquando exiccatio, ratione ſcilicet attractionis & e-
D uaporationis, partium humidiorum à vi caliditatis effectæ. (Oportebat ſa-
nè per diem & aquam & in glacie lumen extingui & tenebras fieri.) Diei ap-
pellatione hîc intelligere debemus dies illos in quibus ſumma frigiditas pol-
let, ſummaque item humiditas. Porrò Alexãder, ad Ariſtotelis argumẽtatio-
nem magis confirmandam, ait: Si lumen aliquod extinguibile videndo emit-
teretur, in aqua videre nõ poſſemus. Qua enim ratione igneum illud lumen
aquam poterit intrare & non extingui? Quòd tamen cõtrà accidere videmus,
nam in aquis limpidis, lapillos & piſces euagantes vſque ad profundum cer-
nimus. Addo etiam, igneum lumen à re obiecta pati non poſſe: quò fit, vt me-
dium neq; Æſthetetium viſus eſſe poſſit: ignis enim qui naturam minimùm
omnium elementorum paſſiuam habet, maximè verò actiuã, expellit potius

quàm recipit, quod neque aeri, neque aquæ accidit, vt Aristoteles in secundo de anima cont. 130. & aliis etiam in locis docet. Reliqua quæ ab Alexandro proponuntur præter rem sunt, cùm à vero superiorum verborum sensu sint aliena. (Flamma vtique & corpora ignita hoc patiũtur) id est vt in tenebris extinguantur, atquì nil huiusmodi experimur, in visu: colligitur ergo lumen illud egrediens flammeum igneumque dici non posse: vnde impropriè in tenebris extingui dicitur: ideoque manet verum quod obiicitur Platoni, nimirum si visio emissione istorum radiorum fiat, in tenebris quoque nos spectaturos. A

17 Ἐμπεδοκλῆς δὲ ἔοικε νομίζοντι, ὅτε μὲν ἐξιόντος τοῦ φωτὸς, ὥσπερ εἴρηται πρότερον, βλέπειν· λέγει γοῦν οὕτως,

Ὡς δ' ὅτε τις πρόοδον νοέων ὡπλίσατο λύχνον
Χειμερίην διὰ νύκτα, πυρὸς σέλας αἰθομένοιο, B
Ἅψας παντοίων ἀνέμων λαμπτῆρας ἀμοργούς,
Οἵ τ' ἀνέμων μὲν πνεῦμα διασκιδνᾶσιν ἀέντων.
Φῶς δ' ἔξω διαθρῶσκον ὅσον ταναώτερον ἦεν,
Λάμπεσκεν κατὰ βηλὸν ἀτειρέσιν ἀκτίνεσσιν·
Ὣς δὲ τότ' ἐν μήνιγξιν ἐεργμένον ὠγύγιον πῦρ,
Λεπτῇσιν ὀθόνῃσιν ἐχεύατο κύκλοπα κούρην·
Αἳ δ' ὕδατος μὲν βένθος ἀπέστεγον ἀμφινάοντος,
Πῦρ δ' ἔξω διαθρῶσκον ὅσον ταναώτερον ἦεν.
Ὅτε μὲν οὕτως ὁρᾶν φησιν, ὅτε δὲ ταῖς ἀπορροίαις ταῖς ἀπὸ τῶν ὁρωμένων. C

Empedocles autem videtur existimare, aliquando quidem exeunte lumine (vt antea dictum est) cerni. ait enim,

Vt quando quis de via & progressu cogitans lucernam parauit,
Per hybernam noctem, ignis *scilicet* ardentis lumen,
Accensis ventorum omnium simul expultricibus laternis:
Quæ quidem flantium ventorũ spiritum, differunt amouéntq;
Lumen autem extrà emanans quò protractius est,
Eò *magis* emicat ad solum indomitis radiis:
Sic *etiam emicat* qui in tunicis inclusus antiquus ignis,
Tenuibus velis diffunditur circa pupillam orbicularem:
Quedam verò *tunicæ* circunfluentis aquæ profundum adoperiunt: D
Ignis verò extra *oculum* emanans magis expanditur.
Aliquando igitur sic videre ait, aliquando etiam per defluxus eos qui à rebus quæ cernuntur, fiunt.

Patefacta Platonis & Empedoclis ἀκυρολογίᾳ, nunc ad Empedoclem priuatim se conuertit, ostenditque (quod malè sentientibus accidit) illum sibi pugnantia loqui. Aliquando enim Empedocles, visionem emissione radiorum fieri asserit: aliquando quorundam corpusculorum à re visa fluentium susceptione. Cur autem hoc faciat Aristoteles, hæc fortasse ratio est, vt scilicet illum etiam à Platone (cuius authoritatem & nomen hîc deprimit) dissidere ostenderet: præterea, vt suę opinioni quantùm posset suffragia cõferret. Nam

Peri-

A Peripatetica de visione sentẽtia, non multùm,à posteriori illo modo ab Empedocle proposito,aliena esse videtur. Hic vult defluxus ab obiectis in oculo recipi,illa species obiectorum ad oculos vsque (vt infrà patebit) multiplicari. Hæc quæ diximus ex eo coniici possumus, quòd Aristoteles nullum verbum aduersus Empedoclem profert. Tantùm carmina eius apponit, vt illius opinio,præsertim vero illa,in qua cum Platone conuenit,omnibus nota esse possit. Carminũ verò Empedoclis, quæ nos quantùm potuimus κατ' ᾠδάς,ne in Aristotelicã reprehensionem incideremus, conuertimus. hæc est sententia: In visione radios quosdam igneos ab oculis effundi, non aliter quàm à laternæ cornu lumen prodire soleat, cùm quispiam noctu ventis spirantibus aliquò proficiscatur:laterna enim,lumen suo cornu cõtentum sæuientiũ ventorum iniuria tuetur,& ex ipsa subtilissimus ignis emicãs egreditur quæ efficit visionẽ, quóque magis expãditur magis quoque aerem illustrat.Eodẽ prorsus mo-
B do, in pupillæ circunferentia ab inuolucris illarum tunicarum ignis quidam natiuus asseruatur(incircũferẽtia nãq; aqua continetur) & defenditur: cuius tamen pars tenuissima foras prosilit,atque emergit, quæ aerem & obiectũ illustrando,visionem in animali producit.His in verbis vnaEmpedoclis opinio perspicitur, nimirũ visionem fieri radiorũ emissione. Altera nimirũ defluxus illos ab obiectis ad visum proficisci, non explicatur:& quidẽ ideò forsan,quia non omnia Empedoclis scripta ad illius manus peruenerint, sed illud à Platone tantùm relatum accepisset. Hic enim (vt Alexander etiam monet) in Dialogo qui Menon dicitur, & in Theæteto,definiens colorem ex Empedoclis sententia, nil aliud esse declarat quàm defluxum quendam qui à rebus corporeis obiectis aspecti ἀνάλογος ad oculos perueniat. (ἀτειρέων) id est ἀδαμάστοις, indomitis. Quod verbum dici potest de equis & aliis animalibus feroci-
C bus qui nulla vi retineri possunt.Empedocles igitur quí Philosophiã poeticè, (vt & multi alii) cõscripsit, hac metaphora vim ignis in laterna inclusi describit:qui licet cornu circundetur,foras tamen lumẽ ac radios emittendo, quasi extra prosilire ob eorum exilitatem & liberè quasi excurrere videtur. Thomas transfert (Domitis) id est attenuatis per laternæ velum. neque enim ita perspicuè & clarè aer illustratur à lumine illo ita domito & refracto, vt ab igne non septo neque velamine obtecto. Et addit, hoc vocabulo Empedoclem significare cur in tenebris visio non fiat, quia nimirum transiens per laternę cornu debilitatur. Hęc verò interpretatio licet in sese nõ sit falsa, à Græco tamen vocabulo prorsus excurrit. Quod autem adiũgit omninò est ἀαεγοδόνωον. Visũ enim in tenebris fieri nõ ideo negabat Empedocles,quia lumẽ excundo infirmaretur:(eadem enim ratio interdiu(quoque valeret)sed quia lumẽ in tenebris extingueretur, vel(vt seriò loquamur) quia in tenebris luminis externi auxilio destitueretur (ὠγύγιον πῦρ) Antiquum ignẽ, id est(vt Plato in
D Timęo interpretatur qui primigenia oculi formatione cõstitut⁹ fuit,(πῦρ δ' ἔξω διαθρῷσκον).Sunt qui legãt φῶς, quoniã scilicet lumen, non ignis exilit: sed illi sanè inter metaphoras & tropos sermonis proprietatẽ quærunt. Constat enim Empedoclem describere ignem laterna tanquam propugnaculis circumsessim coercitũ, cuius deinde radios indomitos vocat, qui à nulla vi retineri possint quin extrà prosiliant. Vt igitur metaphoræ vis maneat, antiqua lectio retinenda est, quæ etiam Alexandro aliisque interpretibus probari videtur. Ex his Empedoclis verbis illud colligendum est: Oculum quidem igneum esse veteres illos affirmasse, quò ad illius centrum: circunferentiã tamen pupillæ, aquam continere. Thomas dicere videtur, ideo veteres affirmasse in oculi circũferentia, aquam fuisse positam vt quasi ignis nutritioni,& tẽperationi in

seruire posset. (Aliquando igitur sic visionem fieri ait). Iubet Aristot. in tertio Rhetor. ne nimis longum interuallum, inter coniunctiones sibi respondentes in oratione ponamus, vt memoriæ audientium vel legentium cõsulamus. A
Est autem hoc in loco prior coniunctio illa, Empedocles autẽ videtur existimare aliquando quidem. Posterior sibi respondens est: Aliquando etiam per defluxus. Nimis igitur multa inter illas inserta videbantur. Quare Philosophus, huic incommodo medetur, cùm partem contextus supra positam repetit, in qua prior cõiunctio continebatur, & mox aliam statim sibi respondentem reddit.

Δημόκριτος δὲ ὅτι μὲν ὕδωρ εἶναι φησὶ, λέγει καλῶς· ὅτι δ᾽ οἴεται τὸ ὁρᾶν εἶναι τὴν ἔμ-
18 φασιν, οὐ καλῶς. οὗτος γὰρ συμβαίνει, ὅτι τὸ μὲν ὄμμα λεῖον, καὶ ἔστιν οὐκ ἐν ἐκείνῳ ἀλλ᾽ B
ἐν τῷ ὁρῶντι. ἀνάκλασις γὰρ τὸ πάθος. ἀλλὰ καθόλου περὶ τῶν ἐμφαινομένων καὶ ἀνα-
κλάσεως, οὐδέπω δῆλον ἦν αὐτῷ ὡς ἔοικεν. ἄτοπον δὲ καὶ τὸ μὴ ἐπελθεῖν αὐτῷ ἀπο-
ρῆσαι διατί ὁ ὀφθαλμὸς ὁρᾷ μόνον· τῶν δὲ ἄλλων οὐδὲν, ἐν οἷς ἐμφαίνονται τὰ εἴδωλα.

Democritus autem, quòd quidem aquam esse ait, rectè loquitur: quòd verò ipsum cernere, imaginem esse putat, non rectè. Hoc enim accidit, quia oculus læuis est. Et est non in illo sed in vidẽte: refractio namq; est hæc passio. Sed omnino de Imaginibus & refractione, nondum aliquid ille nouerat, vt videtur. Absurdum autem est illi in mentem nõ venisse, vt dubitaret, Cur solus oculus cernat, aliorum verò in quibus imagines apparent, nullum.

Aristotelis scopus est de Æstheteriis sensuum, & de sensilibus agere. Quæcunque igitur in hoc libello proponũtur omnia ad istorum naturam inuestigandam pertinent: alia nonnulla adduntur, quia neque à re prorsus aliena sunt, neque ita commodè alibi examinari poterant. Nulli igitur mirum, Aristotelem intermissa quam inceperat de modo videndi aduersus veteres disputatione, ad opinionem Democriti de Æstheterio visus expendendã transire, vt scilicet id primùm absoluat, cuius gratia hæc tota tractatio suscepta est, reliqua deinceps statuat, quæ ob copiosiorem doctrinam traduntur. Recenset itaque hoc in contextu, Democriti vtranque sentẽtiam, de Æstheterio nẽpe visus & de videndi ratione. Illam laudat, quòd oculum aqueum esse constituat: hanc reprobat, quòd visionem nil aliud quàm ἔμφασιν esse affirmet. Cur autem Democritum ex parte probet, proximè sequẽtibus verbis declarabit. Cur verò ex parte reiiciat, nũc exponit. Censebat itaque Democritus, visionem nil aliud esse quàm simulachrum siue imaginẽ rei spectabilis quasi in pupilla impressam. Et sanè sensus ipse, hoc Democritum docere potuit, siquidem in pupillis oculorum, imago rei spectabilis adquam se oculi conuertunt, aliquando cernitur. Aristot. tamen aduersus illam, bifariam argumentari videtur: primúmque hoc modo: Si passio ista, visio esset, oculo, quatenus oculus est atque videndi instrumentum, accideret: at hoc est falsum, ergo & illud: cõsequutio valet: quia oculus est videndi organum. Falsitas consequutionis probatur, quia passio ista oculo accidit, quatenus tantùm læue, atque expolitum corpus est, quod constat, quia cernimus alia corpora, quæ non sunt visionis organa, vt crystallũ, specula ænea, aliáque huiusmodi ob eorum tantùm læuitatem ad hasce imagines repræsentandas apta esse. Secundò, ita (ni fallor) ratiocinatur: Visio fit in facultate videndi, affixa tamẽ organo, qualis est oculus: ista passio, non fit in facultate vidẽdi: ergo non est visio. Assumptio nota est ex iis quæ tradita sunt in secũdo de anima, nimirum visum esse,

C and D (margin letters beside the paragraph above)

opera-

A operationem facultatis videndi, per speciei in organo susceptionem. minorem in contextu probat, quia ista passio quæ ἔμφασις vocatur, refractio tantùm quædam est, quæ ipsi oculo læuorem habenti accidit. Posset quidem posterior hæc argumentatio ad priorem reuocari: sed vt omnia dilucidiora redderentur, nos Alexandrum sequuti ita distinctè contextum explicare maluimus. In nonnullis autem ab aliorum interpretationibus recedimus: quod cur faciamus, suo loco reddenda ratio erit. (Democritus autem). Non modò Democritus, vt annotat Alexander, sed ante ipsum Leucippus, ac post ipsum Atheniensis Epicurus, huius sententiæ fuerunt: quòd sensuum principia, essent illa εἴδωλα & simulacra, quæ à sensilibus rebus effluentia, formámque & colores obiectorum conseruantia, incurrerent in instrumenta sensuum, quæ idem animæ indicantia, sensionem efficerent. Neque sensionem solùm, sed cogitationes etiam & intellectiones, ex huiuscemodi
B idolorum occursu ab externis rebus emanantium fieri voluerunt. (Hoc enim accidit quia oculus est læuis). Ex his porrò verbis & iis quæ in fine contextus apponuntur, prior argumentatio sumpta est. (Et est non in illo, sed in vidente). Hæc verba ex quibus nos secundam argumentationem duximus, non eodem modo ab omnibus explicantur. Alexander hunc in modum interpretatur: Sensus cernendi non consistit in illo, id est in imagine, nec propter imaginem fit: sed in vidente, id est in eo qui facultatem cernendi obtinuit. Vera sunt ista omnia: sed oportuit, seriem verborum & argumentationum Aristotelicorum formam respicere: quæ sanè omnia, ista interpretatio confundit, vt patet acutæ intuenti verba illa (ἐκείνῳ γὰρ). Dicamus ergo illud ἐκείνῳ ad proxima referri debere, id est ad ὅτι τὸ μὲν ὄμμα λεῖον. Neque enim in oculo quà læuis est, visio fit: sed in oculo, quà præditus est facultate videndi: ἔμφασις autem illa est passio quædam corporea, siue refractio, oculo
C contingens, quatenus læuorem obtinet, non cernendi facultatem: ideo statim additur ἀνάκλασις γὰρ τὸ πάθος. Rectè annotauit Thomas, Democritum non habuisse pro absurdo visionem esse passionem omnino corpoream: nam animam ipsam quid corporeum esse censebat: quo etiam factum est (teste Alexandro & Simplicio) vt omnem nostram cognitionem, ipsámque adeò deorum notionem, diuinandi artem, somniorúmque interpretationem ad huiuscemodi externorum idolorum imaginúmque incursionem pulsationémque reuocaret. Ostendit præterea Thomas quomodo Democriti opinio, cum Peripateticis congruere, & ab iisdem dissentire videatur. Visio, inquit, est actus animæ sentientis per organum corporeum: habet igitur aliquam sui causam in corporea ista passione quæ ἔμφασις vocatur. Causa verò est prima illa idoli siue formæ rei visibilis in oculum percussio. At corporea
D ipsa passio non est visio, neque reflexio consequens illam percussionem quicquam visioni confert, cùm oculus rem videat per speciem illius, non tamen imaginem sentiat, quam in se rei visibilis continet. Ex his facilè nosse possumus, quantam affinitatem sententia Democriti, cum postrema Empedoclis & Peripatetica habeat: ac proinde quàm absurdè senserit Plato, qui visionem emissione fieri aduersus Veteres omnes, ipsámque adeò veritatem existimauerit. qua de re infrà pluribus. (Sed omnino de imaginibus & refractione). Reprehenditur non excusatur Democritus. Nam (teste etiam Platone in Alcibiade priori) Furiosum est ea docere, quæ nescias: & in Hippia minore, Docentes qui non sponte errant, peiores sunt illis qui sponte mentiuntur. Quantum verò ad ἐμφαινομένων & ἀνακλάσεως naturam attinet:

ſciendum eſt, ἔμφασιν ἀπὸ τῆς διαφάσεως differre, teſte Philopono qui ait per διάφασιν A
fieri colores illos in aere, de quibus Ariſtoteles in priori meteorologico, circulos videlicet, puniceos atque purpureos, per ſolam ſcilicet διαφάνειαν nubis inter nos & corpus lucidum interpoſitæ, in qua fractura quædam radiorum concurrit: nulla autem reflexio: per ἔμφασιν verò ſpeculares imagines, reflexione ſcilicet ab ipſis ſpeculis facta apparere. Ἀνάκλασις autem (vt ſuprà etiam monuimus) à διακλάσει differt, quia in hac eſt fractio radiorum, nulla autem reflexio, in ἀνακλάσει verò reflexio eſt. hæc in ſpeculis maximè cernitur. Differt autem fractio à reflexione, iuxta Opticorum ſententiam: quoniam radius reflexus (Radium autem id vocant, quod à corpore ſpectabili lucido vel colorato, quicquid illud ſit, multiplicatum in medio, & quo res cernimus ad oculos noſtros defertur) eſt ille qui à medio vniformi in denſitate & raritate occurrens medio, vltra quod procedere non poteſt, reflectitur in ſe ipſum, aut ad latus: vt radius corporis lucidi ſpeculo occurrens, ſi perpendiculariter cadat, in ſeſe reflectitur, ſi lateraliter ad latus. Radius verò refractus B
vocatur, qui ad nos per diuerſa media accedit, aut per idem quidem mediũ, ſed difformitatem in raritate & denſitate obtinens, à quo frangitur. Multa autem effecta afferunt quò inter hos duos radios diſcrimen appareat: præcipua illa ſunt, quòd Radius refractus rem ſub maiori quantitate oſtendere poſſit quàm ſit: vt patet de lapillis qui in fundo aquæ limpidæ ſunt: præterea verò id quod non eſt, vt de ligno integro conſtat, cuius pars vna in aqua poſita ſit, altera in aere: fractum enim eſſe apparet. Reflexus autem radius, rem ibi apparere oſtendit vbi non eſt. Præterea efficere poteſt, vt candela accenſa, plura poſſit illuminare loca, inter quæ aliqua adſit opacitas. Hæc pluribus Olympiodorus Philoponus & Alexander, ab Opticis ſumẽtes, tertio libro Meteorologicorum. Quantum verò ad ſpecularem ipſam reflexionem attinet, de qua hic Ariſtoteles loqui videtur, primum illud oſten- C
dendum eſt, aliter ipſum in tertio Meteorologicorum, quàm in hoc libello loqui, & in libro ſecundo de anima. Ibi enim videtur ſuæ ætatis Mathematicorum ſententiam probare, quòd vis ſcilicet aſpiciendi ſiue radij ab oculis ad rem quæ cernitur exeant: hic verò & in ſecundo de anima, ſpectabile omne idcirco videri tradit, quia medium, quod actu perſpicuum eſt, mouet: hoc verò aſpectum, atque ideò illius ſpeciem ad aſpectum perduci, non vim aſpiciendi ad illud. Hanc quidem repugnantiam infrà commodiùs tollemus. Nunc autem dicamus ſi priorem ſententiam ſequamur, in ſpeculo radium aſpectus, ad rem quæ cernitur reflecti: ſi aliam, quæ Peripatetica eſt, rei quæ cernitur in ſpeculo, ſpeciem reflexam dici oportere. Quomodo autem hoc fiat, Thomas egregiè declarat hunc in modum: Viſæ rei formam quæ in ſpeculis cernitur, non fieri, niſi quia τοῦ διαφανοῦς non termina- D
ti perſpicui, id eſt aeris immutatio quæ fit à corpore ſpectabili: peruenit ad corpus non διαφανές, à quo cùm tranſmitti non poſſit, retrò fertur, ac quaſi in pilæ morem ad parietem proiectæ reſilit: quo modo imago ad partem oppoſitam redire videtur. Ex quibus perſpicuum eſt, corpora omnia, quæ huiuſmodi ſpectabiles imagines retinere debeant, læuia & terſa eſſe oportere. Præterea, ne immutatio illa progrediatur & euagetur, intercedere quod circumſcribendi ac terminandi habeat facultatem. Et hæc eſt cauſa cur ſpeculis cryſtallinis ex altera parte opacum quid, & denſum, vt plumbum, obducatur. Hoc eodem prorſus modo imago illa, de qua diximus, in oculo producitur: in eo enim eſt læuor:

A prætetea verò opacum in profundo, à quo circumscribatur. Verum enimverò cùm Aristoteles dicat, oculum, quatenus læuis est, huiusmodi passionem recipere, quærere posset aliquis, Num corporũ læuigatorum proprium hoc sit, an & aliis non læuigatis commune. Videtur enim & illis posse congruere: siquidem è terra quantumuis aspera, radij solis reflectuntur, itémque ex aliis corporibus non læuibus neq; cõplanatis. Respondeo, reflexionem illam quæ ad videndum satis sit, & de qua hîc sermo est, nonnisi læuibus corporibus cõuenire: quia nimirum ab asperis, vel radii omnes (vt ait Auerroes) non simul reflectuntur, sed alternatim tantùm, vel (vt Græci) licet simul tẽpore omnes reflectantur, non tamen in idem coire possunt: quo fit vt debiliores reddantur, quàm vt ad rem spectabilem perduci, eámque vidẽdam præbere queãt. Ideo in terra, quanuis radios reflectat, imago solis minimè cernitur, disgregatos enim reflectit & non vt aqua, aer, aliáque corpora læuia, vt ferrum, cha-
B lybs, crystallum, in vnum coeuntes.

Τὸ μὲν οὖν τὴν ὄψιν εἶναι ὕδατος, ἀληθὲς μέν. οὐ μέντοι συμβαίνει τὸ ὁρᾶν ᾗ ὕδωρ, ἀλλ' ᾗ διαφανὲς, ὃ καὶ ἐπὶ τοῦ ἀέρος κοινόν ἐστιν, ἀλλ' εὐφυλακτότερον καὶ εὐπολη-πτότερον τὸ ὕδωρ τοῦ ἀέρος· διόπερ ἡ κόρη καὶ τὸ ὄμμα ὕδατός ἐστι. τοῦτο δὲ καὶ ἐπ' αὐτῶν τῶν ἔργων δῆλον. φαίνεται γὰρ ὕδωρ τὸ ἐκρέον διαφθειρομένων τῶν ὀφθαλμῶν, καὶ ἔν γε τοῖς πάμπαν ἐμβρύοις τῇ λαμπρότητι ὑπερβάλλον ἐστὶ καὶ τῇ στιλπνότητι, καὶ τὸ λευκὸν τοῦ ὄμματος ἐν τοῖς ἔχουσιν αἷμα, πῖον καὶ λιπαρόν. ὅπερ διὰ τοῦτ' ἐστι, πρὸς τὸ διαμένειν τὸ ὑγρὸν ἄπυκτον. καὶ διὰ τοῦτο τοῦ σώματος ἀρριγώτατον ὁ ὀφθαλμός ἐστιν. οὐδεὶς
C γάρ πω τὸ ἐντὸς τῶν βλεφάρων ἐρρίγωσε. τῶν δὲ ἀναίμων σκληρόδερμοι οἱ ὀφθαλμοί εἰσι, καὶ τοῦτο ποιεῖ τὴν σκέπην.

19 Quod igitur visus sit aquæ, verum quidem est. Ipsum tamen videre non accidit, quatenus aqua est, sed quatenus perspicuum: quod aeri etiã commune est. Sed conseruans magis, commodiúsque recipiens aer, aqua est. Quapropter pupilla & oculus aquæ sunt. Hoc autem ex ipsis etiam effectis manifestum est. Corruptis nanque oculis, quod exit, aqua esse apparet: & in nuper formatis claritate & splendore excellens est. Et album oculi in iis quæ sanguinem habent, pingue & crassum: quod quidem est, vt humidum inconcretum permaneat: proptereáque ex partibus corporis, oculus non riget. Nulli enim vnquam quod intra palpebras est obriguit. Animalium verò quæ sanguine carent, oculi duræ pel-
D lis sunt, & hoc efficit tutelam.

Redit ad priorẽ Democriti sententiã, quæ erat, Æstheterium visus esse aqueũ, eámq; primùm declarat, mox nonnullis argumentis fulcit. Æstheteriũ visus, ait, aquæ quidẽ tribuitur, nõ tamẽ quatenus aqua, sed quatenus perspicua. Neq; obstat, aerẽ quoq; perspicuũ esse: vidẽdi siquidẽ organũ, huiusmodi esse debuit, vt in eo tãquã in speculo vestigia rerũ spectabiliũ quasi describi cõmodè descriptęq; cõseruari possẽt. Atqui aqua illud obtinet, quò horũ vtrũq; pręstare queat: solidiorũ nẽpe naturã, quę hęreat, subsistatq; magis, atq; adeò rerũ species cõmodè recipiat, illásq; diuti⁹ arctiúsq; cõtineat. Fluit qua-

si assiduè aer, atq; ob sui exiguitatem, vix percipi, vix loco firmari, nec quin A
per insensiles etiam poros elabatur, retineri potest. Cæterùm Democriti
ita exposita & declarata sententia, tribus tandē signis siue effectis confirmatur.
Primum est, quoniā si oculus animalis ita incidatur, vt tunicæ illæ effractæ
fuerint, aqueus quidam humor ex eo fluens conspicietur. Secundū est, siquidē
in ἐμβρύοις, id est in nuper formatis fœtibus, oculorū vice quid huiusmodi
clarum ac maximè fulgens apparet, quod non nisi aqueū esse potest, cùm
claritas splendórque aeris ita percipi nequeat. Tertiū, quia cernimus naturā
ipsam, ob hanc maxime causam, pupillam animaliū sanguine præditorū alba
illa mollíque & pingui parte circumsepiisse, vt humorem oculi internū à
sua caliditate foueret, atque à cõcretione liberaret. Inauditum enim est cuiquam
vnquā obriguisse id quod intra palpebras oculorū continetur. In quibus
autem animalibus ob sanguinis, ex quo pinguedo generatur, defectum
sagax natura partem illam albam & pinguē ponere non potuit, pellem quādam
duram & crassam, circa oculos collocauit, qua scilicet tanquā sepimen- B
to quodam frigus extrinsecum possit arceri, & humor internus à coagulatione
immunis conseruari. Pisces, apes, muscæ, aliáque huiusmodi animantiū
exanguiū genera, quibus oculi duri apparent, id nobis satis supérque declarant.
(Ipsum tamen videre non accidit quatenus aqua est). Aqua quatenus
aqua, frigidum & humidū elementum est, quare hac ratione nil prorsus visioni
conferet animalium: proderit autem quatenus perspicua. Hic verò oritur
de aere dubitatio: nam quod affertur ab Aristot. (vt animaduertit Alexāder)
Democrito tantùm satisfacit. Et certè mirum esset, Philosophū ob aquę
tantùm constantiā illiúsque subsistentiam, velle concludere organū visus aqueùm
non aereum esse: cùm oculus spiritualiter tantùm non reuera à rerū
obiectarum speciebus afficiatur: ac pinde Alexander in comm. aliam afferre
rationem voluit, cur organum visus aqueum magis quàm aereū fuisse o- C
portuerit. Nam, inquit, in διαφανῶν genere duo sunt extrema, vnū, vt quidem
omninò rarum sit & perspicuum, vt aer: alterum, densum & solidū quod proprio
termino finiatur, vt crystall⁹ & lapides multi, nécnon vitrum. Inter hæc
extrema mediū locū aqua obtinet, ideóque illorum vtrūque percipere commodè
potest. Atq; hanc ob causam organum visus ponitur, siquidē medium
omne sentiendi in mediocritate quadā consistere, & vtriusque extremitatis
(vt in 2. de anima cont. 71.) susceptiuum esse oporteat. Hæc autem quæ Alexander
affert, si quidē dextrè intelligantur, vera sunt. Nam quòd ait oculum
esse aqueū, vt vtrūque corporum διαφανῶν extremum, comprehendere valeat,
non ita accipiendum est, ac si διαφανὲς quatenus διαφανὲς vt colorata per se & luminosa
corpora spectabile sit. Hoc enim falsum est, cùm διαφανὲς proprii nimirum
coloris expers, nonnisi colore extraneo receptum conspiciatur. Quòd D
si & ipsum conspici dicatur, id ex accidenti tantùm fit, quomodo & tenebras
spectabiles esse affirmamus. hæc Aristot. in 2. de anima cont. 68. & 71. disertè
testatur. Ex his itaque ab Alexandro propositis, colligere licet, idcircò Aristotelem
in organo visus præter perspicuitatem, consistentiam & stabilitatē
quæsiuisse, vt Democrito tantùm plenè responderet. Verùm hæc & alia nõnulla
quæ hac in parte quæri possent, ex iis nota reddentur quæ infrà plurib⁹
à nobis disputabuntur: nunc illud tantùm addere placet, Aristot. in 1. phys.
cont. 54. dum ex principiorum contrarietate medium quid quod sit veluti
tertium, duobus contrariis principiis subiici debere ostendit, istúdque medium
à Veterib⁹ aut ignē, aut aquam, aut aerem statutum fuisse, rectiùs illos
sensisse asserit, qui mediam hanc naturam aerem esse statuerunt, quàm qui
aquam

A aquam: hanc enim varias quidē formas recipere, varióque modo figurari aptam esse, sed magis quàm aer sensiles differentias obtinere. (Et in nuper formatis claritate & splendore). Alij legunt (Claritate & frigiditate.) Sed quomodo frigiditatem illā in ἐμβρύων oculis deprehensam esse statuemus? Rectiùs ergo habet lectio nostra. Quod obiiciunt, Non magis, claritate & splendore, aerem significari, quàm aquam: nullo negocio diluitur. Iā enim dictum est non aeris claritatem & splendorē, sed lumen tantùm quod in aere est percipi. Sed hæc fortasse nō satis: nam & aqua corpus est διαφανὲς, atque adeò quatenus διαφανὴς non magis percipi poterit quàm aer, nisi lumen accedar, quod est diaphanis actus. Idcircò ad illud, τῇ λαμπρότητι ὑπερβάλλον, confugiendum est. neque enim (vt ex Alexandro nuper diximus) ita splendorē aer emittere, veluti aqua, potest, cùm hæc magis terminata sit, atque ideo illū clariorem atque emicantiorem emittere ac reflectere queat. (Et album oculi in habētibus sanguinem). B Ob finem, quem natura respicit, demonstratur his verbis oculum aqueum esse: nil enim ipsa frustra efficit, cùm non sit temeraria aut inconsulta. Per pinguē autem & crassam partē intelligit non humorē illum, quem supra ὑδατώδη ab Anatomicis dici ostendimus (vt plærique volunt) sed tunicam fortasse ipsam ἐπιπεφυκυῖαν, i. adnatam, quæ admodū crassa & quodammodo pinguis est. Nisi autem albæ partis mentio in contextu fieret, ad pinguedinē illam qua musculi motui oculorum seruientes obteguntur, referre possemus. Etenī in hunc tantùm vsum (vt omnes testantur Anatomici) à natura ibi est constituta. Calefacit autem pinguedo non ex se, cùm à frigiditate effecta & coagulata ipsa sit, sed vi calliditatis receptæ, quam diutiùs & cōstantiùs continens, veluti stragulū iam calefactum ad calliditatem gignendam efficax est. de pinguedinis verò generatione, itémq; de partibus iis quæ C oculum conseruant, fusiùs Aristoteles secundo de partibus animalium cap. 5. & cap. 13. Hoc vnum tamen liber annotare, Oculos nunquam quidem obriguisse, frigere tamen ita posse, vt & frigus percipiatur (quod Conciliator 31. partic. probl. 22. experientia confirmat) & visus debilitetur: quod Auerroes his verbis monet, Visionem iis in locis in quibus multa nix, aut multa fuerit aqua, obscuram reddi: atque idcircò eos qui palpebras crassiores habent, longiùs spectare, quòd nimitum, eorum præsidio oculus à causis noxiis extrinsecis, præsertim verò à nimia frigiditate & caliditate tutior permanere possit. (Animalia verò). Hæc verba certè ostendunt, partis albæ & crassæ vocabulo tunicam illam adnatam suprà significari. Illi nanque dura tunica & pellis opponitur.

Ἄλογον δὲ ὅλως, τὸ ἐξιόντι τινὶ τὴν ὄψιν ὁρᾶν καὶ ἀποτείνεσθαι μέχρι τῶν ἄστρων, ἢ μέχρι τινὸς ἐξιοῦσαν συμφύεσθαι, καθάπερ λέγουσί τινες. τούτου μὲν γὰρ βέλτιον τὸ ἐν ἀρχῇ συμφύεσθαι τοῦ ὄμματος, ἀλλὰ καὶ τοῦτο εὔηθες. τὸ γὰρ συμφύεσθαι τί ἐστι φωτὶ πρὸς φῶς, ἢ πῶς D οἷόν τε ὑπάρχειν τοῦτο; οὐ γὰρ τῷ τυχόντι συμφύεται τὸ τυχόν, τό, τε ἐντὸς τῷ ἐκτὸς, πῶς; ἡ γὰρ μῆνιγξ μεταξύ ἐστι.

Omnino autem à ratione alienum est, exeunte aliquo aspectum cernere, & vsque ad astra porrigi: aut vsque ad aliquem terminum visum egressum coalescere, vt quidam asserunt. Etenim satius esset hanc coalitionem in oculi principio fieri: sed & hoc vanum esset. Quænam siquidem ista luminis erit cum lumine coalitio? aut quomodo fieri poterit?

haud enim quodlibet cuilibet coaleſcit. Præterea quod interiꝰeſt,quo- A
modo exteriori coniungetur?Nam membrana intercedit.

Poſtquam Veterum ſententias de viſus Æſtheterio, & obiter de videndi
modo enumerauit,atque ad illam tandem peruenit, quam ipſe probaturus
eſt:anteaquam vlteriùs progrediatur,inceptæ aduerſus Platonicos diſputa-
tionis de ratione videndi non immemor,illã non quoad verba tãtùm(quod
hactenus præſtitit)ſed quoad rẽ ipſam, expendere, ac determinare inſtituit:
ideóque veluti eorum,quæ ſuprà in ea attulerat,memor,licet multa interpo
fuerit inquit: Ἄλογον δὲ ὅλως exeunte vel radio vel lumine ab oculo, viſionem
effici. Abſurditatẽ ex eo oſtendit, quoniam ſi radiis ab oculo exeuntibus, &
rẽ videndã attingentibus(quod Mathematici omnes aſſerũt)viſio fiat,ſeque
tur,oculorũ noſtrorum radios vſq; ad aſtra quę cernimus peruenturos,quod
quàm ſit abſurdum,tanquam notũ,probare negligit. Sin verò non radio ali- B
quo corporeo ad rem vſq; aſpiciendã perueniẽte,ſed lumine ipſo (Plato hoc
ſenſit)ex oculis egrediente,atque vſque ad aliquem terminũ progrediente,
ibiq́; ſe externo lumini coniungente viſio fieri dicatur: hoc profectò probari
non poteſt:nám vel remotè ab oculis, vel in ipſis oculis iſtã coalitionẽ fieri
demus,vndequaq; incõmoda atque abſurda proficiſcuntur. Siquidẽ longè
ab oculis fieri,nullus dicet,cùm ſatius ſit in oculis fieri: neque in ipſis oculis,
cùm neque qualis eſſet iſta coniũctio,neq; quomodo fieret,explicari queat.
Vtrũque autem ſic declaratur,quia neque quidlibet cuilibet coaleſcit,neq;
externum lumen cũ interno coniũgi poteſt,cùm id membranæ oculorũ in-
tercedentes impediant. Verùm vt hæc planiùs percipiãtur, illud repetendũ
eſt. Duplicẽ hîc reprehendi opinionem: vnam Mathematicorũ, quæ ſanè ce
lebris tẽpore Ariſtotelis erat,& apud omnes ferè inualuerat:Platonis alterã.
Cenſebant ij in viſione,radios ab oculis exire,ad rem ipſam vſque ſpectabilẽ C
pertingentes:radiorum verò illorũ figuram pyramidis inſtar conſtituebant,
cuius conus in oculis eſſet,baſis in re videnda. Plato illos partĩ ſequutus eſt,
cùm viſionem quidem emiſſione fieri fateatur,non radiorũ tamen,ſed lumi
nis,& non vſque ad rẽ viſam, ſed vſque ad certum medii ſpatiũ peruenien-
tis. Ibi ſiquidem illud externo lumini ſuæ naturæ cognato, rẽſque cernen-
das tangenti,coniungi,atque in vnum coaleſcere exiſtimabat: quo fieret,vt
quaſi potentius redditum,rei ſpectabilis ſpeciẽ, media externi luminis con-
iunctione,ad aciei videndi terminos duceret, viſionémq; hoc modo effice-
ret. Mathematicos itaq; Ariſtot. primùm his verbis reiicit.(Et vſque ad aſtra
porrigi).Ponit hoc tanquã eorũ ſententiam conſequens (vt liquet) quod de-
inde abſurdum vult haberi. Et ſanè,nónne diſſoluentur illi radij anteaquam
ad terminos tantæ diſtantiæ perueniant? His paucis reiiciuntur Mathemati-
ci,ideò fortaſſe,quoniam eorum ſententia non adeò ad Æſtheterij viſus na-
turam ſtatuendã,cuius occaſione de hiſce nunc diſputatur, videbatur perti- D
nere. Alexander tamen longa digreſſione fuſiùs in Perſpectiuos inuehitur.
Illam totam,quòd digna,ſit annotatione,& ad arduas diſputationes infrà à
nobis examinandas vtilis, ne tunc nimis multa in vnum congerere cogere-
mur, methodo quadam adhibita hîc recenſere, atque explanatione noſtra
quàm paucis potuimus,illuſtrare placuit.

ALEXANDRI ADVERSVS OPTICOS digreſsionis, explicatio.

QVOD ex oculo egreditur,vel corpus eſt vel incorporeum: atqui neu-
trum eſſe poteſt. Aſſumptio nota eſt ex vi contradictoriæ diuiſionis.
Minor

A Minor probatur, quantum ad hoc vt sit incorporeum: quia scilicet incorporea neque extrà mitti, neque exire, tandémque in oculo esse, vt in loco, nec locum mutare per se poterunt. Neque est quòd perspectiui excipiant, Exiēs illud incorporeum moueri ex accidēti, eo nimirum modo quo formæ ex materiæ latebris eductę illíque immersæ moueri dicuntur. Nam præterquam quòd id quod ex accidēti est, nullam habet determinationem, atque adeò à nulla arte consideratur (vt disertè testatur Auerroes in quinto de physica auscult. comm. priori) necesse etiam erit ostendere, quid sit id, quod ex se moueatur ad cuius nimirum motum, illud incorporeum exiens cieri dicatur. Id nanque moueri ex accidenti dicitur, (teste ibidem Aristotele) quod ad motum per se alicuius in quo sit mouetur. Quantùm verò ad alterum, vt non sit corpus, primùm ita ostenditur: Quandoquidem si quod exit corporeum esset, oculus cernēdo destrueretur, quod tamē experiētia falsum esse docet.
B Consequutio probatur, nā dato opposito infinitæ absurditates apparebunt. Etenim quod exit vel eiusdem cum oculo substātię non esse statuerimus, (& sic visio per quid ab oculo diuersū fiet, & in oculo id quod non est de eius substantia continebitur) vel esse quidem: sed aut corpus finitum quantum, ablatione partis quantæ nunquam consumptum iri, aut (quod absurdius est) à minori quanto, id est ab oculo ipso, maius quantum, id est massam illam & congeriem corpusculorum vsque ad astra deuenientem, segregari posse. Eadem ratione vtitur Aristotel. in priori de ortu & interitu libro cont. 16. vbi æternitatem successiuę generationis ex parte materiæ demonstrat. Eludi forsan Perspectiuis hæc argumētatio posse videbitur, si diceretur, Non esse continuam segregationem illam corpusculorum ab oculis, sed vnum tātùm corpusculum exire, quod quidem ad rem vsque visam tendat. Sed profectò absurdiora semper consequuntur incommoda. Nam si exeunte tantùm minimo illo corpusculo, nullâque intercedente cum oculo coniunctione visio fieret, sequeretur nos oculis clausis eadem ratione & absque videndi facultate cernere posse, sensúmque animalis extra animam esse. Cæterùm alia quæ afferre possent, perpendamus. Dicent, rationem nostram nullius esse momenti, quia corpora illa exeuntia continuationem cum oculo seruant; sed quàm tenuissima sunt, idcircóque interuallo replendo sufficiunt absque oculi consumptione. Atquî ista, sunt minimi ponderis, primùm enim tantum distant oculi nostri ab astris, vt quantumuis minimum atque exile corpus exiens, ex vna parte fingas, quantum verò vis maximum animal nedum oculum ex alia parte comminiscaris, nunquam tot produci corpuscula poterunt, quæ ad astra vsque visa porrigantur. Præterea, si ita exilia sunt, qui fieri
D potest vt ventorum flantium viribus ita resistant, quin ab illis disgregentur ac dissipentur, quin à quouis tenui obstaculo, minimâque nubecula, illis obuiàm facta, visio poterit impediri. Nec vanæ sunt istę obiectiones: nam à ventis exhalationes ipsas, crassioresque materias impelli, atque dispergi docuit Aristoteles in meteorologicis libris. Quare rectè sequitur, id quod tenuius est ac propterea minorem resistendi facultatem obtinens ab illis disiectum iri posse. Sed certè hæc omnia falsa sunt: Nam & flante vento, & nebulis aliquando crassioribus intercedentibus veluti placido trāquillóque tempore contuemur astra. Respōdebunt fortasse ad id quod de nubibus dictum est (ex Aristotele in secundo meteorologico libro, cum de caussa efficiente ventorum tractat) Corpuscula hæc cùm tenuissima sint, ob eorum acumen & tenuitatem, ad penetrandum apta esse, ideóque vt alia densiora & crassiora ob eorum quadrationem minimè retineri posse. Sed si ista vera essent, pro-

fectò mitum videretur cur oculis clausis etiam per palpebras adopertas ista exilia corpuscula non egrederentur: eòque magis cùm nunquã ita arctè adoperiantur palpebræ, quin lacrymæ, quæ corpusculis istis crassiores sunt, eo tempore aliquando egrediantur. Atquî corpuscula ista vitrum & crystallum, (quibus interiectis cernimus) perforant ac penetrant, palpebras autem ipsa non perforabunt? Hæc tamen si quis fateatur, oculis clausis videri posse asserendum erit. Sed vehementiùs ipsos vrgeamus: Si corpus est quod exit, locũ ergo occupauit: alioquin enim daretur corpus quod nullibi esset: quod repugnat Aristoteli in quarto phy. cont. 13. confirmatur argumentum eiusdem verbis in eodem quarto cont. 32. in quibus ostendit locum quæri propter motum localem solùm, qui præter res non inuenitur, vt ex eodem in tertio eiusdem tractationis cont. 4. elicitur. Quinimò addimus, Sicut omne corpus localiter motum, in loco mouetur: ita & huiusmodi corp⁹ quiescens, in loco quiescere: omne igitur corpus (nullum enim aliud præter hæc datur, ex octauo phy. cont. 25.) idcircóque & hoc exiens in loco erit. Sed aliud addendum est, quod declarauit abunde Philosophus in quarto phy. à cont. 64. vsque ad 86. Vacuum scilicet nullo modo nos vel etiam comminisci posse. Quibus positis ita argumentemur: Corpus illud exiens & per plenum locum, motum, aut corpus sibi obuiam factum penetrabit, aut illud potius corpus exeunti cedet. Si primum admittas, sequetur duo corpora simul esse, vel etiam plura in eodem loco, quod tamen Aristoteles tanquam τὸ ἀδύνατον, in quarto phy. cont. 8. adduxit. Adde quòd visio impediretur, dimẽsiones enim corporis exeuntis, cum aliis corporum occurrentium confunderentur. Quòd si secundum des, visio non fiet: quod probatur, quia radius exiens interturbatur, & vt ita dicam, discontinuatur: corpus namque interpositum, vni parti priùs, mox alteri cedit. Sed detur esse continuum corpus, quæritur si visio (verbi gratia) in aqua fiat, aqua cedens, in quem locum suscipitur? Non in oculos, quia cùm extra aquam sumus, corpus sub aqua positum cernimus. Neque cum in aqua etiam sumus, illam attrahimus, cùm sub aqua respirare nequeamus. Priùs ergo ostendant a quónam cessio illa fiat, tunc illis satisfaciemus. Quòd si ea in re petulciter retineãt, Corpus illud, per quod fertur conus, cono cedere: nos contrà instabimus: hoc enim modo, si duo vel plures eandem rem aspiciant, in loco vbi coniunguntur concurrentes coni, vnus alteri cedet, ex quo sequetur nonnisi illum rem spectaturum, cuius conus loco steterit, cuíque alij omnes cesserint. Sed aliter rem habere docet experientia. Multi enim simul rem eandem cernere possunt, quo fiet vt conorum illorum cùm nulla mutua cessio fiat, vnus alterum sit penetraturus, multáque corpora in eodem simul loco adfutura. Præterea, si visio fit ex illius corporis exeuntis motu, sequetur eodem tempore & momento, moueri ad remotum & propinquum. Quod fieri nequit: consequutio probatur, quia luce præsente, rem maximè distantem puta cælum, & magis propinquam puta meteorologica eodem momento videmus. Consequutionis ἀνίσκατον ostenditur, quia si idem moueri posset localiter, eodem tempore, per maiorem & minorem distantiam, ad extremum sine medio perueniretur, neque motus localis successiuè fieret, vt Aristoteles in libris de physica auscultatione non semel declarauit. Ad hæc accedit: si duo è regione positi se inuicem spectent, aut neutrum alterum visurum, si coni se inuicem frangant atque disiungant, aut vnum tantùm alterum conspecturum, si nimirum vnius tantùm conus loco steterit aliúmque cedere

A cedere coegerit. Postremò, si quod exir tenuissimum corpus sit, certè aut aer aut ignis erit, cùm ista inter corporea elementa, sint tenuiora vt ex secundo de ortu & interitu libro, vbi de transmutatione mutua elemētotum, & ex primo meteorologico constat, vbi de eorundem proportione agitur. Sed neutrum esse potest: quod ita ostenditur: quia, cùm natura nihil frustra faciat, si tale corpus esset aer, frustra esset, aer enim vbique ante oculos copiosè obuersatur. Quorsum ergo nouum ex oculo prodeuntem ponere oporteret, hæc quidem ratio ex Aristotel. desumpta est, in primo physicæ ausculationis cont. 56. qua probat trium principiorum αὐτάρκειαν. Et certè, si natura nihil superfluum agit, (vt ibidem annotauit Auerroes) ad videndum autem corpus aereum requiratur, qui circumstat absq; exeunte sufficere poterit. Ignem etiam esse ponere haudquaquam licet: cùm enim ignis, corpus leuissimum sit, suapteq; natura semper sursum petens, superiora quidem cer-
B nere possemus, æqualia atque infima, nunquam. Ignis præterea in aqua extinguitur, sub aquam igitur posita corpora haud videri poterunt. Sed quorsum hæc pluribus, cùm à pupilla, quæ aquea est, ignem exire nullus vnquam ostendet? Tandemque æquè nocte sine lumine externo ac interdiu cernerentur, si præsertim plures in eodem loco essent. nam à multo illo igne, ex tot oculis exeunte, aer circunstans illustraretur. Quid enim à crassitie forsan aeris impedietur, cùm ab aqua quæ crassior & densior est, nullo modo impediri possit? Sed addamus etiam aliquid, quo Perspectiuorum ita sentienrium, aliud quoque erratum deprehendatur. Corpora ferè omnia ex sui natura hoc habent, vt cum ab aliis proficiscantur, non in latum & amplum desinant ac terminentur, sed in angustum redigantur. Aqua enim quò magis fluit, eò angustior redditur. Flamma etiam quantò magis attolitur, in tantò acutiorem figuram terminatur: atquî isti radios illos suos aliter se habere affirmant, basim nanque ipsorum rem visam attingere, conum verò in oculo esse
C docent.

Hæc Alexander: quæ licet Leonicus Platonis paulò studiosior, Perspectiuorum sententiam nulla in re labefactare ostendat, multáque alia in Platonis etiam gratiam afferat: nos tamen infrà disputatione aduersus Platonem peculiari, hæc omnia aliaque ab Aristotele & Philopono in secundo de anima proposita multùm valere demonstrabimus. (Etenim satius esset). Respuit Platonis opinionem, non modò ex eo quòd lumen internum externo coniungi in visione diceret: sed quòd etiam coniunctionem illam extra oculum in determinato quodam spatio fieri assereret. Inde autem exorditur, ostendens rectiùs Platonem dicere potuisse, coalitionem illam in organo ipso videndi fieri: quod tamèn non probat. Alexander verò tribus id rationibus astruit, quas paucis his verbis complectimur. Si coalitio interiùs fiat, nulla aderit necessitas aliquid emittendi, nullum spatium medium ad vidēdum desiderabitur, tantumdemque & multò etiā plus lumen externum interno
D conferet, cùm & firmiùs & constantiùs, přeterea etiam tutiùs vestigia rerum cernendarum illi quasi per manus tradere poterit. Sed accedat hæc nostra [illegible], Coniunctionem istam luminum, extra oculum fieri, vel defectu luminis inrrinseci vel extrinseci. Non luminis intrinseci, quia ille quò magis progreditur, eò magis debilitatur. In sui igitur principio arctiùs & cōmodiùs cum externo, quàm in fine & quasi in morte coniungeretur, non ratione luminis externi, quia id vsque ad oculum peruenire aptum est, Quandoquidem si habet facultatem accedendi obuiā, lumini interno, puta, ad mediam, quadraginta cubitorum rationē, certè habet facultatem accedendi vsque ad

oculum. Probatur consequutio, quia vltra determinatam ac signatam illam A
ἡμίσειαν transire potest. Quod perspicuum est, si hoc ponatur vt qui videat re-
motior ab obiecto, in spatio duplo nimirum octuaginta cubitorum fiat. Sed
neque Alexandri argumenta neque nostra vim haberent, nisi hæc pro om-
nium firmamento adderentur: Naturam scilicet quando potest, potiùs per
vnum quàm per plura media operari, vt disertè docetur in tertio de partibus
anim. cap. 4. & in secundo eiusdem cap. 14. aliisque penè infinitis in locis. Nec
hoc sanè ἀλόγως aut temerè, cùm multitudo semper ferè afferat imperfectio-
nem. (Quænam siquidem ista luminis cum lumine coalitio est?) Duas hæc
interrogatio partes habet: vnam, qualisnam istorum luminum coalitio esse:
alteram, quomodo illa fieri possit. Ad neutram harum interrogationum ac-
commodatum respōsum afferri posse illis verbis ostendit: (Haud enim quod-
libet. Præterea quod interius). Vis autem horum omnium verborum ex v-
vionis siue mixtionis natura sumitur, non tamen eo modo (ni fallor) quo pu-
tat Alexander. Quandoquidem non propterea tantùm Aristotelem lumina B
ista συμφύεσθαι non posse, dicere autumo, quòd non sint corpora, cùm Plato e-
iusque studiosi Proclius & Iamblicus, lumen corpus esse forsan affirmare
potuissent, quod tamen Aristot. hîc non impugnat. Testatur hoc item Sim-
plicius, qui secundo de anima comm. 70. eos partim reprehendit partim in
meliorem sensum trahere nititur. Ad cuius rei notitiam videnda sunt, quæ
Magnus Albertus eodem libro cap. 10. aduersus illos affert. Addo, hoc ipso
tantùm posito, vim habere quod ab Aristotele de membrana interiectà coa-
litionemque impediente proponitur. Dicendum erit igitur reprehēdi qui-
dem coalitionem istam luminum, sed ob eam causam, quia si Platonis sen-
tentiam spectemus, veram mixtionem in ista luminum coniunctione deside- C
rari perspiciemus. Secùs enim, quomodo luminis externi vis ita in alterum
transit vt illi rerum obiectarum vestigia, ad facultatem vsque videndi quæ
intra oculum est, deferendarum communicare possit? vt lumen internum
exiens, externo medio ad rem vsque visam perducatur? nisi, inquam, ita inui-
cem illa lumina alterentur, atque permisceantur, vt ex eis vna media forma
oriatur? Hæc autem vera mixtio est, Auerroe teste priori de ortu & interitu
libro com. 86. Verùm, si rectè conditiones ac leges omnes ab Aristotele pro-
positæ perpendantur, huiusmodi mixtionem nonnisi elementis aut aliis qui-
dem, sed ratione ipsorum elementorum conuenire percipiemus. At Plato
lumen, alterationi obnoxium elementum esse (licet alicubi contrarium ha-
bere innuat) nunquam fateretur. Ad hanc rationem, confirmatio accedit ex
Opticorum doctrina & ipsa experientia ducta: Siquidem illi docent, posito
inter duo lumina, opaco corpore, duas item vmbras produci, illa verò osten- D
dit, lumen vnius candelæ accensæ, ab alterius lumine segregari. Qui ergo,
vt Platonem tueantur, verba illius non sensa hac in parte reprehendi dicūt,
illúmque per συμφύεσθαι idem quod confundi intellexisse docēt, non satis cer-
tè sibi constant. Lumen nanque puta vnius candelæ accensæ confunditur
quidem cum alterius lumine, & augetur siue intēditur (hoc verò qualitatum
proprium est) non tamen vllam vim maiorem ob illam confusionem in suo
principio adipiscitur. Addè etiam, impropriè dici lumen internum oculi, à
lumine externo augeri, cùm non omninò sint eiusdem rationis. Petit itaque
Philosophus iure à Platone, talem sibi coalitionem istorum luminum expli-
cari, quæ visionem ea ratione efficere valeat, qua ipse existimabat. Ex quo i-
tem alterum potuit ab eodem rectè quæri, quomodo tādem coalitio ista fie-
ri possit, cùm membrana inter vnum & alterum corpus intercedat. Quæ

Alexan-

Alexander ait: Lumina ſcilicet non eſſe corpora, proptereáque vniri nō poſſe, rectè habent, ſumpta nimirum ex Ariſtotele priori de ortu & interitu libro vbi aduerſus Anaxagoram diſputat. Imò id ipſum eſt quod ibidem Philoponus & Auerroes annotarunt: Nullum ſcilicet inſeparabile, & ex ſe non ſubſiſtens, cuiuſmodi qualitates ſunt & formæ, ad mixtionē aptum eſſe. Sed quæri hoc loco poſſet, An viſio per emiſſionem fieri diceretur ex Platonis ſententia: Si coalitio illa (vt Ariſtoteles mallet) in oculi initio fieri putaretur. Reſponderetur, tantum emitti, quantum initium oculi à cētro illius diſtat, in quo ignem collocabant, vt carmina Empedoclis diſertè exprimunt: quin Ariſtot. ipſe infrà ſuam hac de re ſententiam explicando, docebit Æſtheteriū animæ videntis non in extima oculi parte, ſed in intima eſſe collocatum.

Περὶ μὲν οὖν τοῦ ἄνευ φωτὸς μὴ ὁρᾶν, εἴρηται ἐν ἄλλοις. ἀλλ' εἴτε ἀὴρ ἐστὶ τὸ μεταξὺ τοῦ ὁρωμένου καὶ τοῦ ὄμματος, ἡ διὰ τούτου κίνησίς ἐστιν ἡ ποιοῦσα τὸ ὁρᾶν.

B Quod igitur abſque lumine fieri nequeat vt videamus, dictum eſt alibi. Sed ſiue lumen ſiue aer ſit, quod inter oculum & rem viſam intercedit, motio quæ ab illo fit viſionis eſt efficiens.

Reiecta Platonis de videndi modo, ſententia, ſuam affert: quam vt planiorem reddat, id quod ſecundo libro de anima declaratum eſt, ſibi dari poſtulat. Hoc autem eſt, viſionem non ſine lumine externo effici. Quo poſito, ſuam profert ſententiam, quæ eſt, Motionem illam, quæ medio aere vel lumine fit (quorum vtrunque inter aerem & rem viſam intercedit) viſionem producere. Breuis quidem conciſáque admodum tota hæc ſententia eſt, ac proinde ſubobſcura: partibus tamen illius diligenter examinatis perſpicua atque illuſtris reddetur. Ad viſionem obiectum ſpectabile deſiderari ſatis ex ſecundo de anima libro nouimus, Hoc verò obiectum, licet color appelletur, latiùs tamen patere, atque ad nonnulla alia colore deſtituta extendi, ex ſe-
C ptuageſimo ſecundo contextu eiuſdem libri oſtenditur. Iſta ſunt, ignis, ſol, aſtra: præterea, capita quorundam piſcium, ligna putrida aliaque huiuſmodi, quorum pars interdiu quidem proprio & peculiari colore, quo eſt affecta, cernitur: in tenebris autem, nō ſub ratione proprii coloris vel albi, vel fuſci, vel rubei (vt quidam malè ſentiunt) ſed (quemadmodum ait Ariſtoteles) cum nullum colorem obtinerit peculiarem, non quatenus colorata, ſed quatenus tantùm ſplendens, conſpicitur: pars verò, vt ignis & aſtra, etiam interdiu, non tamen quatenus colorata (niſi impropriè cum Latinis loqui velimus) ſed ſeipſa (vt aiunt) ſub aſpectum cadit. Color ergo eſt præcipuum viſus obiectum, quia ad illum præcipuè afficiendum aptus eſt, non tamen ſine lumine. Quocirca, color in tenebris, non actu ſed poteſtate ſpectabilis appellatur: quando ſine medio illuſtrato ad oculum multiplicari nequeat: multiplicatur au-
D tem afficiendo medium actu διαφανὲς: quò fit vt iure dixerit Ariſtoteles, τὸ διαφανὲς eatenus eſſe ſpectabile, quatenus extraneo colore imbuitur. At quid aliud eſt actu διαφανὲς, quam διαφανὲς iam illuminatum? Lumen itaque eſt actus τοῦ διαφανοῦς: quare color ſine lumine non poterit διαφανὲς mouere, nec ex conſequenti ſpectabilis actu reddi. Colligitur ergo iure non ſine lumine colorum præſertim viſionem effici poſſe: quod tamen ita eſt intelligendum vt lumen non colorem producere, ſed in cauſa eſſe vt colores recipiantur aſſeramus, quod Auerroes egregiè probauit, & ſtatuit aduerſus Auempacem in ſecundo de anima comm. 67. Hanc eandem Philoſophi propoſitionem repetit atque confirmat, idem Auerroes hîc in cap. 2. Ait enim, Hoc viſus peculiare & proprium eſſe, vt cum medio, luce quoque indigeat: atque hinc fieri, vt tunc

maximè visio debilitetur, cùm aer vel oculus ipse (quod in ira accidit) fumo aut vaporibus repleatur. Sed videntur huic parti repugnare quæ secundo de anima cont. 72. expressa habentur: Non omnia scilicet spectabilia lumine egere: cuiusmodi noctu illa sunt quæ suprà enumerauimus. Tollitur repugnantia si dicamus, ista quoque non sine lumine, à seipsis tamẽ re non distincto, haud videri posse. Etenim ipsa medium in tenebris aliquo modo possunt illustrare, atque ita vt illorum species ad oculum deferatur. Dubitatio maior est de Tenebris, quæ cernuntur nullo tamen lumine præsente. Auerroes secundo de anima comm. 138. docet Tenebras quidem spectabiles dici, sed ex accidenti, quatenus nempe sunt lucis priuationes. Et iure quidem: Quãdoquidem vnicuique sensui conuenit, sui ac peculiaris obiecti priuationem iudicare. Auditus inter sonum & absonum discrimen ponit, Gustus item & alii eodem modo, vt Aristoteles tradit secundo de anima cap. de odore. Neque moueat nos quòd author libelli de coloribus, Noctem & Tenebras nigras appellet, quasi Tenebræ non priuatiuè, sed positiuè conspicerentur. Nã & καταχρηστικῶς nox nigra vocatur, quia nimirum lumine caret, & Tenebræ non propriè à sensu visus exteriori, sed ab interiori percipiuntur. Hic namque visum ab obiecto non affici sentiens, Tenebras percipere dicitur. Neque verò hæc dicendo, Auerroi aut Aristoteli repugnamus, quandoquidem ideò tenebrarum cognitio ex accidenti ab illis visui tribuatur, quòd per nullius alterius sensus mutationem, aut mutationis priuationem, visu excepto, sensus interior tenebras cognoscere valeat. (Sed aut lumen aut aer sit). Et aer & lumen veluti media intercedunt: lumen quidem, quia ipso solo aer actu διαφανὴς redditur: Aer verò, quia lumen sine aliquo corpore διαφανῆ cuius est actus, nunquam reperietur: atquì actus, ab eo cuius est actus separari nequit. Ex quo rectè ait Alexander, tam lumen quàm aerem ad visionem efficiendam desiderari: illud quidem, vt medium disponens: hunc autem, vt colores deferentem. Meritò autem Philosophus aeris mentionem facit, quoniam vt plurimùm per ipsum, rarò per aquam aut alia διαφανῆ corpora cernere contingit. Docet igitur Aristoteles, quoduis horum medium dicas, sat esse, Motum qui ab illo fit, visionem ipsam efficere, ab illo, inquam, primùm à re spectabili affecto, mox speciem siue vestigium illius ad nos deferẽte. Hinc plana iam perspicuáque Aristotelis sententia de modo videndi elicitur, visionem nempe fieri, non quia aliquid emittatur, sed quia delata species obiecti à medio in oculũ suscipiatur. (διὰ τούτου). Quidam, ab illo, quidã per illum: vtraque interpretatio quadrat. In visione enim duplex motio spectatur: vna, quæ à medio in oculum fit: altera, quæ ab obiecto in medium. Priorem designat Aristoteles secundo de anima cont. 74. cùm aduersus Democritum disputans, visionem sine medio fieri non posse ostendit. Ait enim, visionem fieri, videndi Æstheterio patiente, ipsum verò nõ à coloribus qui spectãtur, sed à medio pati. Posteriorem describit in eodem libro, cùm colorem διαφανῆ ex se mouere asserit, διαφανὲς que coloris μεταληπτικὸν id est susceptiuum vocat. Ille nanque agit, hoc patitur, τελείως tamen, id est, vt ita dicam, perfectiuè: quin & color τῦ διαφανοῦς perfectio appellatur. Ne quis autẽ putet, speciei in mediũ obiectæ motum localiter fieri: (quo modo Democrit⁹ & Empedocles defluxus illos ab obiectis ad oculũ proficisci existimabant) sed certè eatenus moueri obiectum ad medium cẽsendum est, quatenus color, qui esse suum naturale in colorato habet, sui vestigium in medium (Esse intentionale & diminutum alii vocant) producit, quo medio oculus facultate videndi præditus, colorem in colorato intuetur. Ideoque Auerroes ait, Oculum primo intus rem visione

A ſione ſpirituali, mox illam extrinſecùs cernere. Iam verò perobſcuram il-
lam arduámque difficultatem aggredi neceſſe eſt, quæ tandiu inter Peripa-
teticos, Platonicos, Stoicos, Academicoſque vltro citróque fuit agitata. An
ſcilicet VISIO EXTRA MITTENDO, vel INTVS RECIPIEN-
DO fieri dicatur. Vt autem illa commodiùs examinetur, ordinem placet
indicare, quem in tota hac diſputatione ſequuturi ſumus. Ipſius igitur quæ-
ſtionis vocabula, ad ὁμωνυμίαν tollendam primùm ediſſeremus. Mox Platonis
hac de re integram ſententiam, aliorúmque Philoſophorum, illam vel o-
mninò vel ex parte ſequentium ponemus, cui Ariſtotelicam ſtatim ſub-
iungemus: præterea, quid in hac controuerſia vnus aduerſus alterum poſ-
ſit afferre, proponemus. Sequetur tandem argumentorum Platonis, néc-
non eorum quæ pro eo defendendo à nonnullis proferuntur, ſolutio. Po-
B ſtremò, ſi qua hac de re apud Ariſtotelem ſint, quæ inter ſe pugnare videan-
tur, conciliabimus, vt Ariſtotelis opinio veriſſima, eiúſque argumenta ad-
uerſus Platonem efficaciſſima eſſe conſtet. VISVS ſiue VISIONIS
nomen, actum ſecundum deſignat, operationem nimirum ipſam facultatis
videntis, aut (vt planiùs loquar) facultatem videndi ſemet prodientem. E-
MISSIO, exitum rei alicuius (quæcunque illa ſit) in oculis contentæ, ab il-
liſque ortum trahentis, declarat, qua media efficitur viſio. RECE-
PTIO non obiecti quidem quoad illius Eſſe, quod in ſe extrà huius illiúſ-
ve naturæ exiſtit, (reale & materiale Scholæ vocant) ſed quoad veſtigium
ſpeciémque illius (formale & ſpirituale eſſe hoc dicunt) ſuſceptionem in o-
culis denotat. Nunc antequam ad recenſendas vtriuſque partis ſententias
accedam, vnum præfari placet, quod etiam atque etiam cupio animaduer-
C ti: Platonis ſcilicet philoſophiam, illam præſertim, quæ ad phyſica dogmata
attinet, ita incertam atque inconſtantem eſſe, vt vix vllum in ea Theorema
reperias, cui non multa alia vel diuerſa, vel etiam repugnantia, ſtatim ſe of-
ferant: atque adeò vt Homo ille (alioqui maximus) quæcunque optima ab
aliis Veteribus ſumpta, & quæ in aliqua hominum admiratione eſſent, ſuis
quibuſdam mellifluis verbis ac figuratis lenociniis condita, aliis potiùs relin-
quere, quàm vnam ipſe propriam germanámque ſententiam ſequi voluiſſe
videatur. Declararunt id non modò Ariſtoteles, qui illum non ſemel in-
conſtantiæ arguit, ſed Iamblichus & Proclus, aliique illius ſtudioſi. Hi nan-
que in eius ſententiis explicandis, tantam præ ſe ferunt varietatem, vt co-
gnoſcere vix ac ne vix quidem liceat, quid ſit de Platonis ſenſu exiſtiman-
dum. Simplicius item illius ſtudioſior, nullibi magis quàm in variis &
diſcrepantibus Platonis authoritatibus conciliandis laborare videtur. Ex
recentioribus Marſilius Ficinus aliique inſignes in Platonis familia viri,
D nunquam non multiplicem de vna & eadem re ſenſum illius proponunt.
Et profectò ἄγραφα illa dogmata ab Ariſtotele aliquando citata, in quibus quid
ipſe in omnibus rebus probaret, Plato ſcriptum reliquit (vt ex epiſtola qua-
dam ad Dionyſium colligitur) fidem non mediocrem facere poterunt, Pla-
tonem vix ſibimet in ſuis illis Dialogis ſatisfeciſſe, aliorúmque potius ſen-
tentiis afferendis, decorandiſque (vt plurimum) quàm propriæ opinio-
ni proponendæ confirmandæque ſtudere. Multorum aures hiſce noſtris
verbis offendi poſſe, vererer, niſi iamdiu aliorum clariſſimorum virorum
hæc ſolennis & perpetua cantio eſſet: Platonis certè multas opiniones
in bonum trahi ſenſum poſſe, non negamus, quinimo in Æſtheterij
viſus natura ſuprà id dedimus, in aliiſque multis libenter damus: ſed
ea quæ Plato loqui voluit, non quæ potuit Ariſtotelis eius diſcipu-
li.

li morem ſequuti conſideramus. Hæc eò dixi, quia in Platonis ſententia A
de videndi ratione proponenda, tanta interpretum varietas animaduertitur,
vt niſi vnum illius diſcipulum Ariſtotelem haberemus, vix quicquam de ea
affirmare liceret. Primùm enim non ſemper viſum per emiſſionem fie-
ri docet, cùm in Timæo de coloris ſpeciebus loquens, & in Menone, alibi-
que non ſemel, per receptionem effici abſolutè, velle videatur. Sed reti-
neatur celebrior illa atque emiſſaria opinio: adhuc quæritur, quidnam illud
ſit, quod ab oculo egrediatur: præterea, qua ratione egrediente illo viſio fiat:
nam in vtroque horum non vnus illius ſenſus proponi ſolet. Nonnulli ſpi-
ritum animalem illud quod ex oculis exit, vocant: nonnulli radium, alij lu-
men. Hæc nanque nomina licet ex decimo libro de Rep. idem ſignificare
videantur, diuerſitatem tamen in ratione videndi pariunt: cùm aliter à Iam-
blicho in commentario Timæi Platonici, aliter à Proclo accipiatur. Ille nan-
que lumen eſſe formam igneam aſſerit: hic corpus diuinum. Sunt præte- B
rea qui volunt, illud quod emittitur, ad rem vſque viſam pertingere, for-
mámque & veſtigium illius recipere, recurrendo deinceps illud ad oculum
deferre. Non deſunt etiam qui τὸ ἐκπεμπόμενον quidem ad rem vſque obiectam
tendere fatentur: ſed ab illa veluti pulſari ſimiliq́ue forma affici, mox ani-
mam à qua id quod emittitur fluit, quaſi excitatam, præſentes ſibi affectiones
rerum percipere. Cenſebat ſiquidem Plato animam tam rerum corporea-
rum quàm incorporearum formas ſibi non veluti ſubiectæ materiæ acciden-
tia inhærẽtes habere (neque enim nouas aut antiquas formas anima recipit)
ſed eo prorſus modo quo vires & poteſtates ſuas obtinuiſſe exiſtimatur. Ve-
rùm quoniam nobis id nunc non eſt propoſitum, vt Platonicam doctrinam e-
nodemus, ſed eatenus examinemus quatenus à ſummo Peripatetico noſtro
reprehenditur, ſatiùs erit non aliunde mentem Platonis, quàm ex ipſomet re-
prehenſore eius diſcipulo haurire. Cùm præſertim ſenſus iſte Platonis mani- C
feſtè ea ſola experientia falſus iudicari poſſit, quòd ſi quis propè vel à longin-
quò etiam, rem aliquam minimæ magnitudinis oculóſque ipſos non excedẽ-
tis intueri velit, id nunquam poterit, niſi partes etiam illi proximas (licet non
ita acutè) vnà conſpiciat. Quod vtique non fieret, ſi vel radius ille Optico-
rum exiret, cuius baſis rem obiectam tangeret, vel corpus Platonicum ſpiri-
tuoſum, quod à re ſpectata pulſari vel ſimili forma affici, illámque ad oculum
ferre deberet. Putauit itaque Plato (referente Ariſtotele) oculum igneum eſ-
ſe, id eſt in ſui centro quaſi quendam foculum ignis, non tamen comburentis
habere: ab hoc, lumen aut radium quendam luminoſum, vſque ad certum
medij terminum egredi, ibique cum lumine extrinſeco cæli ſibi cognato v-
niri, eáque vnione fortius reddi: quò fieret vt ad quodcunque obiectum ſe
converteret oculus, illud cerneret: lumen enim internum vi illius extimi
ab obiecto quaſi proficiſcentis, intimo lumine medio oculis occurrens, fa- D
cultati videndi rerum ſimulachra refert. Hanc ſententiam Plato, ex parte
ſumpſit à veteribus illis, de quibus nos ſuprà loquuti ſumus, Democrito nem
pe, Empedocle, Mathematicíſque: qui licet in hoc omnes conuenirent, vi-
ſionem non ſine emiſſione fieri, in modo tamen viſionis efficiendæ diſſentie-
bant. Horum placita nos, quòd iiſdem ferè rationibus impugnari poſſint, &
quantum ad Mathematicos, ſatis ab Alexandro, & quibuſdam recentioribus
Opticis, vt à Vitellione in quarto ſuæ opticæ libro, aliiſque aduerſus illos di-
ctum atque oſtenſum eſt: conſultò prætermittimus: Galeni tantùm opinionẽ,
quæ Platonicã explicare & ſequi videtur, in mediũ afferemus. Atqui nõ ſemꝑ
vno

A vno modo loqui visus est. Quandoquidem in 7. de Placitis alibíque in gratiam
Platonis docet, Sensum omnem in sua operatione, aliquo instrumẽto à cere-
bro ortum trahente indigere. Huiusmodi instrumẽtum spiritum esse, corpus
nempe quoddam calidum, tenuissimæ, ac læuissimæ substãtiæ, ex aere, tenuis-
simáque & syncerissima sanguinis parte genitum : (hæc omnia ex tertio de
fac. nat. cap. 14. & aduersus Lycum cap. 7. & sexto de vsu partium cap. 17. eli-
ciuntur.) Duas item differentias Spiritum hunc habete: vnam, quæ ζωτικὴ, id
est vitalis vocatur: alteram, quæ ψυχικὴ, id est animalis. Vitalis in corde præser-
tim continetur, quod fons est sanguinis feruentis & spiritus, & eo medio tan-
quam vehiculo quodam, cor facultatem quandam caloris insiti partibus cor-
poris tribuit, qua possit caloris in illis insiti temperantia cõseruari. Hic idem
spiritus à corde ad cerebrum missus diligentiùs concoctus ac subtiliorem na-
turam adeptus, animalis euadit. (diceret Aristoteles operationes Animales
B consequitur) Animalis, inquam, non quia substantia animæ sit (vt Stoicis pla-
cuit) sed quia eò tanquam instrumento, ad sensus omnes, motúsque à consilio
& voluntate prodeuntes, efficiendos vtitur. Etenim Æstheteriis ipsis, præte-
rea verò neruis & musculis, hoc solo medio facultatem mouendi sentiendíq;
tribuit. Ex his sequitur, visum qui inter omnes sensus excellit, maxima huius
spiritus copia egere: quò etiam factum est, vt natura, neruos illos, opticos ab
Anatomicis vocatos, ad oculos tendentes, cauos & perforatos produxerit. I-
mò docet Galenus (quod suprà etiam monuimus) Platonem hac sola ratione
visum igneum appellasse, quia spiritus isti, cùm plurimi & tenuissimi sint, na-
turam lucis obtineant, ac proinde ad delationem colorũ qui participatione
luminis fiunt, apti sint. Hunc igitur spiritum effundi per aerem ab oculo do-
cet, secúmq; vim videndi afferentem, aeri luminoso cõmixtum visionem p-
ducere. Alibi tamen aliter sententiam Platonis explicare visus est, qua de re
C (ne tot interserendo orationi filus abrumpatur) infrà agemus. Nũc ad Aristo-
telem transeo. Qui cùm sensus omnes in quodam pati consistete iudicaue-
rit, & visionem passionem quandam, non actionem esse, vt Plato censuit: Plo-
tinus & Iamblichus, pluribus rationibus confirmarunt, visionem in vidente
non autem extra ipsum esse determinant. Multiplicatam siquidem spiritua-
liter ab obiecto spectabili formam speciémque, aere medio illustrato & quasi
illa specie picto, ad eam vsque partem oculi deferri, qua visio maximè ac prin
cipaliter perficitur. Hæc verò pars humor ipse crystallinus est: nam in hoc cõ-
gruit Aristoteles (vt ex secundo de partibus animalium cap. priori manife-
stum est) cum Galeno in libro de oculis & alibi, & Auicẽna tertia Fen. can. 3.
In omni scilicet organica parte, vnã semper præcipuam & principalẽ adesse,
quæ quasi illius principij & facultatis sedes sit: reliquæ verò partes tanquam
D illius satellites & administræ. Ex his colligitur, visionem ex sententia A-
ristotelis, non per emissorium aliquod, sed per vestigiorum rei obiectæ spiri-
tualem receptionem in oculo effici. Aduersus Aristotelem quæ Platonici at-
tulerunt hæc ferè sunt: Si visio per receptionem fieret, specierum spectabiliũ
in oculo, cernere certè possemus neutiquam conuersis ad rem visam oculis:
at cùm nonnisi oculos ad rem ipsam intendendo cernamus, extra non intus
visionem effici constat. Prior consequutio nota est. Receptio enim suffice-
ret absque oculorum conuersione. Secunda, nulla probatione egere vide-
tur. Præterea, nil opus esset vt continua receptio ad cernendum fieret: quor-
sum enim, si forma rei iã recepta fuerit? Nã à materia (cũ præsertim visio pas-
sio sit) conseruari debet. Tertiò distantiã discernit, ergo rem longè à se positã

conspicit, non itaque intus species recipit: valet consequutio, quia si intus recipitur, non distat ab oculo, non ergo poterit is de distantia iudicium ferre. A
Quartò, qua ratione res in suo Esse cognosceret oculus, cùm quantitatem integram montis, aut ipsius cæli recipere nequeat? Neque enim est quod obiiciatur, nos non recipere res ipsas, sed rerum imagines: nam alia erunt quæ in re sunt, alia quæ nobis apparent. Quintò, quò magis spectabile proximiùs esset, eò acutiùs & rectiùs cerneretur. quod experientiæ repugnat, & Aristotelis sententię, qui ait sensile positum supra sensum, sensionem non efficere. Sextò, contrariæ species simul & semel in eodem susciperentur. Quando quidē oculus simul duo obiecta contraria conspicit, album puta & nigrum. consequutio verò quàm sit absurda, in hac quidē Peripateticorum ratione, docet Aristot. infinitis in locis, vt in 4. metaphy. cont. 9. & decimo eiusdem tractat. cont. 13. Sanè contradicentia vera simul essent, vnde alicubi Auerroes & Aristot. dixerunt (vt in 4. metaphy. cont. 9. & in septimo eiusdem doctrinæ cont. 27.) Nullum intellectum posse intelligere contraria simul in eodem esse. Septimò, oculus cernendo valde debilitatur, aliquid ergo ab ipso videndo discedit. Octauò, quomodo figura, situs & locus rei cerni poterit veluti se habet, cùm pyramis ipsa semper versus oculum, qui paruus est, in angustiores terminos redigatur? Accedunt ad rationes experientiæ multæ. Prima est, Mulierem menstruis laborantē speculum inficere, vt docet Aristot. in libello de Somniis. Basiliscū etiam visu hominem interficere narrant. Quid, quòd aliqui cùm obiectū longiùs distans acutiùs intueri cupiunt, oculos restringūt, & quasi exprimunt, vt nēpe ex illis aliquid in maiori quàm solet copia, ad rem obiectam percipiēdā proficiscatur? Item, res à longinqua parte visę minores videntur, & quę multū seiunctæ sunt, tanquam connexæ apparent. Error hic certè non sequeretur, si species rerum intus susciperetur. Item, dilatata pupilla magis videretur, cùm maior receptio fieri posset: quod tamen falsum est, quia peior visio redditur, vt medici & ipsa experientia docent. Postremò, nulla afferri ratio cōmodè poterit, cur quidam homines propè tantùm, quidam longè non propè, quidā tam longè quàm propè cernant: æque nanque omnes rerū species conspicere deberent, si intus ab omnibus æquè susciperentur. Addit Lynconiensis in libello de optica, Felem noctu mures capere, lupum videre ferā, canes item, pisćesque nonnullos: quod fieri non posset, eo tempore omni nimirū luce destituto: nisi ab huiusmodi animalium oculis aliquid (quod Radium visualē Opticorum more vocat) egrederetur. Ex altera parte Peripatetici, multas aduersus Platonicos rationes afferunt, multáque incommoda illorū opinionem sequi causantur. Etenim omissis iis rationibus quas hactenus ex Alexandro, & Aristot. in contextus explicatione attulimus, aliæ non minus firmæ & ἀποδεικτικαὶ (ex Philopono 2. de anima comm. 69. atque ex eodem Alexandro variis in locis, præsertim verò ad finem com. 7. in hunc libellum, & in medio octaui, propositæ, & ex Auerroe cap. 7. huius tractationis) afferri possunt. Nos verò breuitatis gratia ab illarum enumeratione supersedere æquū nunc esse duximus, cùm præsertim ab ipsis illis interpretibus cōmodiùs peti possint. Tantū nonnulla ex iis proponam quæ Galeni etiam sententiā absurdam esse declarare poterunt: sed primùm omnium dicam, hanc Philosophi opinionem, ea experientia probari posse, quòd si quis solem aut aliud obiectum diutiùs attentiúsque intueatur, oculúmque deinde claudat, obiectum illud per aliquod tēporis interuallum continenter aspiciet: atqui hoc fieri nequiret, nisi species ipsa rei spectabilis intus recepta fuisset, vel hoc phantasiæ, vt Philoponus in secundo de anima cont. 138. vel organo, vt Aristoteles, tribuas. Quid, quòd sensilibus

B

C

D

A silibus abeuntibus à nostris sensibus post longum etiam tempus remanent illorum idola & memoriæ: quoties enim libuerit, formare potero imaginatione Idolum D. Bezæ in subsellio Scholæ frequentissima auditorum circumstante corona Sacras paginas explicantis: quod certè non fieret, nisi Idolum huiusmodi, intus acceptum reseruatúmque fuisset. Præterea qui humidiores habent oculos, semper obiecta maiora quàm sint conspiciunt: quod non alia ratione fit, quàm quòd illorum spectra, in oculis impressa crassioráque ab humiditate reddita, in causa sunt, vt obiecta maiora esse appareant. Sed illud magni momenti ad hanc sententiam tuendam esse videtur, quòd excellens visile oculum destruit. Confirmatur magis, quia in speculo imaginem rei oppositæ spectamus: quod vtique non fieret, nisi vestigium rei ab obiectis ad medium & ad speculum vsque multiplicaretur. Præterea, læsa aliqua tunica oculi, non tolleretur visio, quinimo talibus tunicis aut humoribus nil opus esset, nisi aliquid recipiendum, sed potius extrà mittendum foret. Sed dilemma
B Auerrois Alexandreo simile, postremo loco expendatur, quo vno si nonnulla ex Philopono addantur, Opticorum & Platonicorum omnium dogma è medio tolli poterit. Quicquid exit ab oculo aut corporeum est, aut incorporeum. Si corporeum, duo incommoda absurdissima sequentur. Nimirum aut visionem in tempore futuram, cùm præsertim obiectum spectabile remotum erit, quod quàm sit falsum patet: aut motum localem velociorem motu cæli fore, quod Aristoteli & veritati repugnat, cùm nullus motus motu diurno velocior aut æqualis, nec vis vlla quæ vim Diuinum illud corpus mouentē assequatur, reperiri queat. Consecutio tamen probatur, quia momento soláq; palpebrarū apertione, corpus illud exiens ad astra vsque firmamenti tendit: quā distantiam Astrologi spacium duorum zodiaci signorum, id est sextā toti⁹ cæli partem æquare demōstrant. Ex quo cùm cælū suo velocissimo rapidóq; motu, totū spaciū vigintiquatuor horis superet, colligitur, non nisi quatuor horis
C id assequi illū posse, quod oculus vnico ac citissimo ictu assequitur. Patet rationis vis, quia septimo physicorū lib. docemur, illud moueri velocius, quod minori tempore, spacium maius vel æquale etiam transit. Sed detur esse lux non corpus, tūc iterū quæremus an extrà vel intrà visio efficitur: non intrà, quia frustra esset illud emissum: nō extrà, quoniā sequeretur animā in illa luce positā esse: quod est falsum, cùm subiectū animæ sentiētis accidens esse nō possit, sed calor natiuus solus, qui ab oculo seiunctus, integer conseruari nequit. Postremò (vt idē Auer. 2. de anima com. 67. docet) color non esset spectabilis per se, i. per rationē intimam, sed per radium visiuū extrinsecus accedentē, quod Platoni etiam ipsi absurdū est. Hoc argumentū, quoad vltimā sui partē, sententiā Galeni præcipuè è medio tollere videtur. Quidā tamen vt & Platonis & Galeni dogma tuerentur, nonnulla in medium attulerunt, quibus has aliásq; o-
D mnes Peripateticorū rationes nullius ponderis esse demonstrarēt. Et ꝑPlatone quidē dicunt: Ab oculo exire quidē radios quosdā visiuos, siue luminosos & corporeos spiritus, nō tamē eius rationis cuiusmodi corpora cōposita, quæ inuicē agere & pati nata sunt, sed act⁹ esse quosdā & species spiritus animalis exeuntes quidē ab illo, non tamen per quandā ἀνάλυσιν, aut discessionē à re factā, cùm cōtinenter coniunctæ principio suo à quo proficiscuntur maneant. Hoc modo (verbi gratia) lumē à corporis luminosi præsentia, defluere dicitur, non odor à floribus, aut ab igne calor: hi nanque recipientis quasi proprij fiunt, & non semper largienti continui sunt, illud verò principium suum non deserēs, emanat atq; diffunditur. Concedūt ergo, spiritus illos esse corporeos, cū à natura corporea ꝓdeant, locóque retineantur & circūscribātur: sed alte-

ram, à physica vel mathematica corpoream quandam notionem, id est, vt loquuntur, corporeitatem comminiſcuntur. Imò vt illius naturam magis explicent, triplicem proponunt corporum siue actuum (vt vocant) differentiam. Etenim alios à materia penitus seiunctos esse aiũt, quos, in quoduis, & in quacunque distantia illicóque agere affirmant: alios à rebus materię immersis, loco & spaciis circumscriptos oriri, nec subitò aut in quoduis, sed alternatim & in determinato loci spacio agere. Inter hos quosdam media quadam praeditos natura collocant, qui cùm à re composita & materiali non prodeant, sed à corpore spirituali, quatenus à corporea re proficiscuntur, alicubi continentur, loco circumscribuntur, & nonnisi ad quoddam spaciũ agere valent: quatenus verò sunt actus spiritalis corporis, non per partes, & successiuam, sed subitam actionem habent. His positis, breuiter satisfaciunt rationibus omnibus aduersus Platonicos allatis. Siquidem ostendunt eas tantùm alicuius põderis fore, si spiritus isti & actus verè materiales essent: sed quoniam naturã illam mediam habent, quasdam quidem corporeas conditiones obtinuisse affirmant, veluti exire, loco circumscribi, & aliquo modo moueri, non tamen omnes, quia cùm sint actus spiritales, non propriè mouentur, non consumuntur, non patiuntur à cõtrariis, non exeunt adopertis palpebris: & in summa, hac sua declaratione omnibus aliis obiectis aduersus Platonem se satisfacere posse putant. Quod ad Galenum attinet, aliam illius sententiae Platonicae explicationem afferunt, nimirum Platonis sensum esse, non quidem in aere visionem fieri, sed spiritus illos ὀπτικοὺς emissos, congregatósque cum aere luminoso, instrumentum visionis vnicum esse, quatenus simulachra rerum visibilium ad oculos deferrent: tandémque affirmãt visionem in intima cerebri parte, id est (vt puto) in sensu communi fieri, qui in intima cerebri parte ab ipso collocatur: sed statim Galeno hoc modo dicenti quis obiicere iure posset: Si spiritus ille animalis ab oculo exit, vel penetrando exit, vel per poros, non penetrando, quia non datur corporum penetratio, non per poros & cauitates: oporteret enim primùm Aristoteli illas neganti in priori de ortu & interitu libro, & praesertim in cont. 76. satisfacere. Frangunt fortasse pupillam exeundo? at nil huiusmodi illam corporaliter pati percipimus: nam doleret: sed demus spiritus illos per poros egredi, certè non nisi diuulsi egredientur. Pori nãque quibusdam soliditatibus continentur, quare partes oppositae soliditatibus illis non aequè exire poterunt: at si diuulsus spiritus exeat, obiectũ quoque huiusmodi apparere necesse erit: quod tamen experientia falsum esse docet. Neque est quod respondeãt, spiritus quidem istos diuulsos exire, sed aeri permixtos, continuitatem acquirere: puerile nanque hoc est, & inexercitato Platonico (vt ait Philosophus in priori de ortu & interitu cont. 8.) conueniens. Hisce itaque rationibus moti nonnulli, alium Galeni sensum ad Platonis sententiam accommodatum ex septimo de Placitis proponunt. Dicũt ergo ibi Galenum docere, Visionem quidem emissione fieri, quòd spiritus animalis ad oculos delatus, imprimat in aere externo qualitatem quandã videndi, qui demum aer illa imbutus, organum & medium obiecto ad oculum deferendo aptum redditur. Quod vt planiùs percipiatur, sciendum est, Galenum in septimo de Placitis, in lib. de locis affectis priori, & alibi, Vim animalem, non quidem insitam membris, sed praecipuè in cerebro sedem suam habere docet: à quo deinde tanquam à sole lumen per totum corporis nostri haemisphaerium, id est per omnia membra animalibus operationibus inseruientia, mediis neruis inde ortũ trahentibus transmittatur: hanc vim, principium omnium sensionum vocat, quam ait cum spiritu animali copioso, per

ner-

A neruos opticos ad oculos ferri, & cùm peruenit ad extimam vsque superficiem oculi, prorumpere & in aerem circumfusum produci, atque ob propinquitatem spiritus animalis, aeri externo huiusmodi lucem siue videndi vim (vtroque enim nomine vocatur) communicare: quo modo visio per emissionem quidem, vt Plato ait, non tamen spirituum, vt argumenta euincunt, fieri probat. Ex quo colligit, visionem contactu duorum luminum fieri rectè à Platone prolatum esse: & addit, contactum istum, longiùs ab oculo & remotiùs vel proximiùs, iuxta spirituum maiorem vel minorem copiam fieri. Exéplo etiam totam rem hanc illustrat, à neruo sumpto: Qui sanè proprium est instrumentum tactus, si tamen carnem ipsam pungas aut aliquo modo ferias, punctionem & dolorem percipiet, ob facultatem nempe sentiendi tangendique sibi à neruo communicatam. Hac expositione Galeni posita, facile est argumentis allatis satisfacere, cùm omnia eò ferè tendant, vt spiritus ab oculo nullo modo egredi posse demonstrent. Sed nil adhuc habet Galenus hac B sua explicatione, cùm non omnibus argumentis aduersus Platonem ab Aristotele prolatis, & ab Alexandro à Philopono & Auerroe satisfaciat. Nos verò clariùs aduersus ipsum hoc modo: Si vis videndi ab oculo emittitur, & aeri imprimitur, ergo visio in aere fiet: probatur consequutio, quia visio media vi videndi efficitur. At si visio est in aere, ergo & anima videns, (vbi enim actus, ibi & anima est, quæ actus dicitur) aer itaque anima sentiente præditus erit. quid? quòd facultas animæ reipsa ab illius essentia non seiungitur. Neque est quòd Galenus ad communicationem illam confugiat, tum quia quicquid afferat, semper visionem in aere fieri dicere debebit: tum verò quia exemplũ de neruo & carne ab Aristotele negligeretur. Caro enim apud Peripateticos ratione sui, quoniam scilicet ipsa animam obtinet sentientem, non ratione C nerui sentit, vt ex secundo de hist. animal. cap. de carne, & ex secundo Collig. cap. 8. patet. Falsum est etiam quod Galenus asserit, Animæ potestates membris non esse insitas, sed à cerebro mitti: nam præterquam quòd à nullo corpore prouenire possint, multóque minus à cerebro tanquam ab excremento sensu destituto, veluti se habet tota anima ad totum corpus, ita & illius partes ad partes corporis, sed tota anima toti est insita corpori, neque transmittitur, ergo & partes partibus insitæ sunt. Maior ꝓpositio sumitur ab Aristotele in secundo de anima cont. 9. & hac ratione stabilitur: Sicut enim anima est actus corporis, ita hæc μερικὴ facultas, actus suæ particularis partis erit: atqui actus esse debet, vbi est id cuius est actus: ergo & ibi est anima. Secùs enim aliquid sine sua anima actum haberet: At ad quantámnam distantiam, illud quod exit, porrigitur? profectò ad modicam (vt ipse etiam ait) & ad circumfusi aeris mensuram. Quomodo igitur tam magnum obiectorum simulachrum D (quod ille nobis obiicit) recipere poterit? Magnitudo quidem illius extensionis maior est pupilla, nulla tamen est, si rei spectabilis magnitudinem respiciamus. Hæc de Galeni (vt videre est) sententia inconstanti. Nunc ad priores illos redeo, qui Platoni suppetias ferre voluerunt. Primùm ab illis quæro, Istíne actus aut sine materia omnino & incorporei sint, aut cum materia: & si sine materia, illúdne vel ex sui natura obtinuerint, vel ἀφαιρέσει & remotione quadã. Si ex natura propria incorporei erunt, vtique res intelligibiles ad metaphysicum pertinentes erunt, sensúmque nulla ratione mouere poterunt. Sin verò secundo modo sint incorporei, erunt res Mathematicæ, quæ per abstractionem sine materia concipiuntur, qua etiam ratione neque ad naturalem spectant, neque sensum mouere possunt. Si verò materiam habent, proculdubio corpora sunt. Etenim cum materia sit corporis principium, efficitur vt quæcũ-

quę materiam habent, corpora sint. Hoc verò ipsum argumenta à Peripateticis adducta impugnant. Dicere verò esse corpus & alterius rationis, vanum est. Nam quódnam erit illius principium? Si neges enim esse materiam, sequetur istud corpus esse sola imaginatione fictum: at si materiam esse des, erit ergo & ipsa alterius rationis. Nam (ex primo de ortu & interitu) ab eodem quatenus tale est, diuersum non efficitur, sed idem. Dabitur ergo duplex materia, quod certè repugnat Aristoteli, qui in primo phys. cont. 56. & secundo de ortu & interitu cont. 6. ait vnam esse materiam & principium vnum primum corporum sensilium: secundum, primas qualitates: tertium, prima corpora quæ elementa vocantur, ex quorum mixtione quod quarto loco oritur, verè ὁλικὸν corpus est. Præterea, huiusmodi corpus medium vocant: Quæro quódnam medium sit, an per comparationem vocatum, sicuti aerem & aquã media elementa vocamus: an absolutum: si primo modo, ergo ex extremis non componitur, licet naturas extremorum participet, vti Aristoteles priori libro de cælo cont. 17. de grauitate & leuitate elementorum, & in priori meteorologico refert de primis qualitatibus. Si secundo modo, re ipsa & formaliter ex extremis compositum est, qua ratione etiam ab extremis differt. Dupliciter tamen huiusmodi medium se habet. quoddam enim tantùm differt, secundum magis & minus, vt tepidum: quoddam verò secundum formam & speciem, vt colores: medij puta rubeum & croceum ab albo & nigro. Hæc Auerroes quarto libro tractationis de cælo comm. 26. & sexto phy. comm. 32. & tertio meteorologico cap. de Iride. Sed ad rem redeundum: Si isti actus sunt corpora media, & non componantur ex extremis, naturas saltem illorũ participabunt. Atqui hoc dicere non possunt absque contradictione. Nam affirmare aliquid esse corpus, & esse à materia liberum: præterea, naturam corporis naturalis & entis metaphysici obtinere, quid aliud est quàm pugnantia loqui? Responderint fortasse, vocari medium, quoad conditiones & effectus: ex vna etenim parte mouetur & continetur, ex altera à contrariis non patitur, & illicò ad quamlibet distantiam agit. Verùm totum hoc nihil est. Effectus nanque contrarij à causis repugnantibus oriuntur: cùm igitur effectus isti contrarij sunt, certè proficiscentur à repugnãtibus naturis, quæ in eodem simul corpore versentur. Verùm hæc omnia ita confirmantur: Si actus isti ab oculo exeunt, vel fiet visio in obiecto vel in oculo: si in oculo, ergo per regressum, & receptionem, & sic frustra exitus: si extra, vel isti spiritus habent animam sentiendi vel non habent: si habent, certè sunt animalia: vnde cõsequetur ab animali animal exire, quod momento etiam moueatur: atquì facultate etiam vegetandi prædíti erunt, vbi nanque sentiens est, ibi & vegetans (ex secundo de anima) nutrientur itaque, & augebuntur, sibique ad similitudinẽ formæ aliquid respondens gignere, apti erunt. Quę omnia præterquam quòd absurda sunt, eorum quoque dogmatibus repugnant. Haudquaquam dicent eos carere anima: quia sequeretur visum absq; facultate sentiendi effici posse. Sed forsan hæc ita eludent, Ipsosmet actus, vim ipsam sentiẽdi esse. Atquì certè in eosdem semper scopulos allidũtur. Nam vel vis ista cũ materia & corpore suo exit, vel sine illo: si primũ concedatur, erit aliquod vidẽs non animal: si secundum, vis sentiendi erit à corpore separabilis, poterit absque organo operari, formæque transitus à subiecto ad subiectum posthac concẽdetur: quæ omnia quàm sint absurda quis non videt? At omniũ absurdissimum illud est, nimirum aerem viuentẽ animatũmq; effici, quod certè sequitur, si spiritus isti & act' in aere (vt aiunt) recipiantur. Quid enim recipi quidẽ illos actus in aere, sed non ob id aerem ab illis informari, fortasse respondebunt? at in promptu est

A est quid obiiciatur: formam scilicet sine subiecto, & vitam in non viuente fore, ex huiusmodi responso sequi. In summa id ita loquentibus accidere video quod nonnullis aliis, qui vt carnis Christi vbiquitatem mordicus tueantur, crassas quasdam distinctiones nuper finxerunt, quarum membra non magis cohæreant quàm cum infinito totum & vniuersum. Et sanè Melissus (cuius ista sententia erat) non magis quàm isti attributorum vim confundebat. Est (ait quidam) caro Christi omnipræsens non per se, non essentialiter & naturaliter, non extensione corporali, aut locorum διαστήμασι, sed ex accidenti, id est per partem omnipræsentem, cum qua personaliter coniuncta est. Addit alter in cœna Domini ipsissimum Christi corpus, & ipsissimum sanguinem cum pane & vino à Ministris frangi manibus, distribuique: ore autem fidelium sumi, & dentibus atteri. Non ita Aristoteles (quem tamen sacrosancti huius mysterij interpretem & consultorem minimè velim adhibere) ex vi prædicationis
B κατ' ἄλλο, aut κατὰ συμβεβηκός, (quæ tamē multum inter se differunt) colligeret: non ita eius interpretes ratiocinarētur. Papistarum certè crassam improbámque de hac eadem re sententiam possumus affirmare tolerabiliorem esse, quæ certè pauciora incommoda secum adducat. Quare moneo oróque Christianos & studiosos omnes, eósque item qui aliquam sibi famam in his nostris disciplinis comparasse videntur, ne dum ingenij acumine vt falsum dogma tueātur, ex physicis multa se depromere posse existimari velint, Ecclesiam Dei lacerare ac diuidere, Disciplinásque ipsas peruertere, tandémque in inexplicabiles nodos incidere cogantur, ἐν ᾧ δεῖ (vt Plotinus ex Platonis Euthidemo ait) λίνον λίνῳ συνάπτειν τὸ ταὐτὰ ἀλλήλοις συμπλέκειν. Verùm hęc alii, & nos forsan aliâs. Nūc ad nostra redeamus: atque vt omnes suas partes disputatio habeat, rationibus aduersus Aristotelem allatis satisfaciamus, tandémque si qua sint in illo repugnantia conciliemus. Quod vt commodiùs fiat, superiorum hæc sit breuis ἀνακεφαλαίωσις. Visionem nempe, receptione sensilium specierum fieri, non cor-
C porum. Has species licet adhuc materiæ corporisque conditiones redoleant atque obtineant, non tamen materialiter, & veluti corpora, sed veluti corporum vestigia speciésque ab obiecto spectabili ad oculum aere medio lineísque rectis ad angulum acutum productis, & terminatis, multiplicatas suscipi. Experientia quoque hoc docet: quandoquidem quò magis obiectum distat, eò minoris quantitatis esse percipitur, quia anguli quò magis protrahuntur, eò sunt acutiores: visio nanque ex opposito tantùm fit. Qua ratione Philosophus in vndecima particula problem. 49. quærens cur visus per corpora densa non transeat, sed per rara & διαφανῆ tantùm: Auditus verò, etiam post media solida & densiora efficiatur, Causam affert illam, quia visus in rectum tantùm fit: auditus verò, tam in rectum quàm in obliquum, & omnem positionis differen-
D tiam, vt in probl. 8. eiusdem particulæ declarauerat: atqui in re solida, vt in pariete interposito, pori, non recti, siue subalterni (vt ipse vocat) sed obliqui sunt. visio itaque impediri quidem ab illis poterit, non auditus. His positis, facile est priori argumento satisfacere hunc in modum, Visionem fieri quidem receptione specierum, necesse tamen esse oculum ad res spectabiles conuerti, cùm multiplicatio speciei nonnisi in rectum ab obiecto fiat. licet itaque species multiplicata in aere ἐμφανῶς ante oculos esset, non tamen in eos reciperetur, nisi oculis ad rem obiectam conuersis, lineæ illæ rectæ ad angulum acutū terminatæ, in oculos ingrederētur: quæ igitur retro, aut sursum, aut deorsum, aut dextrorsum vel sinistrorsum posita sunt, cerni nō possunt (reflexionis modum excipio) nisi capitis motus aut oculorum contorsio fiat. Quòd si quis peteret, cur visio per rectam solùm lineam, triangulúmque fieri dicatur, huius

Optici causam afferunt illius hæc ratio potest afferri: Oculum, vt videat, non modò specie visili affici debere, sed lumine etiã, quòd quasi vehiculum illius est: quare licet species obiecti post terga positi, in oculo ipso inesse dici possit, quia tamẽ lumen abest, quo cũ illa prodit, idcirco oculus obiectũ intueri non potest: Lumen autem ideo abesse dicitur, quia naturaliter & à tota specie (vt aiũt) tantũmodò, in rectum multiplicatur. Ex quibus etiam notũ est quid ad secundam obiectionem responderi possit: licet enim oculus semel speciem receperit, eaque quasi formatus fuerit, quia tamen formatio & receptio illa, non corporaliter, sed spiritualiter fit, idcirco non manet impressio, si semel tantùm, non continuò efficiatur: hoc verò auersis aut clausis oculis (vt suprà diximus) fieri nequit. Ego verò minimè necesse existimo, illorum, qui ad visionem, aliasque omnes sensiones producendas, nil huiusmodi speciebus impressis opus esse statuũt, pluribus hoc loco nos confutare absurdã sententiam, quandoquidem id à Clarissimis nostra ætate Philosophis egregiè præstitum sit. Sed certè scrupulus vnus qui restat, & eorum sentẽtiæ fauere videtur è medio tollendus est. Nam Aristoteles tertio de anima Platonis sententiam partim laudans, partim improbans, colligit non totam animam, sed illius partem, & hanc, non actu sed potestate, locum specierum sine materia dici. Quid ibi per species intelligat solus Theophrastus rectè explicauit: Illam autem animę partem omnes asserunt esse Intellectiuam, Sensitiua igitur exploditur. Sunt aliqui (magni tamen & insignes nostra ætate viri) qui dicunt Aristotelem eo in loco per intellectum significare imaginatiuã, vt alibi solet. Sed isti non viderunt Aristotelem paulò antè quid per intellectum de quo ibi agitur, denotari velit, aperuisse: quam certè significationem imaginatiua non ingreditur. Themistius sentientem & intelligentem animam nomine partis complectitur. Thomas sequutus fortasse Auerroem, ait sensum non propriè recipere, sed ipsum æstheterium, intellectum verò ipsum esse qui recipit, quare hic, non ille locus specierum vocatus est. Atqui tam Themistius à vero sensu Aristotelis deficit, qui de intellectu tantùm loquitur, quàm Thomas à veritate: nam licet sensus per organum recipiat, quia tamẽ organum eatenus recipit quatenus animam sentientem obtinet, idcirco sensum omnia esse sensilia, & specierum sine materia susceptiuum nõ semel astruit Aristoteles. Rectiùs ergo dicemus, per nomen speciei & formæ, (quæ nomina ineptè prorsus à Latinis distinguuntur) vera illa intelligibilia quæ intellectui agenti sunt coæterna, atq; ideò semper in illo actu reperiuntur, significari. Hæc in intellectu potestatis (in quo totus ibi Aristoteles versatur) facultate inesse dicuntur, ab eoque recipi, quatenus ab agente informatur. Locus autem ipsarum appellatur, vt Simplicius & Auerroes notarunt, similitudine quadam tantùm. Similitudo est, quia quando in loco aliquid recipitur, extrinsecùs accedit, non autem ex proprio illius sinu educitur: quod rebus accidit quæ vt in materia esse dicuntur. Hæc Auerroes attigit in duodecimo metaphy. comm. 17. Quibus ita declaratis iam patet cur sensus non dicetur specierum locus: specierum scilicet illarum quæ verę species sunt: nam accidentia tantùm suscipit. Ad Tertium, Quartum, & Octauum dubium de distantia, magnitudine, figura, & situ rei, vnà respondetur: quantùm autem ad distantiam attinet, non eo tantùm contenti esse debemus quod communiter affertur, nempè visionẽ per species fieri, quæ cùm sint spirituales, in indiuisibili cõsistunt, distantiã tamen repræsentant, nam hoc est tergiuersari potius quàm verè respondere. Dicendum est igitur, Distantiam ab oculo percipi non propriè, sed tanquam per sensile commune, neque per simulachrum rei visibilis, sed luminis: quod enim

A enim interiacet inter oculum & rem visam, est ipsum διαφανὲς, quod huiusmodi distantia esse dicitur, διαφανὲς verò non nisi per extraneum colorem, luménque ipsum actum illi exhibens, spectabile est, distantia itaque per simulachrũ illius luminis διαφανὲς perficiẽtis recipietur. De quãtitate iam notum est quid dici debeat, neque enim oculum materialiter & corporaliter cæli magnitudinem recipere fieri potest, sed formaliter & spiritualiter nil prohibet. Dictum est enim antea, species quidem illas materiæ & corporis conditiones tedolere, vt quãtitatem, numerum, figuram & motũ, non tamen mareriam aut corpus obtinere: ex quo etiam sequitur, quòd licet infinitæ istiusmodi species in oculo essent, nullum tamen quantum efficerẽt, siquidem ex nõ quanto, vt sexro phy. docemur, quantum fieri nequeat. Addo, numerum istarum specierum in oculo non augeri, neque enim in eo vt in loco continentur, verùm idcirco recipi dicuntur, quia oculum ad actum videndi perducentes, il-
B lum afficiunt, non quidem alterando, sed perficiendo: qua sola ratione oculus illæ species formaliter effici dicitur. Præterea, species ista ab obiecto ad oculum per medium multiplicata, obiectum in sua magnitudine repręsentat, neque ad coarctationem pyramidis angustior ipsa redditur, sed in indiuisibili consistens, nunquã aucta, nunquam imminuta, eadẽ semper manet. Neq; est quòd dicamus rẽ non percipi vt in se est. Admittimus enim, nos montem non recipere, id est vt extrà esse habet, sed eius simulachrum & speciem: quę ab illo non differt, vt Alexander in q. nat. cap. de visu docet, nisi in hoc quòd obiectũ in re materialiter habet Esse: in oculo verò formaliter, & in re rationem absolutè & simpliciter Entis habet, in visione entis spectabilis & obiecti: itémque in re cum quantitate repetitur, quia cum materia & corpore est, in oculo istis omnibus conditionibus caret: quò fit, vt iure dici non possit aliud esse quod nobis apparet, aliud quod extrà reperitur. Quintum argumentum,
C data positione in qua tam Plato quàm Aristoteles conuenit, nempe ad visionem medium illustrarum desiderari, nulli⁹ ponderis est: nam rectè sequitur, rem quò proximior est, eò magis recipi, id est cum conditionibus & qualitatibus magis obiecto similibus: si tamen congrua proporrio medij distantiaque visus & obiecti seruetur, qua nimirum species multiplicata ad acutum deduci angulum possit: quòd si oculum attingeret, iam vtraque conditio deest. Ad sexrum, asserendum est species illas non esse contrarias: quoniam sic, nedũ in oculo sed in qualibet medij parte infinita simul cõtraria essent: à qualibet enim ambientis aeris parte, vndique species rerum assiduè multiplicantur. Cur verò non sint contraria hæc ratio est, quia nec in medio nec in oculo secundum esse (vt dicunt) verum & materiale reperiuntur: neque subiectum, quod est aer aut oculus, verè subiectum tanquam materia ab illis speciebus sensibilibus informata dicitur: neque ipsæ etiam species suum (vt loquuntur)
D fundamentale Esse in illis obtinent, sed solùm id vt sint sensibiles. Quò fit, vt cùm quid θετικὸν minimè affirment, sed tantùm quædam secundaria sint effecta ab obiectis prouenientia, contraria ex decimo libro metaphy. & alibi dici non possint. Hæc Alexander cap. de Sensu communi. Imò addit, cùm visio per lineas rectas fiat, speciesque obiectorum extra positorum inuicémque distantium in oculo per augulum acutum in extremo pũcto recipiatur, nunquã vt coniungantur, simulque sint, fieri posse: in eodem siquidẽ puncto, plura contineri non possunt, vt Euclides & Mathematici docent. Argumento igitur illi, contrariorum species esse contrarias, respondendum est; Id quidem verum esse quod ad originem & fundamentum attinet, non quo ad τὸ εἶναι τὸ εἰδικὸν id est, esse suum specificum, quia licet album & nigrum primique

eorum effectus sint cõtraria: vt disgregare visum eundemque congregare, secundarij tamen effectus, quales sunt species istæ spirituales, contrarietate carent. Vnde fit, vt rectè dicatur communiter, contraria simul inesse in tribus, vt ita dicam, casibus: in potentia, vt in materia prima: in actu imperfecto seu imminuto, vt in medio: & in esse spirituali, vt in anima. Et rectè etiam Zimara docuit ex sententia Auerrois in sexto metaphy. comm. 8. Ea quæ contraria sunt in inferioribus & materialibus, non esse contraria, in superioribus & in materiæ expertibus: qua ratione etiam Auerroes duodecimo metaphy. com. 18. affirmat omnes formas potestate esse in materia prima, actu verò in primo mouente: & in septimo eiusdem tractationis comm. 23. formas contrarias in anima receptas esse veluti vnam & eandem formam. Ad septimã dicendum est, propter debilitationem nõ esse asserendũ visionem extramittẽdo fieri: quinimo, si spiritus ille & actus nil corpus imminuens (vt aiunt) extramitterentur, nullam huiusmodi affectionẽ pateretur oculus. Vis ergo vidẽdi debilitari eatenus dicitur, quaten⁹ organum corporeum quo sine, actũ suum non potest exercere debilitatur: ipsa verò non patitur, non senescit, quandoquidem si senex oculum iuuenis haberet, cõspiceret vt iuuenis: & in summa, anima sentiẽs quà corpori affixa est, illius ratione ἀμέσως, id est immediatè debilitatur, immediatè, inquam, vt discrimen appareat inter illam & animam intelligentem. Illa enim à corpore immediatè pendet, ac proinde ab eo immediatè pati dicitur: at ἐμμέσως, id est mediatè patitur etiam mens non quo ad essentiam, sed quoad operationes. Quandoquidem debilitata imaginatiua quæ est eius ministra, & ad quam intellectum se cõuerti oportet si intelligere debeat: etiam mens ipsa debilitari dicetur. Quantum verò ad experientias attinet Mulieris inficientis speculum, & quod magis est ophthalmici oculos intuentis, vtriusq; effectus eadem causa est, nimirum quia ab oculo exeũt vapores putrefacti & contagiosi crassiq;: præsertim verò dum morb⁹ adest & à calida materia profectus. Ille enim est motus quidã (vt Galenus docet in priori de locis affectis, & Aristoteles in septima partic. Probl. 4.) hæc verò motum adiuuat & euaporationem. Fieri itaque potest vt ab illa vapores emittantur, qui tenaciter inhærentes corpori terso aptóq; ad recipiendum, illud inficiãt. Sed quid hoc ad visionem? neque enim spiritus illi vaporosi ad cernẽdum extramittuntur. De basilisco idem (si vera est fabula) dixeris, quod Albertus clarius ait libro 25. de animal. cap. de Basilisco: additur tãtùm, vaporem emissum ab eius oculis venenosum esse, idcircóque aerem inficere, quem cùm postea respiret homo, cor quod fõs vitæ est calorémq; innatum sua venenositate lædit, quam læsionem sequitur mors: non tamẽ Basiliscus eo vapore medio cõspicere dicitur. Idẽ prorsus concludũt experimẽta quæ à Lynconiẽse postremo loco afferuntur. Emittunt etenim lumẽ ista animalia noctu ob rationem suprà allatam: quo quidem lumine tantum τῷ διαφανεῖ actum tribuunt, vt spectabilia illud mouere eóq; medio multiplicari & ad oculos illorũ animalium deferri possint. Deinde asserimus nullam fieri expressionẽ oculi: sed palpebrarum & partium oculum circunstantium vnionem siue coniunctionem quandam, & quasi manus cuiusdam & tutelæ impositionẽ (vt Aristoteles loquitur in 31. part. Probl. 16.) ne scilicet oculus vel à multo lumine externo offendatur & perturbetur, vel ab alio extrinsecus posito obiecto afficiatur, vt quod cupiũt vel emin⁹ vel cominus positum conspicere, commodius queãt. Præterea omissis, quæ Optici dicunt, conum scilicet pyramidalis figuræ, tantò gradatim effici acutiorẽ, quantò remotius est obiectum (rectè si quidem impugnantur à Plotino 8. Ennead. libro cap. 2.) Dicimus ex eodem Plotino ibidẽ priori capite, Totum tũc exactè cognosci, cùm illius omnes partes exquisitè per-

A tè percipiũtur, at partes illę primùm per qualitatẽ, id est colorẽ ipsum, qui est obiectũ proprium visus, mox per magnitudinẽ siue quãtitatem cognoscũtur: imò non videtur ipsa quãtitas percipi posse nisi medio colore: nã si colles variarum rerũ formis plenos inspexeris, eas ibi formas planè conspiciens, magnitudinem regionis ipsius rectiùs metieris, quàm si formas eiusmodi nõ intuearis: cùm ergo obiectũ nimis abest, color debiliùs ad oculum multiplicatur. Quoniam (vt optime Ficinus addit) forma rei spectabilis in re quidem ipsa, materialem habet naturam, sed in medio & oculo materiã subitò exuit, & spiritali quadam ratione venit: eousq; autem venit, quousq; proportionem quandã ad propriam materiam seruare possit: cùm primùm ergo proportio-
B nem illã amittit, debilior redditur. Atq; hinc fit, vt res quoq; minor appareat, ac denique; si omnis ad materiam propriam proportio cõsumpta sit, oculis non vlterius cõspiciatur, & ita res minores magis cohærẽtes ostẽdit. De dilatatione verò pupillæ, sciendum est quatuor esse instrumẽta magis præcipua, quæ visioni inseruiunt, cùm ex Galeni tũ ex Aristot. sententia: Tunicas oculi, humores, pupillã, & spiritũ. Inter tunicas præcipua est ipsa cornea, quã tenuẽ & tersã esse oportet: tenuẽ, qui si crassior esset, nobis obiecta quasi per velũ siue telã (vt sæpe fit) repræsentari viderẽtur: tersã quia si rugis afficeretur, vt in senibus, res veluti per vmbrã cõspiceremus: sequitur humor albugineus vocatus, qui contiguus tenuisque esse debet: nã si crassus existeret res sub maiori quãtitate quàm essent offerret: vti patet exẽplo numismatis quod in aqua positũ maius appatet: quòd si impurus esset & non cõtinuus, tunc obiecta ipsa veluti perforata cernerentur. Hactenus Galenus & Aristot. cõcordes reddi possent.
C Transeo ad pupillã, ex qua si fit angusta, (de Galeni sententia) spiritus & radij visiui magis vniti exeunt, hinc acutior visio sequitur, si vero amplior, quia disgregatiores exeunt radii, obtusior quoq; visio redditur. At secus Aristot. (vt & notat Auicenna 3. fen. cap. peculiari de Dilatatione pupillæ) simulachrum nimirum ingrediens pupilla in latiorẽ dilatari magis atq; dispergi: quò fit vt lineæ visionẽ efficientes ad angulum acutum vniri non possint, peiorq; visio fiat. Neq; est quod Philopon⁹ obiiciat: simulachrum illud esse qualitatẽ spiritualẽ & formalẽ, ac proinde spargi ac diffundi non posse, quia vtut res sit, semper in visione aptitudo medii, organiq; dispositio requiritur: preterea, eaten⁹ dicũtur illæ species diffundi, quatenus in organo diffuso, diuersisq; partibus suscipiũtur. Quartum instrumentũ, sunt ipsi spiritus (de quib⁹ mox: vbi quoq; problemata postremo loco allata aduersus Aristot. opinionem cõmodius soluemus) egent siquidem illa proximæ partis explicatione. Nũc Arist. loci qui inter se videntur pugnare cõciliandi nobis essent: sed certè eos omnes qui ex
D problematibus desumuntur cõsultò prætermittimus. Illis verò ex lib. meteorolog. allatis suprà ex Alexãdri sententia abundè satisfactum esse puto. Nam licet in priori illius tractationis libro, cùm de cometis & circulo lacteo agit, nõ semel in istarũ impressionum visione, visum nostrũ exire, & ad illa frãgi affirmet: In tertio præterea cùm de Iridis Halonis virgæ, & pareliarũ ortu loquitur, aspectũ nostrũ, ab aere, aqua, omnibusq; summam partẽ lęuem obtinentibus reflecti doceat, non tamẽ veræ suæ sentẽtiæ immemor est Arist. vel alias sua veriores esse censet: sed vt faciliùs, quod vult, demõstret (cũ præsertim nil ad rẽ de qua agitur intersit) plausibiliores & peruulgatas sentẽtias, sequi plærunq; solet. Hoc nobis indicat ipsemet in quinto de gen. anim. lib. cap. priori, vbi de causis acutè vidẽdi agẽs, cùm nõnulla Platonicæ sentẽtię accomodata ptulisset, in hũc modũ loquut⁹ est: Nihil enim interest an visus exitu fieri dica turvt quidã aiũt. Quęstione ad exitũ perducta, illud addere placet, Errare eos qui Platonẽ cùm Arist. hoc iure cõciliari posse putant: nã quod aiũt, Platonẽ

per luminis emissionem ab oculis, intelligere, visionem à lumine oculi interno, siue ab oculi luciditate iuuari, nimis est securè dictū: cùm nullibi à Platonicorum quoquā, quicquam scriptū inueniamus, quod ad huiusmodi sensum referri possit. Et certè quid allegorici isti interpretes ad hæc? Platonici quærūt, cur neq; ea quæ rata admodū sunt, neq; nebulas valdè proximas cernamus: Aiunt, huiusmodi obiecta radios oculorum & adhuc potentes & validos terminare non posse. Item in visione plus luminis prope obiectum adesse oportere manifestum est, quàm prope oculum: cuius etiam ipsi hāc rationem afferunt, quoniam radius vbi primùm ab oculis emittitur validus est, at penes obiectum, iam debilis, lumine multo foueri debet, quo per obiectum diffundi possit. Alia huiusmodi propè innumerabilia à Platone, Plotino, & Ficino prolata omitto, quæ non allegoricam, sed veram luminis aut radii emissionem luce clariùs exprimunt. Nunc ad contextum Philosophi redeo: B

Καὶ ὁ λόγος τὸ ἐντός ἐστιν ὕδατος. διαφανὲς γὰρ τὸ ὕδωρ. ὁρᾶται δ' ὥσπερ καὶ ἔξω οὐκ ἄνευ φωτὸς, οὕτω καὶ ἐντός. διαφανὲς ἄρα δεῖ εἶναι, καὶ ἀνάγκη ὕδωρ εἶναι, ἐπειδὴ οὐκ ἀήρ. οὐ γὰρ ἐπὶ τοῦ ἐσχάτου ὄμματος ἡ ψυχή. ἢ τῆς ψυχῆς τὸ αἰσθητήριον ἐστιν, ἀλλὰ δῆλον ὅτι ἐντός. διόπερ ἀνάγκη διαφανὲς εἶναι, καὶ δεκτικὸν φωτὸς τὸ ἐντὸς τοῦ ὄμματος. καὶ τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν συμβαινόντων δῆλον. ἤδη γάρ τισι πληγεῖσιν ἐν πολέμῳ παρὰ τὸν κρόταφον οὕτως, ὥστε ἐκτμηθῆναι τοὺς πόρους τοῦ ὄμματος, ἔδοξε γενέσθαι σκότος, ὥσπερ λύχνου ἀποσβεσθέντος, διὰ τὸ οἷον λαμπτῆρά τινα ἀποτμηθῆναι τὸ διαφανὲς, καὶ τὴν καλουμένην κόρην.

23 Et iure quod intus cōtinetur est aqua, quandoquidem διαφανὲς est: cernitur enim intrà quemadmodū & extrà, nō sine lumine. Oportuit ergo (id nimirum quod intus est) & διαφανὲς & aquam esse, siquidem non est C aer. Etenim constat, neque animam neque illius Astheteriū in extremo oculi collocari, sed intus. Quapropter necesse est, oculi interiorē partem διαφανῆ esse, & lumini recipiendo accommodatam. Quod quidem ex iis quæ accidunt, constare etiā potest. Nam quibusdam in bello secundum tēpora ita vulneratis vt oculorum pori fuerint abscisi, visum est acsi lucerna extincta esset, tenebras offundi: quia nimirum pars oculi perspicua & pupilla vocata, ceu laterna quædam incisa fuisset.

Organi naturam, quam suprà signis quibusdam attigerat, nunc visionis modo exposito, rationibus adhibitis determinat. Eam igitur aqueā esse imprimis proponit, mox quasi hoc modo probat: Non fit receptio spectabilis D obiecti nisi in organo διαφανεῖ, aqua siue oculus aqueus est organum διαφανὲς, non nisi igitur in aqua receptio spectabilis obiecti fieri poterit: maiorem propositionem probat, quia ita vt visio non efficitur absque externo lumine, quemadmodum iam declaratum est, ita neq; sine interno: quod primùm ratione probatur, quia anima sentiens & illius Æstheterium non in extima anteriori q; oculi parte collocantur, sed in intima: præterea signo confirmatur, quia illi quibus pori per quos lumē intrinsecū vniuersam oculi regionem vsq; ad vim cernēdi illustrans cōseruatur, vulnere aliquo in prælio abscisi sunt, statim visum amiserunt, ac si sua illis lucerna extincta fuisset. Minorem propositionem, quæ alioquin id quod commune est, tanquam proprium sumere videbat quasi inducēdo probat, cū ait, huiusmodi διαφανὲς corpus verè non esse. Ex his facilè vnusquisq; nosse potest, quótnā particulas hic cōtextus habeat. Nos singula perpēdamus. (Cernitur enim intrà quemadmodū & extrà nō sine lumine). Quēadmodū spectabile nō defertur per mediū sine lumine, ita neq; sine eo in oculo recipitur. Ratio est, quia neq; color neq; in summa vllū visibile, a-

A le, aliquam ad visum relationem habet, nisi actu visile sit, atqui actu, lumine solo fit: tã igitur in eo à quo defertur quàm in eo à quo recipitur lumine eget: alioquin in ipso organo visibile esse desineret. (Oportuit ergo & διαφανὲς & aquam esse). Lumen est actus τοῦ διαφανοῦς vbi itaq; lumẽ, ibi & corpus διαφανὲς erit, si actus absque eo cuius actus est, non seiungitur: atqui iam statutum est in oculo esse lumen, in oculo ergo erit corpus διαφανὲς, quod non est ignis, vt Plato asseruit, sed aqua. (Siquidem non est aer). Multa corpora τὰ διαφανῆ Aristoteles secundo de anima cont. 68. esse profert, idcircoque aquam, secundum quod aqua est, διαφανῆ non esse dicebat. Diaphanes verò nil aliud ibi vocare videtur quàm corpus spectabile non per se sed per colorem alienum, id est per lumen extrinsecùs receptum, quod aliquo modo, licet impropriè, color dici potest. Hæc verò multa esse præter aerem & aquam docet

B ibi Aristoteles, illa tamen non enumerat. Dicimus igitur, de simplicibus loquendo, quatuor esse præcipua corpora perspicua, Aquam, ignem, aerem, & cælum. διαφάνειαν autem in cælo ponimus, non quidem vniuocam cum διαφανείας sublunarium, sed analogicam: qua ratione etiam raritatem & densitatem illi tribuimus. Hoc volens explicare magnus Auerroes in secundo de anima comm. 69. & 71. ait Naturam διαφανείας in corpore cælesti, semper illi coniunctam esse, quod eam in actu conseruat. Intelligentiæ nimirum (vt doctissimus Achillinus libro quarto de orbibus dub. 2. declarat) quam veluti lucem intellectualem, substantiamque, lux sensilis quæ est accidens, sequitur. Corpus itaque cæleste semper illuminatum est: Inferiora autem hæc, quia corpus lucidum assiduè præsentem non obtinuerunt, non semper actu διαφανῆ sunt. Verùm ex his quæ diximus, notum iam esse poterit,

C cur ocul' aquæ potissimùm tribuatur. Nõ enim corpori cælesti ascribi potuit, cùm ille sit ortui interituiq; obnoxius, hoc ab omni corrumpẽte alteratione immune: atque in summa, nulla horum sublunarium pars esse possit, quòd longè diuersam, perfectioreq; naturam obtinuerit. Non itẽ ignis erit, quod antea probatum sit, & ex eo etiã constet, quòd ignis sua vehemẽti actione corrũperet omnia. Non aer, siquidem nullus hoc vsquam cẽsuit, aut in oculis dissectis aerem inuenit: nec item ad vestigia rerum recepta, cõseruanda sit accõmodatus. Addo (vt ex Alexandro suprà monui) organũ videndi, medium inter extrema διαφανῆ fuisse oportere, non omninò scilicet terminatũ, nec prorsus interminatum, quò capere vtrũq; cõmodè posset. Colligitur itaq; iure, Aquã præ aliis corporibus τῶ διαφανοῦς visioni inseruire. Hoc itẽ cõfirmat hîc Auerroes cap. 2. Quod ita tamen est intelligendum, vt oculũ corpus quidem mixtũ esse dicamus, in eo tamen aquam ob rationes allatas dominari. Hanc sententiam Philosophi vel ea maximè experientia probare possumus, quòd nil tam o-

D culo quàm aqua frigida confert. Quæ autem aduersus eam solent afferri, nullius sunt roboris, & vix digna quæ cõmemorentur. (Etenim constat, neque animam neque illius æstheterium). Lumen certè visui necessarium esse facilè quis crediderit, nullam tamẽ ex hoc luminis interni necessitatem astrui: cùm alioquin, externum, obiecto ad oculũ deferendo, visioniq; efficiẽdæ sufficere videatur. Hãc itaq; falsam existimationẽ Aristot. his in verbis tollit, ostendens, illam fortasse verã fore, si visio in exteriori parte oculi proximioriq; aeri efficeretur. Quod tamen falsum est, cùm non nisi in interiori parte, vbi nẽpe anima videns eiusq; æstheteriũ collocatur, fieri queat. Quãdoquidẽ actus omnis corporis animati quatenus animatũ est, vi animæ perficitur, atq; eo in loco vbi illa pollet, pollet autẽ vbi suum æstheteriũ cui est affixa, manet. Hæc omnia ex se nota sunt: cõfirmãtur tamẽ partim à simili, parti ratione. Arist. e-nĩ 2. de ani. cõt. 90. Vocẽ esse docet, ictũ aeris spiritu ducti ab anima, quæ est in

his partibus, ad eam partem quæ arteria vocatur. Deinde vbi est organum A alicuius facultatis, ibi & eius facultas: secus enim vel organum frustra esset vel facultas: & illud quidem quia absque suo actu semper sub potestate maneret: hæc verò quia cùm corpori sit affixa, & absque eo nequeat operari, sine suo organo ociosa manebit. Organũ vero animæ videntis præcipuum, intùs esse satis cõstabit, si pupillæ propriè vocatæ (hęc nãq; nomine τῷ αἰσθητηρίῳ designatur) situm inspiciamus. Sit nobis partis huius interpres ipsemet Aristoteles. Hic in priori libro de historia animalium cap. 9. oculi cõstitutionem explicans, ait, Humor oculi interior quo videmus pupilla est: quod eam ambit Nigrum vocatur: quod nigrum circũdat, Candidum. Sed adest aliqua ratio qua idem tueri possimus: visio certè in parte indiuisibili fieri debet, fiet ergo in interna illa parte & media quæ pupilla vocatur. Assumptio probatur, quia cùm extremitas anguli siue pyramidis acutæ in augustũ desinat, si in tota illa extrinseca oculi latitudine recipi deberet, visio nunc in parte dextra, B nunc in sinistra, nunc in medio, aliquando etiam sursum, aliquando deorsum efficeretur, atque ita plura essent visus instrumenta, cernendique vis diuideretur. Huc accedit, quòd pupilla, aut aliqua etiam alia externa oculi parte malè affecta, visio non impediretur, pars etenim vna integra, visioni optimè producendæ sufficiet: quod tamen falsum esse experientia docet. Quo in loco placet illud tantùm attingere, (neq; enim dignum est vt accuratius pertractetur) Auicennam nempe, Thomam Turisanum, & eorũ sectatores multùm fuisse hallucinatos, qui sedem videndi propriam in contactu illo neruorum opticorum intra craneum poni debere existimarunt. Præterquam enim quòd Aristoteli in priori de historia anim. lib. cap. 9. & secũdo de partib anim. cap. 13. & in quarto eiusdem tractationis cap. 10. Galeno item multis in locis aduersantur, non video qua ratione organum videndi διαφανὲς, & à prædominio aqueum esse cùm Aristotele tueri queant. Nerui siquidem, si Galeno & C Aristoteli præsertim secundo de partibus animalium cap. 5. credimus, duri potius terreique sunt, & ad ossium naturam quammaximè accedentes. Alexander quem Leonicus sequutus est, aliter hanc partem legit, atque interpretatur. Ita verò legit, ἡ ψυχὴ ἢ τῆς ψυχῆς δύναμις, αἰσθητικῆς. Quod ita explicat, ac si diceret Aristoteles, anima, id est facultas videndi, non est in extremo oculi sed intus, nimirum quia non in oculo apparente reperitur, sed intus in corde. Huius vero interpretationis hanc rationem affert: Si visio in oculis fieret, ita auditus in auribus, & gustus in lingua, aliique eodem modo in suis æstheteriis quæ apparent, cùm nulla maior ratio de vno concludat quàm de alio. At si ista admittantur, sequetur in nobis non esse, qui diuersorum sensuum sensilia inuicem conferre & iudicare, item, errantem fortè ex sensibus aliquem corrigere valeat. Quemadmodum enim, si seiunctorum ad seinuicem hominum, alius quidem videat, alius audiat, & alius gustet, non D potest qui gustat iudicare ea quæ illi audiunt videntque: ita, si anima in extremis organorum partibus quasi separata, ac distributa collocetur, cùm longo istæ interuallo disiungatur, neque vnus sensus alteri erranti præsto esse, neque alterius obiectum siue perceptum, imò neque suum iudicare poterit. Ista Alexandri explicatio Sẽsum communem proponit. Et certè, vnicus in cunctis animalibus reipsa sensus est, qui in corde tanquam in regia manet, & cæteri instar obtinet, quòd ad ipsum omnia extrinsecus obiecta deferantur. Hic sensus cõmunis nominatur, & dulcedinẽ, odorem saporẽ sonũmq; iudicat, istâq; omnia inuicem differre percipit. Vtitur autem ad externa sentiẽda propriis quibusdam & peculiaribus organis: qua ratione, visus, auditus, tactus,

A ctus, olfactusque nuncupatur. Idcircoque Aristot. secundo de anima cōt. 146. & 149. ex quibus locis Alexander suam istā interpretationem ad verbum sum psit, necessariò internum sensum dari, pbat, qui simul de diuersis obiectis iudicium ferat, atque hunc esse quidem indiuisibilem, λόγῳ tamen διαιρετόν, id est, rationem diuisibilitatis eatenus habere, quatenus pluries eodem signo indiuisibilique ad varias res delatas iudicandas vtitur. Quemadmodum enim (vt rectè ibi Thomas) Punctum in linea vt vnum & vt duo sumere possumus, & vnum quidē quà lineæ partes vnit atque cōnectit, duo verò quà principium vnius est finis alterius: sic vna prorsus est & cōmunis sentiēdi radix, à qua vis sentiēdi ad organa omnia proficiscitur, & ad quam affectiones singulorū organorum terminantur. Quatenus ergo principium vnum, terminusq; vnus est omnium mutationum sensilium, vnicus atque indiuisibilis sensus vocatur: quatenus verò principium est & terminus huius & illius sensus, diuisibilitatis

B rationem adipiscitur. Disertè autē in illis locis Aristoteles docet, partes istas exteriores non esse vltima αἰσθητήρια, sed intimiorem omnibus communem dari. Sed hic animaduertendum est, Aristotelem, vocare quidem organa ista, non vltima sententia, nequaquam autem non sententia. Nam verè & primò huiusmodi sunt, inquantum primò recipiunt vestigia rerum, facultatemque sentiētem habent, qua sensio ipsa effici potest: hoc autem patet, quoniam facultas sentiens, in quadam debita & cōuenienti proportione temperationis suæ & organi consistit. hæc ex Aristotele sumpta sunt, in secundo de anima cont. 122. & 123. Neque est quòd excipiat aliquis, ibi de externis sensibus sermonem non fieri, quia nullius momenti esset quod addit: vehemens nimirum sensile, sensum corrumpere, quod sua validiori alteratione, proportionem illam animæ cùm organo pessundat in qua sensus existit: nam in huiuscemodi vehementioribus mutationibus, nullā ex partibus internis corrum-

C pi patet. Quare cum ex his, tum ex explicatione nostra proposita constat, Alexandri interpretationem, non satis esse ad hunc locum accommodatam: Ille etiā verba, quæ in omnibus exemplaribus constanter ita se habēt, immutat, & vim argumētationis tollit. Ita enim pbare instituit, Aristot. lumē intus in oculo, sicut extrà requiri, vt corpus διαφανὲς visui tribui oportere cōstet. Verùm nullus certè vnquam dixerit ab oculo vsque ad cor διαφάνειαν aut lumen, aut cor ipsum διαφανὲς siue luminosum esse. Neque enim valet illud quod obiicitur: Spectabile aliquid actu non nisi lumine effici, idcirco sensum cōmunem spectabile actu in διαφανεῖ tantùm, ac lumine præsente percepturum. Nam illa quidem ex secundo libro de anima cont. 144. & 145. abundè constant, Tam scilicet sensum communem, quàm sensus exteriores præsentia obiectorum

D sentire: præterea, vnumquemq; ex his circa proprium & peculiare obiectum versari, illum circa omnia: secus enim, qua ratione discrimen inter illa poneret? Cæterùm nota etiā sunt ex cont. 72. & 138. eiusdē tractationis hæc, Sensus nēpe exteriores imperfecto modo, Interiorē perfectiori recipere. Quandoquidem à sensibus ipsis exterioribus iam actu sentientibus hic sumit: illi à rebus, à quibus cùm species alioquin dissimiles, per medium ad oculum spiritualiter multiplicari similésque fieri debeāt, lumen & diaphanū desideratur. At sensus cōmunis, id est indiuisibile illud punctū quod suprà declarauimus, in repræsentatione obiecti τὸ διαφανὲς non requirit, quoniam lineæ animales ab ipso protractæ ad hunc atque illum sensum, tanquam à centro ad circunferentiam circuli, iam vestigiis rerum sunt affectæ, similesque, atque illa ipsa (vt Aristoteles loquitur) redditæ sunt. Capit itaque sensus communis obiecta non assimilanda, sed iam assimilata, idcircoque nec diapha-

num nec lumen requirit. Qua etiam ratione fit vt sensus communis operationi, nomen Iudicij, quàm sensionis seu receptionis rectius conueniat. Ex his(puto)quomodo obiectionis partibus satisfaciendum sit, patet. (Quapropter necesse est oculi interiorem partem). Hoc est quasi connexũ totius argumentationis: ex quo infert quod cupit inferre. Oculum nẽpe aqueũesse. (Nã quibusdam in bello). Hæc pars signo probat quod hactenus ratione probatũ est. Neq; est (vt puto) contẽnenda, cùm ex ea vnà nosse possim*, quomodo Philosophus lumen in oculo esse affirmet. Verba quæ proponũtur nota sunt, si illud teneamus per πόρους τοῦ ὄμματος neruos Opticos vocatos designari, qui vt Galenus in secundo de vsu partium humani corporis libro & alibi docet, in oculos traiiciuntur atque insigũtur, solique præter cæteros maximè concaui facti sunt, vt per eos spiritus videndi inueheretur. His itaque abscisis (ait Philosophus) tenebræ fiunt, ceu si lucerna foret extincta. Thomas & Leonicus Alexandrum sequuti, asserunt, idcircò poris istis abscisis, qui pupillam cùm videndi principio coniungunt, tenebras effici: quia pupilla est veluti lucerna quædam, ab exteriori lumine illustrata, quæ sublatis illis viis, lumen vsque ad videndi principium transmittere nequit. Hi itaque omnes, nullum prorsus aliud lumen in oculo ponere videntur, quàm quod extrinsecus ingreditur. Sed certè (vt ostendimus) inepta prorsus est ista interpretatio. Addo, quòd hoc modo colorum qui in oculo sunt causæ, nunquam cõmodè afferri poterunt: quas tamen Aristoteles vbicunque de coloribus huiusmodi loquitur, (vt in quinto de gen. anim. cap. priori, & in decimaquarta partic. probl. 14) naturæ aqueæ oculi & lumini, non certè reflexo (vt quis ex Auerroe fortasse exciperet) tribuere videtur. Quid? nonne suprà, oculum in tenebris splendorem emittere docuimus? Præterea, si oculum disseces, humorémque ipsum crystallinum album & rotundum seiungas, in eo cuiuslibet obiecti oblati vestigium splendere conspicies. Postremò, multam spirituum visioni inseruientium præter cæteros purissimorum naturámque lucis obtinentium copiam in oculo reperiri, neque Galenus, neque Aristoteles negat, neque etiam omnino negabit Auerroes: qui licet in cap. tertio & septimo affirmet, lucem non esse in oculo per naturam oculi, sed extrinsecus accedere, alibique in suis Coll. idem sæpius repetierit, vt Platoni & Galeno emissariis omnem emittendi, occasionem adimeret: fatetur tamen, spiritum, per quem visio efficitur, lucis naturæ affinem esse, partémque oculi glacialem, clarissimam atque albissimam esse. Luminis ergo natiui aliquid habet oculus, quod item à spiritus ὀπτικοῦ luciditate souetur. Ex quo iure Aristoteles ait, abscisis viis illis, destitutáque pupilla spiritu luminoso, deesse quoque lumen illud quod internam oculi regionem illustrare, tenebrásque arcere sat erat. Eandem mihi sententiam protulisse Galenus visus est, cùm docuit: Si fluat aliquid, quod inter humorem crystallinum & spiritum consistat, impedimentóque sit, ne spiritus ad oculum deferri possit, lumen statim videndi tolli. Qua vna ratione, fatetur etiam Aristoteles in problematibus, Multum coitum oculi perspicuitatem non mediocriter lædere. Verùm vt tota hæc de videndi æstheterio, rationéque, Aristotelis disputatio, vndique sit absoluta, non erit abs re, si anteaquam ad alia aggrediamur, nonnulla de oculis & visu dicamus, causasque quorundam problematum, proponere & excutere quanta poterit breuitate, pro viribus enitamur. Quantum igitur ad oculos attinet, eorum ἀνατομῶν satis & quantùm physico interpreti licuit, suprà à nobis expositam arbitror: reliquum est igitur vt de eorundem coloribus, ea in quibus non omnes Peripatetici à Galeno dissentiunt, in me-

A in medium afferamus. In omni ortu duæ in primis causæ requiruntur: Efficiēs & materia: colores in oculo oriuntur, duplicem igitur causam habeant oportet, materiam & efficientem. Humor crystallinus efficiens erit, & quasi colorans. Humor ὑδατώδης materies & recipiens: hic in exteriori parte, ille in centro oculi collocatur. Lumen deinceps colores varians, quasi forma existimabitur. Finalem causam Medicis relinquamus. In crystallino duo spectantur, Quantitas & Situs. In Aqueo item quantitas, præterea qualitas. A multo humore crystallino multum luminis proficiscitur: è contra à pauco. Situs quoq; si profundior sit, obscurioris illustrationis causa est: (si agens naturale debilius in remotum quàm in propinquum patiens agat) si prominentior, clarior efficietur illustratio. Aqueus humor multus, lumen crystallini in superficie tantùm, non per omnem dimensionem suscipit: (arcet vtique sua multitudine, lumen à profunditate) è contra, si paucus. Qualitas ad puritatem & impuritatem respicit.
B Nam si purus & sincerus sit humor aqueus, commodius exquisitiúsque lumen suscipiet, quod non fiet si impurus aut crassus existat. Ex harū itaq; causarū diuerso cōcursu, varius in oculis gignitur color. Etenim si crystallinus multus sit, promineátque, aqueus verò paucus & purus, color maximè albus (huiusmodi sunt noctuarum & caprarum oculi, γλαυκὸν vocat Galenus) oritur: è contra si ille paucus & in profundo sit, hic multus & impurus, nigerrimus color efficietur. Hic autem nota est dissensio inter Galenum & Auerroem in quarto libro Collig. cap. 3. & parte priori Cant. tract. primo cont. 52. itémque in paraphrasi quinti libri de gen. animal. cap. 3. censet siquidem is à multitudine humoris crystallini nigredinem potius proficisci, quàm albedinem, motus experientia riuorum, qui quò profundiores sunt, eò nigriores apparent. Sed certè Galeno tum experiētia à rebus externis sumpta fauet, tum
C Aristoteles. Sit enim nobis humor crystallinus veluti lucidum quoddam corpus, vt sol aut candela accensa. Aqueus verò ceu nubes, quæ lumen à sole recipiat, si certè magna & densa nubes sit, colorē nigrū præ se feret: (solis nimirum lumine per ipsam totam nequeunte diffundi) sin verò parua & rara, tota potest illustrari, contrario scilicet modo. Eadem ratione, si nubes, qualis in paludibus cernitur, crassa sit, obscura apparet: sin pura, non item. Aristoteles item hanc sententiam videtur tueri, qui in quinto de gener. anim. cap. priori, reddens rationem cur γλαυκῶπες noctu acutius, quàm interdiu cernant: contrà verò μελάνομες, ait, in illis lumen externum solis, lumini crystallino statim occurrere, aciémque videndi eo modo hebetare & perstringere: (quæ certè non diceret Aristoteles, nisi in glaucis aqueum humorem paucum esse putaret, crystallinum autem multum) è cōtra μελανόφθαλμοι interdiu rectius vident, cùm à lumine externo ob multitudinem humoris aquei minùs lædantur. Et profe-
D ctò Auerroes, in reb⁹ medicis nimis Galeno aduersari voluit: & hac quidem in re Galenum reprehendendo, nil tamen proferendo, quod eius sententiæ non sit consentaneum. Perspecta colorum extremorum causa, non magno negocio mediorum, quorum multi gradus in homine sunt, causam quiuis attulerit. Sed tollenda est ambiguitas. Etenim si multitudo humoris aquei, nigredinis: paucitas verò eiusdem, albedinis causa est, cur Aristoteles in 14. Sec. problem. 14. Homines meridionales, vt Æthiopes, nigros habere oculos docet: Septentrionales verò, albos? In illis siquidem minorem aquei humoris copiā adesse par est, ob aeris ambientis exsiccantem calorem: in his, copiosiorem. Item infantibus recens natis oculi glauciores sunt, quàm ipsis adultioribus: eo tamen tempore multa pollent humiditate. Quid, quod oculorum senes, ad glaucedinem declinare videntur? Postremò, iis qui è morbo conualescunt

oculi subglauci apparent. His verò omnibus, breuiter satisfacere promptum est ex Aristot. problemate suprà commemorato, hunc in modum: Causæ præcipuæ colorum in oculis sunt quidem crystallinus humor & aqueus, ea quæ antea dicta est ratione. Sed auxiliantes sunt, calor naturalis & spiritus lucidus visioni inseruiẽs. Mitto varios membranæ ῥαγοειδοῦς colores, cùm ii ad maiorem & minorem caloris concoctionem referri possint. Æthiopibus ergo atque Indis omnibus, modica spirituum lucidorum copia adest, ob continuam ab ambiente calido factam resolutionem, qua luce spirituum absente (vt ait Aristoteles) oculus niger & obumbratus apparet. At Aquilonares, intrinseco calore, multisque spiritibus ἐπιτηδείοις pollent: quò fit, vt ferè glaucis oculis oriantur. Pueros item dicet Philosophus, ob debilitatem, oculos glaucos habere, id est ob ipsum humorem natiuum adhuc caloris defectũ crudiorem, nec cum sicco terreo benè mixtũ, quem albũesse Medici consequutionis vi colligunt. B De senibus idem possemus affirmare, non tamen humoris natiui ratione (ille enim in iis totus ferè absumptus est) sed excrementosæ humiditatis & crudæ, in locum natiuæ succedentis. Exemplum accommodatum folia arborum esse poterunt, quæ in priori sui ortu albescunt, mox ad subnigredinem, id est viriditatem perueniunt: postremò iterum ad albedinem flaccescentes transeunt. Differunt autẽ hi duo colores albi, quia prior ille à natiui humoris cruditate profectus, glaucus siue albus simpliciter est: posterior verò ab excremento ortus, ad flauitiem quandam declinat. De iis qui è morbo aliquo recreantur, nil aliud Medici docent, quàm in illis spiritum humorémque aqueũ puriorem, & ab omni excremento liberum redditum, cùm natura ipsa victrice, tum dieta & pharmacis. Nunc ad problemata pergendum. Quæritur, cur non omnes homines æquè aut longè aut propè videant. Item, cùm duo sint C oculi, obiectum tamen vnum cernatur. Postremò, cur aliquibus, vt ebriis, vnum duo esse appareat. Prioris quæsiti veritas hæc (vt quidem existimo) esse poterit, Visionis varietas minoris aut maioris acuminis ratione, à quinque potissimùm causis proficisci potest: à pupilla, humore aqueo, membrana, spiritu, postremò, à toto oculo. Spectatur in toto ipso oculo (vt ab hoc exordiamur) situs: vel enim in profundo est, vel prominet: hoc à calore multo, & humore fit: (si quidem calor in formatione fœtus humidum quod facilè paret, foras protrudit) illud à siccitate. Qui ergo prominentes habent oculos, obiectum propinquum, acutè: remotum, obtusè cernunt. Acutè quidem, quia à lumine externo commodiùs iuuantur: propinquum, quia eius mediocritate nõ læduntur. E contra, remota vix percipiunt, quoniam à multo lumine ob eorũ prominentiam faciliùs offuscantur, vt Aristoteles innuit in 31. partic. probl. 6. Qui verò contrà se habent, acutiùs remota conspiciunt. Oculi enim parti- D bus, id est musculis ossibúsque quasi vndequaque septi, non ita à multo externo lumine offenduntur: à pauco verò vix illustrantur. Exemplo nobis id esto, quod Philosophus in eadem partic. problem. xvi. proponit, Eos nimirum qui obtusè vident, si longiùs conspicere velint, aut palpebras contrahere, aut manus oculis quoquomodo obtendere. Qui etiam astra interdiu acutè spectare cupiunt, in profundum putei hac vna ratione descendunt. Spiritus si paucus sit, & purus siue clarus, in causa erit vt obiectum propinquum perspicuè cernatur: illud quidem, quia paucus: hoc, quia purus: qua ratione senes in quibus non multus spiritus visiuus inest, specillis iuuantur, non item iuuenes, assueto quidem naturæ ordine. Ratio hæc vna (ni fallor) præter alias est, quòd lumen internum senum cùm sit debile, à lumine crystalli quasi reflexo & forti iuuatur: in iuuenibus autem internus spiritus lucidus multúsque, à specillis per-

stringi-

A ſtringitur potius atque offuſcatur. Si ſpiritus ſit paucus & obſcurus, propinquum etiam obiectum obtuſè conſpicietur: idcircóque qui ita ſe habet, cùm obiectum acutiùs diſcernere volunt, remouent illud aliquantulum ab oculis, ac remotiùs ponunt: vt ſcilicet à multo aeris lumine, internus ſpiritus iuuetur, & purior clariórque reddatur. Non me latet hîc alios aliter ſentire, ſed Platonem illi ſequuntur: nos, quantum poſſumus, Ariſtotelem, id eſt verâ philoſophandi rationem. Si verò ſpiritus multus ſit & purus, tam propinquum quàm remotum obiectum exquiſitè cernitur: ſi multus & impurus, vtrunque quidem obiectum æquè cernitur, ſed obtuſiùs. Cauſa vtriuſque effecti iam eſt allata. Membrana etiam (vt ait Ariſtoteles) & præſertim cornea nuncupata: ad hoſce varios effectus multùm facit, quandoquidem per ipſam, tanquam per laternæ cornu, ſpecies rerum tranſmittantur. Tenuis ergo & expolita ſit oportet. Nam ſi craſſa fuerit, omnia tanquam per velum cernentur: ſi aſpera

B & corrugata, oculum ſuis rugis obumbrabit. Vnde eueniet, vt quaſi per vmbram (quod ſenibus accidit) viſio tantùm effici queat. Humor aqueus ſi craſſus ſit, res in maiori quantitate offeret, quàm verè ſint. Quod perſpicuum eſt ex numiſmate ſub aqua poſito. Si non bene cohærens neque continuus, obiecta quaſi perforata repræſentabit: ſi pauc⁹, viſio interdiu ægre effici poterit. A contrariis ipſius diſpoſitionibus, contrarij oriuntur effectus. Hæc verò teſtatur Philoſophus cùm probat cæſios ſiue glaucos, ob ſui humoris exiguitatem interdiu vix cernere: (mouentur ſiquidem nimis ab externa luce, ſpeciebúſque ſpectabilibus) noctu multùm. Nigros autem ob humoris copiam minus interdiu pati, quare magis interdiu obiecta capere, noctu verò minus. Pupilla autem, vel anguſta, vel ampla eſt: illa quia in indiuiſibili magis recipit acutè: hæc quia diſperſim, obtuſè conſpicit. Colligẽdum eſt itaque eum qui propoſiti problematis veritatem rectè tenere velit, cauſas enumeratas non mo-

C dò ſeorſim poſitas, (quod à nonnullis eo tantùm animo, vt Auerroem impugnarent factum eſt) ſed vario modo inter ſe coniunctas pro natura ſubiecti diligenter conſiderare. Altera porrò quæſtio quæ non modò in viſu, ſed in auditu etiam, & in olfactu locum habet, (duplex etenim in vnoquoque horũ ſenſuum inſtrumentum eſt) ita enodatur. Ab obiecto quod vnicum eſt, duas quidem quodammodò ſpecies in duobus oculis producuntur, quia tamen eodẽ prorſus tempore ambæ ab vtroque oculo capiuntur, & ſenſui communi vnâ offeruntur, qui non niſi præſentia ſenſilia diſcernit, vnum tantùm obiectum eſſe iudicantur. Quod inde confirmatur, quoniã ab eodem ſpectabili, multæ atque innumerabiles ſpecies ad diuerſorum oculos producuntur, qui tamen illud non vt plura, ſed veluti vnum tantùm percipiunt. Tertium non vnicam obtinuit cauſam. Aliquando enim fit (vt Ariſtoteles in 31. partic. probl. xi. docet) ob mutationem ſitus alterius oculi, tunc enim quia non æquè radius vni⁹ rem attingit, vt radius alterius ſenſus, quod bis percipit, tanquam duo ſe per-

D cipere cenſet. Id accidit etiam in tactu. Nam ſi digitus vnus alteri ita implicatus ſuperponatur, vt lapillum cum eo tangat, quod vnicum eſt, tactus duo eſſe putabit. Contorquetur etiam aliquando (ſed eodem ferè recidit) neruus ὀπτικὸς vnius oculi, ita vt non eodem tempore quo alius obiectum ad ſenſum communem, offerre valeat: ob eámque etiam cauſam, in numero ſpecierum percipiendo decipiatur. De ebriis idem dicendum eſt, quod Auerroes de iratis affirmat: ob ſpirituum ſiquidem agitationem à multo calore factam, idem oculo accidere quod aquæ fluenti, in quam imago ſolis cadens duplex apparet. Sed de his hactenus.

Ὥστε εἴπερ ἐπὶ τούτων συμβαίνει, καθάπερ λέγομεν, φανερὸν ὡς δεῖ τοῦτον τὸν τρό-

πον ἀποδιδόναι, καὶ προσάπτειν ἕκαστον αἰσθητηρίων ἑνὶ τῶν στοιχείων· τοῦ μὲν ὄμματος τὸ ὁρατικὸν, ὕδατος ὑποληπτέον, ἀέρος δὲ τὸ τῶν ψόφων αἰσθητικὸν, πυρὸς δὲ τὴν ὄσφρησιν. A

Quare si hæc ita habent, vt dicimus, manifestum est, oportere iuxta hunc modum, singula æstheteria vni elemento tribuere atque accommodare. Et oculum quidem, quoad partem visioni seruientem, aquæ esse accipiatur: Organum verò sonorum, aeris: Et olfactum, ignis.

Ex eo quòd visum aquæ tribuit Philosophus, quasi illuc rediens vnde discesserat, colligit vnicuique ex aliis æstheteriis suum quoque elementum ascribi æquum esse: vt eadem nempe ratio in natura illorum tradenda seruetur. Quare Alexandri sententiam, Aristotelem nimirum ex animi sui sensu hac in parte non loqui, nec omnino retineo, nec prorsus reiicio. Hoc facit context⁹ 130. secundi de anima, vbi docetur ignem & terram ad nullum æstheterium accommodari posse: Illud, quòd videam, vnum hunc & præcipuum esse Aristoteli propositum locum, in quo de æstheteriorũ natura agere decreuerit, nil tamen aliud quàm quòd hac in parte habetur, de iis sit posthac propositurus: Præterea, Aristotelem cùm in physicis tum in aliis disciplinis, multa quidem aliquando à vulgata hominum opinione accipere: sed tunc maximè ex propria opinione loqui, cùm eorum quę profert rationes addit: atque huiusmodi vt nusquam illas deinceps reprobet, quod certè hic in organo olfactus assignando illum præstitisse constabit: postremò, olfactũ igni non absolutè ascribere, vt Plato: sed docere quatenus illi possit assignari, quod item de Tactu intelligendum est. Sed hæc infrà pluribus. Nunc dicamus, quæ ratio fuit, vt de visu ante alios sensus egerit, eandem nunc esse cur Auditũ aliis præponat: de quo tamen pauca loquitur, quòd fortasse in eo omnes Antiqui, tam Physici quàm Medici conuenitẽt. Nonnulla igitur nos, ne quid ad nostram Commẽtationẽ desideretur, ad hanc rem pertinentia tempestiuè proponamus. Docet Aristoteles Auditum aeris, hoc est, organum audiendi aereum esse. Omitto quæ hic Platonici, de quibus suprà: sumo tantùm quod protulit idem Philosophus secundo de anima cont. 82. 83, & 84. In auribus aerem quendam natiuum intus positum, motu quodam proprio mobilem, atque membrana septũ adesse. Hunc itaque simul cum membrana illa, quæ μῆνιγξ nuncupatur, audit⁹ organum esse statuit. Hîc verò sciendum est, Auriũ nomine Anatomicos non modò substantiam illam cartilaginosam, extra tempora prominentem, motu voluntario immobilẽ, flexuosóque foramine vsque ad πόρον ἀκουστικὸν, siue annulum osseum patentem: sed alia etiam quædã auditus præcipua instrumenta complecti. Post illum siquidem flexum & πόρον ἀκουστικὸν, qui meninge ipsa obliquè tensa intus obstruitur, cauitas illa sequitur quæ Tympanum vocatur, ob eam quàm habet cum militari tympano similitudinem. Supra Tympanũ tria sunt illa officula, quæ à recentioribus exercitatissimisque Anatomicis inuenta ac diuulgata fuere. Malleolus nempe, Incus, & Stapes. Hæc ego cùm aliàs Gabrielem Fallopium Mutinensem Anatomicum celeberrimum Patauij profitentem, & humana corpora secantem obseruarem, non modò publicè, sed priuatim etiã (quòd tunc Scholæ Patauinæ Prorector essem, & Fallopio intimus) in multis summa adhibita diligentia, ne vllo modo fallerer, meis oculis videre volui. Vtinámque eorum quoque motum cernere potuissem: nã vt ex forma & situ eorum artificiosissimo coniici potest, huius tantum notione, soni interni siue auditus, ratio clarè explicari potest. Mirum etenim esse videtur

B

C

D

A detur, Incudem ea ſui parte quæ latior eſt, ita capiti malleoli inſidere, alteróque ſui crure (gemina enim habet) ita cum ſtapedis apice coniungi, ſtapedis verò baſim ſuperiorem tympani feneſtram ita claudere, vt concuſſa meninge malleolus, cuius cauda membranæ interna in facie inſeritur, itémque incus; & ſtapes moueatur, tandémque vno ex illis agitato, reliqua duo ſimul conſentiant. Difficillima ſanè eſt hæc harmonia captu, mirabilis tamen, & ſummo artifice Deo digna. Auditus igitur excitatur, cùm ſonus extrinſecùs ſiue aer externus ictus in gyrum (vt de lapillo in aquam proiecto aiunt) multiplicatus, per flexuoſum aurium meatum inuectus, internóque aeri in tympano nimirum contento coniunctus & aſſimilatus, media ipſa meninge, in quam nerui quinti paris à cerebro deſcendentes fuſi explicantur, in commune ſen-
B tiendi principium defertur: ex quo colligitur nunquam auditum excitatum iri, niſi ſonus externus ad aerem vſque innatum multiplicetur. Iure autem aerem præcipuum auditus inſtrumentum vocat Ariſtoteles, cùm ſonus nonniſi ex vehementi percuſſione, celerique motu fiat, recipiētéque citò proſilire, & naturæ mutabilem & frāgibilē eſſe oporteat. Huiuſmodi certè eſt aer, quocirca aquea omnia & magis adhuc terrea, ſonitui edendo inepta eſſe ſecūdo de anima declaratur. Porrò, qui plura de aurium in homine cæteriſque animantibus diſcrimine, vſu, figura, ſitúque noſſe cupit, Ariſtotelem in priori de hiſt. animalium libro, & in Problematibus legat. Quæ autem nonnulli aduerſus Ariſtotelicam de organo auditus opinionem hîc afferunt, leuia planè ſunt & puerilia. Siquidem obiecta auditus innato aeri huic aſſimilantur, cùm non corpora ipſa dura, ſolidáque, & ſonum efficientia, ſed ſonus in aere receptus, vel ipſemet aer ictus ad ingenitum vſque aerem per tortuoſos illos au-
C rium anfractus, motu perplacido peruadat, cum quo continuatur & adhæreſcit. Et ob cerebri vicinitatem quod frigidum eſt, aeris iſtius natura non tollitur, cùm neque cerebrum abſolutè frigidiſſimum ab Ariſtotele appelletur, neque in eodem prorſus loco in quo aer collocetur. Quid? quòd aqua quoad ſui ſuperficiem, aeri huic externo contigua eſt, nemo tamen ipſam frigidam non eſſe inde (vt puto) colliget.

Ὁ δ᾽ γὰρ ἐνεργεία ἡ ὄσφρησις, τοῦ δυνάμει τὸ ὀσφραντικόν. Τὸ γὰρ αἰσθητὸν, ἐνεργεῖν ποιεῖ τὴν αἴσθησιν: ὥσθ᾽ ὑπάρχειν ἀναγκαῖον αὐτὴν, ὃ δυνάμει πρότερον, ἡ δ᾽ ὀσμὴ, καπνώδης τίς ἐστι ἀναθυμίασις. ἡ δ᾽ ἀναθυμίασις ἡ καπνώδης, ἐκ πυρός. διὸ καὶ τῷ περὶ τὸν ἐγκέφαλον τόπῳ τὸ τῆς ὀσφρήσεως αἰσθητήριόν ἐστιν ἴδιον. δυνάμει γὰρ θερμὴ ἡ τοῦ ψυ-
D *χροῦ ὕλη ἐστὶ, καὶ ἡ τοῦ ὄμματος γένεσις τὸν αὐτὸν ἔχει τρόπον. ἀπὸ τοῦ ἐγκεφάλου γὰρ συνέστηκεν. οὗτος γὰρ ὑγρότατος καὶ ψυχρότατος τῶν ἐν τῷ σώματι μορίων ἐστί.*

24 Quod enim actu olfactus, id ipſum poteſtate eſt, quod vim habet olfaciendi. Si quidem ſenſile, ſenſum ducit ad actum: quapropter neceſſe eſt ſenſum eſſe, id quod antea facultate erat. Atqui odor fumoſa quædam eſt euaporatio, quæ ab igne proficiſcitur. Idcircóque olfactus Aeſtheterium proprium, in loco circa cerebrum eſt: materia enim frigidi, poteſtate eſt calida. Et oculi etiam generatio, eodem ſe habet modo: à cerebro nanque principium ſui habent, quod certè omnibus corporis partibus eſt & humidiſsimum & frigidiſsimum.

Docet, ne ſibi repugnare videatur, quatenus olfactus igni tribui poſſit. Syllogiſmo autem huiuſmodi, tota illius ratio colligi poteſt: Senſus qui actu eſt

igneus,organum facultate igneum obtinet. Odoratus est sensus actu igneus, A ergo igneum facultate organum obtinuit. Maior probatur, quia à sensili ipso tantùm,veluti ab agente actu sensus constituitur. Minor quoque, quãdoquidem obiectum olfactus nimirum odor,vapor igneus est. Confirmat mox connexum signo: quia idcirco Æstheterium olfactus circa cerebrum collocatum est,vt accommodata materia ignei obiecti recipiendi esse posset: illa siquidẽ est nonnisi frigidi. Obiter tandem ad maiorémque propositi explicationem idem in oculorum generatione spectari posse declarat. Contextus in duas præcipuas partes distribuitur: In vna,ratio ponitur ob quam olfactus igni adscribitur: in altera, eiusdem confirmatio. Priorem subdiuidere possemus in totidem partes quot integra continet argumentatio. Maior siquidem propositio preponitur,cuius probatio statim subnectitur. Sequitur minor siue assumptio,quam tamen (suo more) omittit Aristoteles, in illius locum assumptionis B probationem substituens. Sed singula perpendenda sunt. (Quod enim actu odoratus). Sensio, receptione fit. duo itaque in illa considerantur, potestas sentiendi quæ afficitur: & obiectum quod mouet, afficit, atque ad actum potestatem ipsam perducit. Ex his illud primùm colligi potest, Obiectum eatenus mouere, & ad actum perducere sensum, quatenus illius actio recipitur in organo, cui potestas sentiendi præest. Mox alterum, Sensionem assimilatione (quod sæpius repetiimus) fieri. Siquidem sensio passio est (appellatio nanque à fine terminóque actionis in opere, id est à recipiente ipso ducenda est) quæ non alio modo quàm assimilatione efficitur. Hæc pluribus Aristoteles secundo de anima à cont. 51, vsque ad 62. item à 139, vsque ad 141. Præterea tertio Physicorum à 18, vsque ad 22, & priori de ortu & interitu, cùm de actione & passione peculiariter agit. His ita declaratis, propositionem Aristotelicam, e- C iusdémque probationem alioquin obscuram, ad verbum ita explicare, atque illustrare possumus. (Quod enim actu olfactus est) id est sensus olfaciendi in actu secundo spectatus (id potestate est τὸ ὀσφραντικὸν) quia scilicet eatenus sensus actu assimilatur sensili, quatenus ipsius organum actionem siue vestigium sensilis recipit: cuius omninò rei gratia addit Aristoteles: (Siquidẽ sensile sensum ducit ad actum). Atquì certè non reciperet, nisi ad illud recipiendum potestatem haberet. Verum est hoc, si quæ Aristoteles in priori de physica auscultatione sub finem docet, vera esse fateamur. Colligit postremò, (Quapropter nil aliud sensum esse oportet, quàm id quod anteà facultate erat). Quæ verba alio, quàm nos proposuimus, modo, rationem Philosophi inducendam, particulámque illam τὸ ὀσφραντικὸν vertendam esse alicui suadere poterunt. Sed certè qui perspicuitati sententiæ Aristotelicæ consulere voluerit, germanam D vocabuli significationem retinebit. Quandoquidem Aristotelis institutum est, non quidem de olfaciendi facultate, sed de olfactus æstheterio loqui, idq; suo elemento tribuere, tandémque igneum esse demonstrare. Et sanè contextus superior, & centesimus secundi de anima, non alio modo vertendum aut ratiocinandum fuisse, disertè docent. Neque obstant verba proximè commemorata, cùm anima sentiens actus corporis sit: idcircóque nonnisi organum corporeum respiciendo, siue facultate siue actu intelligas, sensile obiectum fieri, vel illi assimilari, dici possit. Itaque verba hæc ἡ ὄσφρησις ἐνεργείᾳ actum secundum, siue sensum in actu secundo, qui ab obiecto habet non à generante, designant: illa verò τοῦτο δυνάμει τὸ ὀσφραντικὸν, potestatem ad actum secundum respicientem significabunt. (Atqui odor fumosa quædam est euaporatio). In locum minoris propositionis, eius probatio succedit, quæ ita induci potest: Obiectum olfactus est igneum: ergo olfactus est actu igneus. Consequutio no

ta

A ta est ex iis quæ antea sunt exposita: & eo confirmari posset, quòd animantia calidioris & ficcioris naturæ, vt canes & vultures, acutiùs odorãt. Assumptio verò inde probatur: quoniam odor, est fumosa euaporatio, quæ ab igne tantùm, id est à re qualitatibus igneis prædita, proficisci potest: ideóq; naturam illius obtinuit. Neque obstat quòd Galenus scribit in libello de odoratus instrumento, & alibi: Odores quosdam frigidos esse: cùm idem in quarto de simpl. med. cap. 2. & 22. omnia odorata calida esse affirmet: & ratio adsit, cum vapor omnis calidus sit, vt ex priori meteorologico constat. Dicunrur autem odores quidã frigidi, quia à mixtis ἐπικρατεῖν eleuantur, quæ cũ à prædominio
B sint frigida: partes tamen calidas obtinent, in quibus odor consistit. Sed quid multa? Odor à quouis corpore attractus rationem calidi & sicci habet, quia quatenus odor, iam est eleuatus à corpore vnde oritur, eleuatio autem à calido solummodo fit, vt suprà diximus. Neque vllum nobis scrupulum pariat, quòd Rosa, Cãphota, Nenuphar, Viola Muscus, Sandali, de quibus Conc. diff. 197. simplic. cerebrum suo odore frigifaciant: de his enim non absolutè sed κατὰ τι, id est respectu quodam loquendum est. Sed de odore pluribus infrà cum Aristotele agemus, in præsentia nonnulla tantùm monuisse satis esto: Atque illud primùm, in cont. 100. secundi de anim. eandem sententiam haberi, Saporem nempe esse sicci: Quod Auerroes explicans ait, Saporem tribui abundantiæ partis siue in odorabili: acsi diceret, Res quatenus sunt odorabiles, eatenus à prædominio siccas esse. Alterum quod Alexander ad sen-
C tentiam Philosophi confirmandam affert. Tunc quidem ex re odores promi cùm ignis attrahit exhalationem: atq; ideò in regionibus calidioribus, quia ibi maior fit exhalatio plãtarum, flores maiorẽ emittere odorem, quinimò odorata ipsa nonnisi aut præsentia solis, vel calidi alterius attrahentis odorem edere, multáque odore expertia, igni admota, odorem concipere. Ex quo loco facilè ratio reddi poreft, cur ea quæ odore prædita sunt, iis sint sempet tenuiora, quæ odore carent: cur item radices & flores plantarum cæteris partibus, frequẽtiùs sint odoratiores. Infrà etiam declarabimus an absolutè verum sit quod hic Aristoteles profert, odorem esse fumosam euaporationem. Hoc siquidem Auerroes secundo de anim cont. 76. & 97. aduersus Galenum tuetur. Nunc sat sit concludere, Odorem in siccato humido & attenuato, non in igne consistere: quocirca Philosophus illum fumosæ euaporationis nomine nuncupauit, non ignis. Fumosam autem exhalationem ab igne esse,
D satis docetur in priori meteor. cap. 4. Naturam nimirum illius calidam & siccam esse: magis etiam in cap. 5. vbi additur. Nomen ignis cuilibet exhalationi fumosæ conuenire. (Idcircóque olfactus, æstheterium) Explicatio horum verborum non aliunde petenda est, quàm ex ipso Philosophi instituto, qui cùm probare velit, instrumentum olfaciendi potestate calidum esse tradit, materiam frigidi, potestate calidam esse, ideóque æstheterium olfactus in loco circa cerebrum quod omnium membrorum est frigidissimum, collocatum fuisse. Hæc interpretatio cùm ab omnibus ferè tanquam germana retineatur, non video cur alii nouas adduxerint: cùm præsertim nulla ab illis cum suis nouis interpretationibus, illius similitudinis ratio reddi possit, quæ inter oculum & instrumentum olfactus ab Aristotele proponitur. Materiam autem frigidi vocat, ac si frigidum ipsum, siue id quod frigido subiacet materiam potestate calidam diceret: potestas siquidem ad materiam reducitur, vt Auerroes duodecimo metaphysicorum, commentario vigesimo sexto, testatur, & materiæ solius est moueri, vt

in secundo de ortu & interitu cont.53.habetur.Sed addendum est,huic parti A
animam sentientem numero vnam in corde quidem tanquam in regia Arist.
semper collocasse,ex quo item omnia instrumēta sentiendi orirētur,tria
tamen ex illis quæ visui auditui, & olfactui inseruiunt cerebro adhærētia posuisse,
vt ex secundo de part.ani.cap.10.constat.(Et oculi etiam generatio).vt
explicet magis quod de olfactus organo dixerat, additur constitutionis oculi
similitudo.Hæc in eo est posita: quòd quemadmodū proprium olfact⁹ instrumentum
vt materia calidi recipiēdi esse possit,propè cerebrum, quod est frigidissimum
locū suum obtinuit:ita oculi,cùm aquei esse debeant,iuxta idem
mēbrum, quod etiam est humidissimum sunt collocati. Vocat autem Philosophus
cerebrum frigidissimum & humidissimū omnium nostri corporis partium,
idcò persuasus,quòd videret ipsum sanguine carere,ineptumq; excrementum
esse ad omnem vsum:ac proinde de in 2.part ani.cap.7.concludit,animalia B
eius tantū ratione cerebrum obtinuisse,vt calor cordis feruens temperaretur,quòd
experientia probauit:animantia nanquam sanguine destituta,
cerebro etiam carent: quorsum enim illud habeant, cùm nullum huiusmodi
vsum ex illo percipere queant? Sed his omissis, nonnulla de olfactu ad
hæc addamus. Primùm autem omnium notemus, Aristotelem hoc in loco,
habita tantùm obiecti ratione, de organo olfactus fuisse loquutum: atque id
rectè, cùm hic sensus non modò spiritualiter vt visus, sed realiter etiā & quasi
σωματικῶς afficiatur: quò fit vt licet videndi Æstheterium non fiat color, olfaciendi
tamen instrumentum qualitatibus odorabilium imbuatur, eaque ratione
igneus veluti odor efficiatur. Non ergo consideratur hîc æstheterium
olfaciēdi quoad Esse suum propriū siue actum, primum iuxta quod frigidum
est ob cerebri propinquitatem,itemq; siccum, vt infrà dicemus, neque quod
ad medium quo intercedente afficitur. Hoc siquidem respiciens Aristoteles C
secundo de anim.cont.97.& 130.olfactum in animalibus terrestribus & volatilibus,
aere medio,in aquatilibus,aqua media, mutari: atq; idcirco aeris aut
aquæ esse asseruit. Sed quæritur,an verum sit, Olfact⁹ organum,si quoad eius
naturam absolutam spectetur, frigidum & siccum esse. Galenus in octauo
de vsu partiū, in libello de organo olfactus, in quarto de causis sympt. & alibi,
docet, verum propriumque olfaciendi instrumentum esse tubercula illa
duo parte anteriori cerebri extantia & eminentia, mammarum papillis simillima,
quæ summo ossi narium per quod cerebri superuacua in nares influunt,
quibusque à spongia nomen est, obiecta insident. Id eò suadet quo
læso cerebro anteriori sui parte cui duo illa tabercula insunt, sensus olfactus
vnà lædatur. Hanc sententiam sequitur Io. Iand. & alii, qua posita, eiusmodi
certè organum nonnisi temperationis frigidæ & humidæ, cuiusmodi cerebrum
ipsum habet, obtinuisse dicere possunt. Testantur hoc omnia ferè me- D
dicorum scripta. Sed aliter Aristotelem determinare (affirmant alii) multis
in locis, præsertim verò in priori de histor. anim. libro, cap. 2. vbi organum
olfactus nares ipsas vocat: explicat Auerroes, id est neruos per narium substantiam
diffusos: indicio est, quòd canes venationi apti, vt commodius & acutius
olfacere queant nares latas & valdè opertas habent, quin imò in secundo
Collig.cap.17.tribus rationibus sententiam Galeni impugnat: & certè
(vt aiunt) Aristoteles,hoc argumento semper Galenum vrgere posset, Cerebrum
tactu caret, ergò & quæ ab ipso oriuntur: sed vbi tactus abest, olfactus
adesse non poterit: nota est argumentatio iis qui in Aristot. versati sunt:
non estigitur quòd nos illam pluribus illustremus. Afferre hîc quę medici respondeāt
superfluū est, cùm diligēter ab aliis pertractata atq; explosa fuerit.
Illud

A Illud tantùm dicere pro hac sententia non prætermittam: Mirum nempe esse, Galenum (quem virum & quantum) tàm suo illi argumento allato fidere plerunque solere, vt eo solo aliquando ausus sit affirmare, Cerebrum intellectus organum esse. Neque enim semper id instrumentum alicuius facultatis esse censendum est, quo læso facultas illa læditur, læso etenim diaphragmate vis imaginandi læditur (teste eodem Galeno) & læsis neruis opticis, vt suprà audiuimus, visio læditur: non tamen aut imaginatiuæ organum, diaphragma, aut videntis facultatis aliud æstheterium quàm humorem Chrystallodem, vel Galenus, vel Aristoteles vnquam constituet. Hoc certè nil aliud est quàm parti per se tribuere, quòd illi ex accidenti & per consensum conuenit. Erit itaque natura huiusmodi æstheterii si hanc dicendi rationem sequamur, frigida & sicca qualis neruorum omnium est, vt constat ex secundo de partibus anim. cap. 2. quod confirmari posset, quia licet Aristoteles huiusmodi organū iuxta cerebrū ponat, quod frigidissimum & humidissimum
B vocat, tantùm tamen ait materiam frigidi potestate calidam esse. Cæterùm si quis de narium vsu, & cōstitutione à Peripateticis plura cupit, Aristotelem petat, in priori de hist. anim. cap. 11. quarto eiusdem, cap. 8. secundo item, ca. 10, & 16. Auerroem quoque secundo Collig. cap. 17, & primo eiusdem, cap. 7. Sed tollenda est ambiguitas. Nanque Auerroes secundo Collig. cap. 2. plures nostri corporis partes cerebro frigidiores esse affirmat, vt adeps, pinguedo: Galenus item secundo de temperam. cap. 3. neruos cerebro frigidiores esse affirmat. Dicemus ergo, cerebrum ob suum effectum, dici frigidissimum humidissimumque: ipsum enim solum, ob situm & quantitatem, frigiditatem & humiditatem in omnes nostri corporis partes inducit, quæ solutio elicitur, ex Aristot. in secundo de part. animalium, cap. 7. Non multo etiam negocio id dilui potest quod ex eodē capite obiicitur: Cerebrum nempe nō
C aqueum sed terreum, idcircoque siccum non humidum esse: quanuis enim nonnulli dicant, Aristotelem ibi de temperantia cerebri natiua loqui, tamen tutius & verius responderi debet, Aristotelem ibi quidem affirmare in cerebro partes aqueas terreasque prædominari, non tamen aqueas à terreis superari. quod pro se afferūt, ex eodem cap. elixatū nempe concoctúmq; cerebrum, condensari, siccescere, durumque effici, nullius momēti est, cùm de cerebro in suo tantùm naturali esse constituto non corrupto, sermo noster habeatur: proponitur autem ab Aristotele istius effectus experientia, vt in cerebro, terreas quoque partes reperiri demonstret.

Τὸ δὲ ἁπτικὸν, γῆς· τὸ δὲ γευστικὸν, εἶδός τι ἁφῆς ἐστι. καὶ διὰ τοῦτο πρὸς τῇ καρδίᾳ τὸ αἰσθητήριον αὐτῶν. τῆς τε γεύσεως καὶ τῆς ἁφῆς. ἀντίκειται γὰρ τῷ ἐγκεφάλῳ αὕτη, καὶ ἔστι
D θερμοτάτη τῶν μορίων. καὶ περὶ μὲν τῶν αἰσθητικῶν τοῦ σώματος μορίων, ἔστω τοῦτον τὸν τρόπον διωρισμένα.

26 Organum autem tactus, terræ est. Atqui Gustus species quædam tactus existit: Proptereáque iuxta cor æstheterium ipsorum, Gustus inquam tactúsque situm est: Cerebro siquidem cor cæteris partibus calidius existens, oppositum est. Sed de Sensitiuis quidem corporis partibus, hæc determinata sint.

Tactus organum itemque Gustus, quòd is ad tactum referatur, terræ tribuit. Mox suæ sentētiæ confirmationem, superiori simillimam adducit: ea verò est: Æstheterium Tactus iuxta cor fuisse collocatū, quod vt est cerebro

oppositum,ita est omnium nostri corporis partium calidissimum. Postremò A
epilogum secundæ partis principalis totius huius libri ponit, & id quidem
paucis,quibus tamen solis Alexandri sententia possit infringi, qui putauit Aristotelem hactenus rhetoricè potius, quàm philosophicè de natura Æstheteriorum fuisse loquutum. Omnia in contextu plana. In eo tantùm aliqua est obscuritas, quòd ea quæ de corde proponuntur ad id de quo agitur, non satis rectè accommodari posse videntur. Sed id quoque si ad superiora respiciamus,itemque ad nonnullorum sententiam facilia erunt explicatu. Olfactus instrumētum circa cerebrum locum habuit, vt ab illius frigiditate & humiditate haberet,quo posset esse materia calidi & sicci,id est odoris recipiendi. Ita organum Tactus & Gustus frigidum & siccū siue terreum existens (vt isti aiunt) circa cor locatum esse debuit, vt eius caliditate temperatum in actum sentiendi posset exire. Quanuis enim nullus ignis vel ardens vel purus B
(quicquid velit Simplicius) aptum æstheterium, vel medium sentiendi esse queat,absq; calore tamen nulla prorsus sensio effici potest, imò Auerroes secundo Collig. hoc argumento aduersus Galenum concludit,omnis sensionis initium à corde proficisci,cùm ipsum sit fons caloris innati: In mediocritate igitur quadam & proportione sensuum cōsistit: quò fit,vt quæ multū frigidæ sunt partes corporis animalis,omnique calore aut sanguine propè destitutæ, vt ossa,pili,vngues, nerui, minimum aut nihil etiam sentiant. Natura igitur sagax,quæ animalis partibus integrè conseruandis,ob perpetuationē totius, studet,aduersus vnius partis excessum, alterius contrarium excessum ,moliri solet, vt nempe iusta inter illas temperatio conseruetur, qua deinceps vnaquæque munus suum liberè queat obire. sed an hæc rectè etiā dicta sint inferius patebit. Porrò de organo Tactus & Gustus,hîc multi multa. Nos autem & symbolum nostrum hac de re paucis conferamus, ordine priùs propositis C
quæstionibus quæ ad rem videntur pertinere. Quæritur itaq; primùm,quódnam sit Organum Tactus & Gustus: Mox vbi collocatum. Tertiò qua ratione terreum dici possit. Postremò cur olfactus instrumentum ab obiecto iudicatum est, Tactus & Gustus non item. Prioris quæstionis veritas, obscurè quidem ab Aristotele in hoc præsertim contextu peti potest, quandoquidem, idem Instrumentum in genere tam Gustui quàm Tactui tribuat: in speciè verò, quódnam illud sit (vel vnum vel duo diuersa habeantur) non explicet. Censent ferè omnes insignes Philosophi, tam Tactus quàm Gustus instrumentum sentiendi proprium esse Neruum à corde proximè proficiscentem, & per corporis omnes partes linguamque ipsam distributum. Possunt verò suam hanc opinionem probare verbis Aristotelis in secundo de anima, contex. 116. vbi ait, Quod intus est & carne tectum organum Tactus esse. Accedit ratio ἀποδεικτική. Nam si illustris illa propositio, ab D
eodem Philosopho inibi exposita locum in omni sensu habeat, (Sensile scilicet supra sensum positum sensionem non efficere) posito tamen tactili super carnem, tactus fiat, quorum vtrunque verum est, carnem tangendi æstheterium esse non posse constabit. Auerroes item in secundo de anima comm. 116. idem ratione adhibita, aduersus Alexandrum statuit. Themistius quoque secundo eiusdem tractationis cap. 38. Galenus vbique & Cōciliator different. 48. eandem rationem dicendi sequuti sunt. Si qua vero alia loca, Aristotelis illis obiiciantur: Respondent statim, aliud esse de medio aliud de æstheterio sentiendi loqui. Carnem medium quidem tangendi dici, neruum autem æstheterium ipsum. Aristotelis igitur verba & Auerrois

& a-

A liorum quibus carni hoc munus tribuunt ita interpretanda esse volunt (ex Auerroe ipso, secundo de anim. cont. 108. acsi de organo tangendi iuxta apparentiam impropriéque loquatur. Etenim cùm caro fibris multis à neruis deriuatis permixta sit, & vix minima illius pars sincera reperiatur, potuit Aristoteles aliquando de carne tanquam de æstheterio proprio tangendi, loqui: Hæc Conciliator different. 48. & Auerroes secundo de anim. comment. 108. Colligunt itaque carnem esse medium, qualitates tactiles recipiens ac deferens, neruum verò proprium Tangendi æstheterium. Zimara in contrad. 55. secundi de anima, huic sententiæ se opponit, & argumento (ni fallor) demonstrante, si quidem sensus tactus mediocritatem contrarietatum obtinet iuxta Philosophi verba, tertio de anim. context. 66. ex quo colligit, iuxta authoritatem eiusdem in priori de anima, context. 79. ossa, neruos, & pilos, quòd partes multum terreæ sint, non posse sentire.
B Quare aliam ipse sequitur opinionem, nimirum instrumentum proprium tactus Cor ipsum esse, ad hanc accommodat authoritates Aristotelis pro priori opinione adductas, Auerroemque errasse manifestè fatetur. Fauere quidem videntur huic sententiæ verba Aristotelis in libello de somno & Vigilia capite secundo. Sed certè hanc non minus quàm priorem reiiciendam esse iudico. Et quantum ad priorem spectat, omissis iis quæ Zimara aduersus eos proponit, quî fieri potest vt neruos proprium esse æstheterium Gustus & Tactus ponamus, quin statim organum Olfactus cum organo Tactus confundamus? Præterea Aristoteles in priori de historia animalium, capite quarto, tactum in parte sanguinea collocatum esse disertè exprimit, nerui tamen omni prorsus sanguine destituuntur. Quantum verò ad Zimaram, vanum profectò esset, Aristotelem qui in hoc libello de singulorum æstheteriorum sensibus exterioribus conuenientium natura, a-
C gere instituit, nunc de organo proprio Tactus & Gustus agens, id quod omnis sensus fons est, nempe Cor ipsum proposuisse. Præterea cur de eo hîc loquens non ait, cor esse, sed circa cor? Item quæ ratio esset vt Aristoteles priori de historia animalium, capite tertio, partem cui vim tangendi tribuit, nomine vacare diceret, si eam, cor esse, assereremus? Postremò quî fieri potest vt organum quod terreum vocat, cor esse asseramus, cùm ipsum sit, teste eodem Philosopho, omnium nostri corporis partium calidissimum & siccissimum? Idcircò magis crederem, quod clarissimis verbis affirmat Aristot. in priori de historia animalium, capite quarto, & in secundo de partibus, capite quinto & octauo. Alexander item in paraphrasi de animalibus, capite de tactu, Auicenna in secundo de animalibus, capite peculiari, Auerroes his in commentariis, & secundo Collig. capite de vsu carnis. Hi nanquam omnes adhibitis etiam rationibus, ad carnem solam, quæ ea me-
D diocritate mollitiei & duritiei aliarúmque qualitatum prædita sit, quam huiusmodi sensus desiderat, tangendi munus precipuè deferunt. Rationibus autem aliter sentientium ita satisfacerem: Vt authoritatem illam Philosophi ex secundo de animalibus context. centesimo decimo sexto sumptam, non aliter explicandam esse censerem, quàm ipsemet in eodem libro context. centesimo quadragesimo sexto, explicare voluit: Nimirum carnem non esse vltimum æstheterium tactus, quemadmodum neque visus oculum: hæc enim cor est, in quo vno tanquam in centro, communis sensus sedet, ab omnibus circũ se positis sensibus exterioribus obiecta percepta, quasi vehiculis ad se tanquam ad vltimum delata cognoscẽs, atq; discernens.

Neque obstet quòd hîc de sensu communi, ibi de exterioribus agat, imò expressè medium tangendi, carnem vocare videatur: si quidem illud addimus: A
Cor omnium æstheteriorum communem esse particulam, iuxta sententiam, Aristot. in libello de somno & vig. cap. 2. quemadmodũ etiam vis vna sentiendi omnib9 aliis particularibus cõmunis in illo residet: cum æstheterio tamen tactus maximam habere affinitatem, ac tantam, vt organum & subiectum aliarum sensionum & sensus communis diuersum esse videatur, harum verò idem: organum nanque visus est oculus, subiectum vero facultatis vidẽtis cor est: Auditus item organum est auris, subiectum cor idem. at organum tactus, eiusdémq; cõmunis sensus subiectum, cor esse videtur. Quod quidem ita est intelligendum, vt catenus tactum sensúmque cõmunem in corde veluti in primo atque principali agente sensionem, & vt in proprio organo esse dicamus: quatenus cor ipsum primò natum ex Aristotelis sententia tactũ in priori fœtus formatione percipit contrahiturque, non tamen videt, audit, aut olfacit, ac proinde ibidem Philosophus asserebat cor ab aliis sensibus separari quidem posse, à tactu vero nequaquã: quo certè non tollitur, animal iam perfectum atque absolutum proprium tactus instrumentũ & à corde separatum in suam salutem & conseruationem obtinuisse. Quum verò additur sensum non fieri absq; medio, non video cur cutim ipsam, qua caro septa est atq; vestita, omiserint omnes. Hæc nanque in tactu qui materialis multum, existit, cõmodum medium poni certè potest. Indicio satis est, quòd ca remota, tangendi quoque ratio destruatur. De Auerroe & Themistio quid dicamus in promptu est, nimirum ipsos errasse. Ex his quæ diximus patet quoque, quid ad Zimaram respõdere possimus. Quare maneat iam firma constitutáq; sententia hæc, carnem sensus Tactus, itemq; Gustus proprium esse æstheterium si id generatim consideretur. Speciatim autem dicere liceat, carnem linguæ vel alicuius instar linguæ obtinẽtis Gustus organum esse: Carnem, inquam, illam potissimum quæ priori linguæ parte continetur. Aliter medici: sed certè si vsum sensus gustus spectemus, naturæ sagacitatem, & experientiam, à sua causa cadent. Cibos siquidem noxios & gratos lingua gustando discernit, pro foribus ergo, & ante ipsum vestibulum (vt ita loquar) ne quid inimicum aut insuaue intus per os cuius ipsa custos est, admitteretur, gustandi facultate prædita esse debuit. Quid quòd si cibis ipsis humidioribus aut siccioribus intimam linguæ partem (radicem dicunt medici) extima quæ linguæ cuspis nuncupatur intacta, oblinias, tangásue, minus te gustare percipies, quàm si sola cuspis iisdem cibis afficiatur. Tactus autem æstheterium, Carnem totius corporis esse constituemus. Nota est vis, notúsque vsus sensus Tactus, ex his quæ secundo & tertio de ani. Aristot. proponit, & Interpretes inibi pluribus expendunt. Quapropter non est quòd plura ad hanc rem probandam afferamus, ne omnia in hunc libellum congerere velle videamur. Porrò que de Gustus æstheterio proposuimus, Aristoteles in priori de hist. anim. cap. 2. & secundo de anim. cap. de Gustu scripta reliquit. Hîc verò omnia ista consulto omisit, quòd sibi ad naturam æstheteriorum iuxta numerum elemẽtorum declarandam vt instituerat, vnum commune æstheterium Tactui & Gustui (qui quodammodo etiam vnus sensus sunt) proponere, sat fore perspiceret. His quæ diximus, duo ex propositis quæsitis expediuimus: Nunc anteaquam tertium enodemus, scrupulum qui adhuc restat euellamus. Aristoteles alia æstheteria circa cerebrum, vnicum hoc Tactus & Gustus circa cor esse docet, atqui non multo minus caro linguæ, magis verò caro pedis quàm oculi, nares, auréisque à corde abesse apparet. Aristoteles in lib. de Iuuent. &

Se-

A & Senect.cap.2. idem,aliis tamen verbis(ni fallor)quærit. Sed non respõdet. iam enim in libro secundo de partibus anim.cap. 10. alibique quæsito satisfecerat. Summa est, Aristotelem non asserere gustum solum tactúmque in corde esse, alios verò tres sensus in cerebro: neque item de æstheteriis id censet. Quandoquidem vbi tactus est, ibi omnes alii sensus reperiantur. Hæc itaque in speciem tantùm protulit: etenim à corde, vt ait Alexander, hi duo manifestè pẽdent, nerui enim per carnẽ distributi per substantiã cerebri non transeunt: illi verò tres à cerebro immediatè oriri videntur, cùm neruuli eorum licet à corde proficiscantur, mox tamen per cerebrum deducantur. Præterea cùm cerebrum molle sit, facilè ea quæ sub visum, auditum, olfactúmque cadunt, in eo speciem sui possunt imprimere: tactilia verò nequaquam, cùm enim materialiora existant, pro sua actione duriorem in suo æstheterio consistentiam exigunt. Hùc accedit, nunquam visum, auditum, & olfactum, in
B corde fieri, nisi primùm species per cerebrum ad cor deferantur, gustum verò tactúmque effici, licet gustatiles, tactiléſque species nullo modo per cerebrum deducantur. Locus hîc exigere videretur, vt totam hanc de sensuum principio & fonte Aristotelis sententiam discuteremus: sed hæc in quęstione peculiari de sede Animæ pluribus aliâs. Prestat igitur vt ad reliqua pergam⁹. Caro terrea est, si cum aliis æstheteriis conferatur: eget enim tactus vt Auerr. secundo de anim.comm.130.monet, consistentiam & soliditatem quandam, quam à natura terrea ob eius frigiditatem obtinet: frigidi siquidem est condensare, vt prior. meteor.traditur. Aristoteles item secundo de anim.cont.3. probat corpus animalis firmum esse oportere, idcircóque ad hoc vt consistat non ex aere vel àqua solùm constare, sed principatum terrę obtinere, necesse
C se fuisse: atqui, vt in eodem libro probatur, tactum in omni sui parte habet animal, tactus igitur ab huiusmodi dominio terrę constitutus erit. Cur verò animal siue etiam tactum dominii terrei fuisse oportuerit, rectè Gand. ex Alexandro & Alb.quęst. 15. explicauit. Nos hisce positis, tria auctarii loco addamus. Atque illud primùm, Quæ Philosoph⁹ de corde attulit his in verbis, aliter ad id de quo agitur esse accommodanda, quàm suprà aliorum interpretationem respicientes accommodauerimus. Est cor substantię carneę simillimum, primúmque in formatione membrum, vt sæpe monet Aristoteles, idcircóque caro quæ æstheterium tangendi est, & à corde ἀμέσως profecta, iuxta cor posita esse dicitur, à quo scilicet consistentiam illam & soliditatem, præterea verò caliditatem, qua in actum tangẽdi exeat, habere possit. Alterum est, non idcirco sequi (vt nonnulli aduersus nos asserunt) frigidiora, magis sentire: nam non dicimus organum tactus esse terreum quia frigidum, sed quia soli-
D dum, quam soliditatem à frigiditate quidem habere potest, non tamen frigiditas excedens est, & qua media tangat, cùm potius omnem ipsa sensionis rationem destruere valeat: neque certè Aristoteles secundo de anima, cùm terram partim explodit, partim retinet, in æstheteriorum natura proponenda: aliter est, quàm hoc modo intelligendus. Tertium, quo postrema etiam quæstio ad exitum perduci poterit, illud est: Errasse illos qui dicunt Aristotelem de organo tactus non absolutè, sed habito tantùm ad obiectum afficientem, & mutantem respectu vt de olfactu loquutum fuisse. Etenim præterquam quòd Aristoteles de obiecto hîc nil loquitur, vt de olfactu agens, antea loquutus erat, falsum est etiam quod aiunt, Obiectum proprium tactus esse terreũ, cùm primò & præcipuè tactus à primis qualitatibus immutetur, quæ nequaquam terreæ, sed principia sunt elementorum. Hæc Arist. secundo de ortu & interitu cont.6.& 8.& secundo de anim.cont.29. Quare de olfactu quidem

id, quod isti aiunt, concedimus esse verum, de tactu negamus. Ratio verò discriminis rota inde haurienda est, quòd hîc Aristoteles ostendere duntaxat instituit, quatenus æstheteria singula, singulis elementis accõmodare possimus. A

Περὶ δὲ τῶν καθ᾽ ἕκαστον αἰσθητηρίων αἰσθητῶν, οἷον λέγω χρώματος, ψόφου, καὶ ὀσμῆς, καὶ χυμοῦ καὶ ἁφῆς, καθόλου μὲν εἴρηται ἐν τοῖς περὶ ψυχῆς, τί τὸ ἔργον αὐτῶν, καὶ τί τὸ ἐνεργεῖν καθ᾽ ἕκαστον τῶν αἰσθητηρίων. τί δέ ποτε δεῖ λέγειν ὁτιοῦν αὐτῶν, οἷον τί τὸ χρῶμα, ἢ τί τὸν ψόφον, ἢ τί τὴν ὀσμὴν, ἢ χυμὸν, ὁμοίως δὲ καὶ περὶ ἁφῆς σκεπτέον, καὶ πρῶτον περὶ χρώματος.

27 De singulorum autem æstheteriorum sensilibus, dico autem colore, sono, odore, sapore, tactu, generatim quidem in libris de anima, quod sit illorum opus, & quale per singula æstheteria operari, expositum est. Quid verò vnumquodque ipsorum liceat appellare, vt quid color, quid sonus, quid odor, quid sapor, necnon etiam quid sit tactus, nunc explicandum est. Primúmque à colore ordiamur. B

Tertiam partem aggreditur, in qua de propriis obiectis Æsthetetiorum doctrina traditur. Fines siquidem instrumentorum omnium opera sunt, ad quæ tamen tantùm, suorum obiectorum præsentia, valent exire. Sunt autem æstheteriorum obiecta propria, quæ sensilia vulgò nuncupantur, color nimirum, sonus, odor, sapor: postremò tact9, i. (vt rectè Alexander explicat) id quod tactu percipitur. Quoniam verò de iisdem sensilibus, multa in libris de anima disputauerat, ne quis hãc tractationem veluti superuacaneam, frustráque repetitam, damnaret. Proponit primùm quid ibi de his egerit, mox quid hîc sit acturus. Summa est, diuersa ratione hîc atque ibi de illis agi. In libris siquidẽ de anima, ista eatenus pertractata sunt, quatenus vel ipsam sensionem adhuc efficiunt, vel iam effecerunt. Dicam paucis & planius: Quatenus ad sensus, tã generatim, quàm sigillatim referuntur, illósque afficiunt. Hîc verò quid quicque sensile sit, id est natura vniuscuiusque sensilis præcipuè explicandum est, quemadmodum ipse in sequenti particula diserrè fatebitur. Dextrè igitur Alexandri verba pro re hac intelligãtur. In posteriori contextus parte, exordiũ horum tractandorum, ab obiecto visus, id est à colore sumpturum se esse monet, & iure: siquidem cùm sensus visus aliis perfectione prior sit, vt antea diximus & ex secundo de ort. & int. cont. 7. constat: obiectũ cui in sensione assimilatur, & quasi vnum idémque euadit, proportionem perfectionis æqualem inter alia sensilia obtinere debuit. Porrò simillimus est huic loco cont. 54. prioris de cæl. in quo Arist. de Infinito ibi alia ratione, quàm in libris de Principiis se disputaturũ esse proponit. Vnde iure doctissimus Zimara ibi annotauit, indoctos haberi debere eos, qui Aristotelis artẽ, & miram in docendo dexteritatẽ, variãq; rationem non perspicientes, cùm vel eadẽ argumenta in diuersis sciẽtiis, aut easdẽ tractationes repetitas videant, eũ ταυτολογίας audẽt accusare. (Singulorũ æstheteriorũ). explodit ab hoc argumento sensilia cõmunia: (generatim quidẽ in lib. de anima) his opponuntur illa, (per singula æsthetetia) καθόλου, καθ᾽ ἕκαστον. Et tunc planus est sensus: nã lib. 2. illius tract. cùm de sensu in cõmuni, sensionísq; ratione, tum de vnoquoq; sigillatim agit. (ἔργον ἐνεργεῖν) non differunr, vt puto, nisi quà illud respicit opus iã effectum: hoc verò cùm fit, vere siquidem tunc dicuntur sensilia operari, cùm ad actum deducunt sensus, qui in potestare sensionis eranr: deducunt autem imprimendo in eos species suas, quibus illum perfectè afficientes & immutantes, operari dicuntur, sensionémque C D

A némque mox producere. Verùm quia dum ſenſilia operantur, ſenſúſque afficiunt, actu fiunt idem quòd ſenſus, quod κατ' ἐνέργειαν rationem, ſenſioníſque iam factæ habet, idcircò eatenus opus ſenſilium appellari poteſt. Hæc eliciuntur ex Ariſtot. lib. citato cont. 62. 138. 139. 141, & 144. Porrò quæri ſolet, cur cùm de quinque obiectis acturum ſe eſſe proponat, de tactu deinceps & ſono nil prorſus loquatur. Reſpondetur, obiecta tactus eſſe tactilia ipſa, id eſt primas qualitates, caliditas nempe, frigiditas, humiditas, ſiccitas, itemque ſecundas, nimirum mollities, durities, aſperitas, leuitas, aliáque huiuſmodi, quorum natura generatióque in ſecundo de ort. & interit. & 4. meteor. fuit expoſita. Neque eſt quòd quis excipiat, tam libros de anima, quàm hunc, libros de ortu, & meteorologicos ſequi, in libris tamen de anima de tactilibus tractatum fuiſſe. Nam id quidem verum eſt, ſed alia ratione, quà ſcilicet ad ſenſum ſuum referuntur. Vrgere quis magis de ſono poſſet, etenim tam aliorum quàm eius
B in libris de anim. mentio facta eſt, cur ergo alia repetuntur, ille nequaquam? Adhuc reſpondendum eſt, eandem eſſe rationem generationis ſoni, & auditum afficiendi, imò vix ſonus conſiderari poteſt, quin ad auditum referatur, quandoquidem nullam habeat naturam in re conſiſtentem, ſed ſola qualitas ſit, ex percuſſione duorum ſolidorum reſultans. Dum ergo ſonus efficitur, ſenſile eſt: cùm primùm autem ſenſile eſſe ceſſat, ſonus item eſſe definit. Itaque nulla alia ratione, ea excepta quæ in libris de anima expoſita eſt, de ipſo agere fuit opus. Sed alia meo iudicio dignior, & non contemnenda dubitatio ſupereſt. Etenim Ariſtot. in primis huius libelli verbis, proponit ſe de operibus animatorum acturum: imò in tertio de anim. cont. 54. citant hos libros, ſub nomine librorum De communibus animæ & corpori actionibus: Nunc contrà de ſenſilibus loquuturus ait in libris de anima, de ipſorum operibus & operatione fuiſſe diſputatum. Satisfiat dubitationi hoc modo: Ariſtotelem in li-
C bro de anima ex accidẽti de operibus egiſſe. Acturus ſiquidem de anima quæ non ex propria ipſius natura, id eſt, vt loquuntur, quidditatiuè, ſed ex munere ſiue operibus tantùm declarari poterat, illam per actum corporis definiuit, actũq; tam primum quàm ſecundum eſſe demonſtrauit: qua ratione de ſenſilibus, quorum præſentia operatio fit, verba facere coactus fuit. Nec quis iterum occaſione huius reſponſi ductus, quærat, quî fieri poſſit, vt libellus hic de operationibus animæ & corpori communibus, nuncupari debeat, cùm nil huiuſmodi continere videatur. Primùm enim inſcriptio illa tertii de anima, itéque propoſitio exordii communis initio huius tractationis propoſiti, non hũc duntaxat libellum, ſed omnes alios ſuprà enumeratos reſpicit, in quibus ipſæ tractantur, præterea nihil. Mox, cùm hîc de organis ſenſuum & ſenſilium poteſtate (quorũ tamen actus operatio eſt) ſermo ſit inſtitutus: de operibus quo-
D que iure appellationem ſumere potuit.

Ἔστι μὲν οὖν ἕκαστον διχῶς λεγόμενον, τὸ μὲν ἐνεργείᾳ, τὸ δὲ δυνάμει. τὸ μὲν οὖν ἐνεργείᾳ, χρῶμα καὶ ὁ ψόφος πῶς ἐστι τὸ αὐτὸ ἢ ἕτερον, ταῖς κατ' ἐνέργειαν αἰσθήσεσιν, οἷον ὁράσει καὶ ἀκούσει, εἴρηται ἐν τοῖς περὶ ψυχῆς. τί δὲ ἐν ἕκαστον αὐτῶν ποιήσει τὴν αἴσθησιν καὶ τὴν ἐνέργειαν, νῦν λέγωμεν.

28 Quoduis ſenſile dupliciter dicitur, vel enim actu, vel poteſtate. Sed qua ratione color actu, itémque ſonus, ſit idem atque diuerſum, à ſenſibus actu, hoc eſt à viſione & auditione, in libris de anima expoſitum eſt. Quid verò vnumquodque illorum, ſenſum actúmque efficiens ſit, nunc declaremus.

Vt ſcopum ſuum magis adhuc pateſaciat, illius diſtinctionis meminit quæ in libris de anima non ſemel propoſita atque explicata fuit. Etenim tam animæ,quàm obiectis tributa eſt. Dicitur autem tunc ſenſile eſſe in poteſtate, cùm ſenſus item ſub poteſtate reperitur: tunc autem in actu, cùm & ſenſus in actu, ſenſile inquam in actu vocatur, non cùm eſt diſpoſitum ad operandum, afficiendúmque ſenſum, ſed cùm iam ſenſum afficit atque immutat. Eſt autē ſenſile actu idē cū ſenſu actu, quatenus ſenſile actu à ſenſu ſentitur, tunc enim quia ſenſus ſenſili aſſimilatur, idem cū illo euaſiſſe dicitur: diuerſum autē, quia ratio vtriúſque diuerſa eſt: aliud enim ſenſus eſt, aliud ſenſile, hoc item agentis, ille patientis munus obtinet. De his igitur hoc modo ſe iam egiſſe monet Philoſophus. In ſequentibus verò alio modo, nimirum qua poteſtate ſenſilia ſunt, de iiſdem acturum ſe eſſe pollicetur. Voco autem ſenſilia poteſtate, quæ licet naturam aliquam conſiſtentem ſeorſim habeant, vt color in tenebris, itémque in lumine, ſed abſente ſenſu recipiente, nondum tamen ad ſenſum referuntur: idcircóque actu quidem color eo tempore dicetur, ſed ſenſile tantùm poteſtate. A B

Ὥσπερ οὖν εἴρηται περὶ φωτὸς ἐν ἐκείνοις, ὅτι ἐστὶ χρῶμα τοῦ διαφανοῦς κατὰ συμβεβηκός. ὅταν γὰρ ἐνῇ τι πυρῶδες ἐν διαφανεῖ, ἡ μὲν παρουσία φῶς, ἡ δὲ στέρησις ἐστὶ σκότος. ὃ δὲ λέγομεν διαφανές, οὐκ ἔστιν ἴδιον ἀέρος, ἢ ὕδατος, οὐδ᾽ ἄλλου τῶν οὕτω λεγομένων σωμάτων, ἀλλά τις ἐστὶ κοινὴ φύσις καὶ δύναμις, ἣ χωριστὴ μὲν οὐκ ἔστιν, ἐν τούτοις δέ ἐστι, καὶ ἄλλοις σώμασιν ἐνυπάρχει· τοῖς μὲν μᾶλλον, τοῖς δ᾽ ἧττον.

29 Quemadmodum igitur ibi dictum eſt, lumen eſt color perſpicui ex accidenti. Etenim cùm aliquid igneum perſpicuo ineſt, præſentia illius lumen eſt, abſentia tenebræ. Quod verò perſpicuum vocamus, non eſt C quid aeris, aut aquæ, aut alterius ex corporibus ita nuncupatis, propriū: ſed communis quædam natura & vis, quæ certè ſeparata non eſt, ſed in illis aliíſque corporibus ineſt, & in his quidē magis, in his verò minus.

De coloribus tractatio inſtituitur. Quę tota vt planior reddatur, agè in tres præcipuas partes diſtribuatur. Prior, in qua nunc verſamur, principia colorū continet. Secunda, definitionem ipſam coloris venatur atque proponit. Tertia, ſpecies & differentias eorundem declarat. Abſoluuntur hæ omnes in tertio hoc capite, quas nos ſuis locis indicabimus. A duobus igitur principiis, nempe lumine & διαφανεῖ, tota colorum ratio præcipuè pendet. Idcircò Ariſt. in hoc contexł. nonnulla primùm de lumine, mox de διαφανεῖ alibi iam declarata paucis repetit, atque ſupponit. Quam rationem dicendi ſequentes, contextum in duas partes diſtribuemus: Prior de lumine eſt, quòd formæ vicem D gerat. Poſterior de diaphano, quòd materiæ inſtar & ſubiecti hac in re obtineat. Lumen ergo, colorem perſpicui ex accidenti eſſe, in libris de anim. iam oſtenſum fuiſſe proponit: ſed vbinam? Profectò nonniſi in cont. 69. vbi ait, Lumen eſſe veluti colorem diaphani. Primùm ergo accipiatur, quod Auerroes ibi monet, per διαφανὲς ſcilicet id intelligi quod non definitum ſiue terminatum eſt, cuiuſmodi aer: qua de re infra. Dicitur itaque lumen eſſe veluti color huiuſmodi διαφανοῦς, quatenus quemadmodum per colorem, corpus coloratum, quà coloratum ſub aſpectum cadit, ita per lumen tantū, corpus διαφανὲς aſpicitur. Eſt ergo lumen perſpicui actus & forma, veluti color corporis colorati: atque hinc fit vt dicere poſſimus hanc definitionem ab illa quæ initio

con-

A contextus 69. ponitur: ita verò habet. Lumen est actus pellucidi quatenus pel
lucidum est. Indicio est quod Aristoteles priorem illam à nobis adductam,
tanquam huius interpretem statim subdit. Verbum autem κατὰ συμβεβηκὸς illud
vult, quod sequentia verba disertè declarant; nimirum lumen inesse perspi-
cuo cùm corpus adest igneum, vel eius generis aliquod, id est non à princi-
pio intrinseco diaphani, sed extrinseco, corpore scilicet illustrante: idcircó-
que non per se, sed ex accidenti siue per aliud, diaphanum lumen habere, lu-
ménque diaphanum colorare dicitur. Non ita de colore se habet: causam si-
quidem coloratum omne, sui proprii coloris in seipso obtinet. Hæc Alexan-
der & Simplicius, imò Aristoteles ipse in contextu vt patet, & in secundo de
anim. cont. 68. cùm lumen extraneum diaphani colorem vocat. Quare qui læ
ues quasdam & minutas speculationes pro huius loci explicatione commen-
ti sunt, tenebras luci offuderunt: atque vtinam quæ afferunt non omnia am-
B bagibus, atque absurditatibus scaterent. Nam præterquam quòd impropriè
dicatur lumen tunc dici esse in pellucido, quando colores percipiuntur: cùm
è contra potius & à priori, ex secundo de anim. cont. 67, & 73. tunc tantùm co
lores percipi, cùm lumen est in pellucido, sit affirmandum, falsum est etiam
& à mente Aristotelis alienum, quod hinc colligunt, Lumen scilicet idcircò
dici colorem ex accidenti, quia cum coloribus sentiatur, non autem ipsum
per se. Primùm enim tam lumen ferit oculos nostros, quàm color, licet aspe-
ctum non terminet vt color, vt ex secundo de anim. context. 71. elicitur. Præ-
terea Philosophus in præsenti contex. non docet, lumen videri per accidens,
sed esse colorem diaphani ex accidenti. Iam verò quod addunt, ex Themi-
stio & Simplicio, Lumen idcirco quoque dici colorem, quia causa sit inspe-
C ctionis colorum, & receptionis eiusdem in pellucido, nisi dextrè intelligatur,
falsum est: lumen enim ad videndum, non est necessarium ex parte coloris
(habet enim color in seipso causam vt sit spectabilis) sed ex parte diaphani,
quatenus illuminando ipsum in actu esse facit, quod quidem color præstare
non potest, cùm lux non ita pura, sed ob mixtionem corporis obumbrata im-
perfectáque sit. Id præterea quod subiiciunt, ex accidenti nempe colorem vo
cari, quandoquidem quæ quarto modo per se aliquid esse dicuntur, hoc mo-
do se habeant, nullam vim ad explicandum contextum habent. Hîc siquidem
comparatiò fit inter lumen & διαφανὲς, non inter lumen & colores. Nec magis
Alexander, qui putauit nonnulla verba ad hunc contextum addenda & in-
terponenda, audiendus erit: omnia enim hisce paucis plana sunt. Porrò de
luminis natura, quæ Peripatetici pluribus alibi docuerunt, & Interpretes hîc
attulerunt, ad pauca reuocare & proponere libet. Lumen certè non est cor-
D pus, vt Antiquiores nonnulli putarunt, licet moueri, flecti, frangi, tandémq;
ex se subsistere videatur: quomodo nanque actus διαφανοῦς esset? quomodo item
in instanti moueretur, quandoquidem illuminatio medij non per partem
post partem, sed simul momento fiat? Subsistit autem in corpore luminoso, &
ad illius motum, flexionem, & fracturam, moueri, flecti, frangique & ipsum di-
citur. Non est item spiritualis substantia à Sole egrediens, vt Plato persæpe
asserit: substantiarum enim penetratio admittenda esset, duóque corpora si-
mul in eodem loco reperirentur, lumen siquidem Solis, & cælum, & ignem,
& aerem penetrat: non perciperetur item à sensu, cùm nulla spiritalis natura
sub sensum, qui corporeus est, cadere possit. Erit ergo lumen si in se spectetur,
nil aliud quã lucis à qua veluti effectũ profluit, similitudo. Est enim lux cor-
poris cælestis peculiaris & actiua, qualitas nullũ prorsus contrariũ obtinens.
Participatio illius in διαφανεῖ lumen dicitur, in opaco color: qua ratione lumen

lucis effectum similitudinémque nuncupauimus. Dicitur autem actus perspicui, quatenus tantum, ipsum spectabile reddit: idcircóque ex accidenti illius color ab Aristotele vocatum est. Transeo nunc ad secundam contextus partem, vbi de διαφανεῖ agitur. Docet perspicuitatem non esse qualitatem aliquam propriam, aut aeris, aut aquæ, aut alterius eiusmodi corporis, sed communem potius naturam corporum omnium perspicuitatē obtinentium, ac si diceret aer (aut quoduis huiusmodi corporum dicas) nō quaten⁹ aer διαφανής est, ita vt sibi propriè passionē hanc vendicet, aliis verò per accidens contingere dicatur: sed quatenus naturam hanc habet, quę communis omnibus est. Cunctis igitur huiuscemodi corporibus per se inest hæc qualitas, vt suprà capite secundo monuit Aristoteles, nulli tamen propriè, vt in contextu 68. secundi de anim. tradidit, tunc enim aliis per accidens tribueretur. Qua argumentandi ratione vsus est Aristoteles in secundo de anim. cont. 134. vbi sensilia communia non propria alicuius sensus, sed per se communia omnium esse co probat, quòd secus per se ab vno, ex accidenti ab aliis perciperentur. De perspicuitate autem, non est quòd plura dicamus, quàm qualitatem quandā esse, quæ corpori cælesti, igni, aeri, aquæ, mixtísque nonnullis, vt crystallo, gemmísque, per naturam nomine carentem conuenit. dico nomine carentem, quia neque à spiritualitate (vt ita dicam) neque à raritate rei (vt videri alicui posset) proficiscitur. Multa nanque spiritalis naturæ itémque rara sunt, quorum tamen nullum διαφανίαν obtinuit: quò fit vt à nonnullis dictum sit, διαφανίαν nil aliud quàm ex natura raritatis & spiritalitatis participe, quasi resultantem affectionem esse: id etiam ostendi verbis Philosophi aliquo modo posset, cùm ait in contextu 68. suprà citato διαφανίαν cælo & his inferioribus esse communem, ob eandem naturam quæ in vtrisque reperitur. Vnum quod Alexander pro re hac docet annotare item placet, cætera ex ipsomet petantur. Illud verò est, perspicuitatem idcircò dici, quia ea tātùm media lucéque præsente, aspectus in rem obiectam coniici possit. Cæterùm, quo ad contextus verba attinet, illa quæ habent (quæ certè separata non est) vario modo ab Interpretibus, &, ni fallor, ab omnibus malè explicantur. Thomas Communia illa re separata à Platone inducta, innui atque explodi his in verbis putat, ac si διαφανίαν quid huiusmodi non esse, sed in ipsis corporibus esse suum obtinere doceamur. Atqui Aristoteles non absolutè de natura διαφανείας loquitur, vt quærere nunc debeat, vtrum per se separata existat: sed in ordine ad corpora in quibus inest, ad quæ respiciens, separatam non esse affirmat: à sensu igitur Aristotelis aliena est (licet vera) expositio Thomæ. Alexander quem permulti sequuntur, idcircò διαφανίαν separatam non esse dici putat, quia cùm qualitas quædam sit, nonnisi alteri inhæret, ex priori de ort. & int. cont. 8. Sed iam vel cuilibet notum est accidentia à substātiis non separari: atque hoc Aristoteles non modò in loco iam citato, sed sæpius inculcat: quorsum ergo nunc id de διαφανείᾳ: Dicendum est ergo διαφανίαν eatenus inseparabilem dici, quatenus nō est per se vnius illorum corporum propria, sed omnium communis: ac si ita loqueretur: διαφανεία non separatur ab aliis, & determinatur ad vnum, sed in omnibus reperitur, licet in hoc magis & in illo minus, & hoc iure, cùm qualitas sit & accidens, quod magis & minus recipere valet. (Et in his quidem magis). Thomas horum verborum occasione, Lucidorum corporum omnium & διαφανῶν gradus proponit. Quos paucis additis & mutatis, quòd ad verba Philosophi explicanda valeant, & ex Alexandri digressione sumantur, hîc apponere & in Tabellæ descriptionem redigere placuit.

A

In genere Spectabilis communiter accepti aliquid se habet vel vt

Actus
Est ipsum Lumen quod reperitur primò

In corpore cælesti: mox

In inferioribus.

Sol

alia Astra ordine.

Ignis

Corpora illa quæ noctu tantùm, ob exiguitatem sui luminis lucent.

Potestas
Est id quod propriè lumen suscipere potest.& vel

Est perfectè ad actum deductum, atq; adeò lumine plenũ, vt nil huiusmodi vlterius suscipere; quin & lumen ex sese emittere possit.

Non recipit lumen nisi sola superficie.
Terra
Quæ maximè distat à cælesti corpore.

B

Non obtinet ex se lumẽ in actu, sed ipsum recipere potest: Diaphanũ vel

Per totum illustratur corpora cælestia exceptis astris: indicio est, quòd videmus stellas octaui orbis.

C

Ignis in propria sphera ob sui puritatem & raritatem.

aer

D

aqua

mixta quædam in quibus aer vel aqua dominatur.

Ὥσπερ οὖν καὶ τοῦ σωμάτων ἀνάγκη τι εἶ) ἔσχατον καὶ ταύτης.

30 Vt igitur corporum necesse est aliquod extremum esse, ita huius. A

Iam incipit indagare & quasi venari coloris definitionem. Quod facit colligendo nonnulla ex principiis positis. Dixerat perspicuum communē quandam esse naturam, quæ à corporibus illiusmodi separari nequiret. Infert nūc ex eo, perspicui terminum quendam esse oportere. Illatio certè valet, quandoquidem corporis cuiuslibet physici, vel simplicis vel compositi finita magnitudo, & cuiusuis finitæ magnitudinis, aliquis terminus sit. Hæc satis nota sunt ex priori de Cælo, à cont. 33. vsque ad 75 & tertio phy. à cont. 42. ad 46, & ad finem etiam vsque. Consequutio valet, quoniam (vt ait Alexander) cùm corpus physicum, corpusque diaphanὲς vnum idemque numero sint, ratione tantùm discrepātia, non modò tam huius quàm illius aliquis terminus, verùm & idem prorsus erit. Quemadmodum autem, ratione tātùm differunt corpus physicū & diaphanὲς: si quidem quà diaphanes, vt antea monuit Arist. B magis & minus recipit, qua vero corpus physicū, nequaquam: ita & hi termini ita se habebūt vt subiecto sint idē, ratione tamen differentes. Corporis terminus est superficies itemque diaphanοῦς: sed huius per accidēs, quatenus nēpe per se terminus est corporis naturalis, cui accidit esse diaphanὲς. Ecōtra per se termin⁹ corporis diaphanοῦς color esse dicetur: per accidens verò corporis physici, quaten⁹ scilicet superficiei accidit. Hinc patet superficiem & colorem re idem esse, ratione differre: si quidem hic vt qualitas, & vt per se terminus diaphanοῦς: illa verò vt quantitas, & vt per se terminus corporis physici consideratur. Colligatur itaque Diaphánῳ eatenus tantùm (qualitas enim quædam est & ex se non subsistēs) quatenus cum corpore naturali eadē efficitur, i. vt loquuntur, idētificatur, terminū obtinere. Nonnulla hîc annotauit Thomas ad definitionum rationem pertinentia, quæ vt alicuius vsus sunt, ita quin paucis à nobis illustrarentur prætermittendum fuit. In definitione accidentium (ait C ipse) semper subiectum ponitur. Addendum est, Accidentia non vnicam definitionis rationem obtinuisse. Primùm enim eam definitionem habent (omitto illam quæ à rebus aduentitiis ducitur) quæ ex definiti genere, ac differentiis constans, in substātia verissimè locum habet: præterea aliam que causam exprimit à qua causa ita pendet affectio, vt per eam fit & conseruetur. Atque hæc adeò vera & certa omnium præsertim propriarum affectionum definitio est, vt si proprium illarum genus, & proprias differentias afferamus, nomen duntaxat explicasse videamur. Prior igitur illa quæ genus & differentiam in definiendo adhibet, necessariò subiectum continet, aut expressè aut saltem occultè. Nam si dicas virtutem esse habitum in mediocritate consistentem, dum habitum profers, certè significas virtutem in aliquo subiecto reperiri (habitus enim est rei habentis habitus) in anima nempe sentiente & appetente. Fortasse autem excipienda est quantitas, quæ cùm principium D tantùm patiens sit, & imperfecta quædam forma, nullam sibi propriam materiam exigit, idcircóque sine materia & subiecto à mathematicis definitur. Adhæc animaduertendum est, Illud quidem verum esse, accidentia omnia per subiectum definiri, quandoquidem, sola substantia ex se consistat, reliqua verò omnia in ipsa esse habeant, ab eáque nequeant separari. Sed intereà ponendum est discrimen inter ea quæ maximè propria accidentia vocantur, quas proprias affectiones in secundo modo eorum quæ per se dicuntur collocatas appellamus, & accidentia per accidens ab Auerroe septimo metaphy. comm. 18. vocata, id est quæ nullum sibi certum subiectum determinant: illa siqui-

siquidem per proprium, vt Aristot. 16. cont. 41, & alibi fatetur: hæc vero per A commune definiuntur. Addit Thomas, In definitione accidentis abstracti subiectum differentiæ instar, in definitione autem concreti, generis munus, obtinere. De affectionibus proptiis illud annotare placet: (nam reliqua de his ac de cæteris accidentibus, notum est quid Auerroes. 7. metaphy. 15, alibique, & alii interpretes infinitis propè in locis tradiderunt.) Quemadmodum differentia apud logicum, partim ad genus cuius est differentia refertur, quatenus nempe illud constituit, partim ad categoriam qualitatis, quatenus respōdetur in quæstione quà quale quid sit quæritur: ita propriam affectionem apud eundē logicum, partim referri ad secūdam speciem qualitatis, quatenus quale denominatiuè subiectum reddit, partim autem ad genus in quo suum subiectum & causa à qua pendet continetur, quatenus nempe per subiectum B & causam illam definitur. hoc elicitur ex Aristot. primo post. analy. cap. 7, & 17. quocirca nil Thomæ repugnabit, quod Auerroes in septimo metaphy. comm. 13. scripsit, subiectum scilicet, diuersam habere naturam ab accidentibus, ac proinde eorum genera poni non posse: quod Eustratii quoque authoritate secundo post. analy. comm. 127. comprobari posset. Sed consulendus est hac de re Auerroes 7. metaphy. comm. 14. 15, & 18, & quæ Zimara annotauit. Accommodat deinde Thomas, hæc omnia ad contextū; colorem nimirum definiendum esse in abstracto, idcircóq; Aristotelem, primò, id quod essentialiter color ipse est, id est, ipsum genus cœp isse inuestigare. Est enim (vt videbimus) nil aliud color quàm Terminus siue extremitas corporis diaphanùs. Nunc ad Aristotelem.

C Ἡ μὲν οὖν τοῦ φωτὸς φύσις ἐν ἀορίστῳ διαφανεῖ ἐστι. τοῦ δ' ἐν τοῖς σώμασι διαφανοῦς τὸ ἔσχατον ὅτι μὲν εἴη παντὶ δῆλον.

31 Est luminis quidem natura in interminato perspicuo, eius verò perspicui quod in corporibus inest, extremū quiddā esse omnibus constat.

Subobscura est, horum verborum cum superioribus connexio. Putant aliqui: Quia suprà dictum fuerat lumen esse colorem per accidens, ne quis existimaret, lumen verum esse colorem, hîc statim doceri, quid inter lumen & verum colorem intersit. Sed percipi sanè satis superque, discrimen potuit, cùm verbum illud κατὰ συμβεβηκός in definiendo lumine additum est. Præterea nullum adhuc Aristoteles verbum de colore vero fecit: Alexander ista contempsit: Thomas exponendo magis, quàm connectendo attigit. Nos igitur, ob particulas illas, ἡ μὲν οὖν, iremque eas quæ sequuntur, τοῦ δ' ex definitione luminis D assignara aliquid aliud colligi, idq; simul cum priori iam concluso coniungi putamus, vt ex ambobus id quod de colore proponetur posthac planiùs reddi possit. Ideóque quemadmodum rectè Leonicus partem hanc à superiori disiunxit, ita eadem à sequenti etiam (si plana distinctáque omnia esse velimus) disiungenda fuit. Vt verò tota res percipi possit, illud ponendum est, quod etiam Leonicus admonuit, ex Alexand. in comm. 16. per vocem σώμασι corpora densa & solidiora intelligenda esse, quæ sensu magis per se constare percipiuntur. Indicio est, quòd his corporibus perspicuum interminatum opponitur, puta aer, vel aqua, quæ tamen corpora esse omnibus constat. Aliud insuper animaduerti oportet, nullum quidem esse perspicuum quod item non sit terminatum, id est, terminum suæ magnitudinis non habeat, eo modo quo antea fuit ostensum, & Aristoteles de aere, & aqua primo meteorologico declarat, aliquod tamen perspicuum interminatum dari,

quatenus nēpe, qualitatem illam perspicuitatis qua afficitur, non in vna tantùm sui parte sibi determinat, sed per totum diffusam obtinet: aliter quidem A
loquitur Thomas & Albertus, nimirum perspicuum interminatum, id esse, quod ex seipso siue in se nil habet, quo cerni possit, sed eôdem omnia recidūt. Huic verè opponitur perspicuum terminatum, terminatum inquam ratione perspicuitatis, non corporis cui inhæret, atque id est in cuius solùm superficie qualitas hæc reperitur, siue id quod habet aliquid in se determinatè, quò sub aspectum cadere queat, id est ipsum colorem. Nam, vt monebat Simpl. 2. de ani. cont. 69. coloratum per se visile est, in propria siquidē natura habet colorem, qui in lumine conspicitur: perspicuum verò per se visile non est. Nam lumen habet aduentitium, quo tantummodo quà perspicuum cernitur. Sed est insuper sciendum, terminum hunc in corporibus perspicuis alia etiam ratione considerari posse: quà nempe aliqua sunt proprio termino finita, vt terra, & sicca omnia: aliqua verò alieno tantùm, vt aqua & aer, & ipsa humida: B
hæc interminata, illa terminata vocantur, vt patet ex Arist. in secundo de ortu & int. & 4. meteorol. Docet igitur Arist. luminis naturam esse in corpore non terminato perspicuo, puta aqua vel aere, quæ perspicua sunt, & proprio quidem termino difficulter terminātur, facilè autem alieno: itemque, nil habent in se determinatè, quo conspici possint, ideóque vtroque nomine interminata dicuntur. At perspicui illius quod in corporibus densioribus & solidioribus inest, terminum aliquē esse constat: & hoc duplici ratione, tum quia corpora ipsa proprio termino definita sunt, tum etiam quia qualitatem illam in superficie solùm recipiunt, habéntq; aliquid in se determinatè, quò sub aspectum cadere possint, nempe colorem. Quocirca addit Aristoteles:

Ὅτι δὲ τοῦτό ἐστι τὸ χρῶμα, ἐκ τῶν συμβαινόντων φανερόν. τὸ γὰρ χρῶμα ἢ ἐν τῷ πέρατί ἐστιν, ἢ πέρας. διὸ καὶ οἱ Πυθαγόρειοι τὴν ἐπιφάνειαν χροιὰν ἐκάλουν. ἔστι μὲν γὰρ ἐν τῷ τοῦ σώματος πέρατι, ἀλλ' οὔ τι τὸ τοῦ σώματος πέρας. C

32 Quòd etiam hoc ipsum sit color, ex accidentibus patet. Etenim color aut in extremo, aut ipsum extremū est. Quapropter Pythagorei, superficiem colorem vocabāt. si quidem in extremo corporis, non ipsum corporis extremum est.

Probat autem illud extremum corporis perspicui terminati colorem esse, duplici medio. Primū ex accidentibus sumitur, id est iis quæ sensu patent: nam conspicimus duntaxat colores in extremitatibus corporum ac superficiebus, quocirca dicendum erit colorē vel in superficie consistere vel ipsammet esse superficiem. At qui licet, vt egregiè docet Alex. in q. nat. cap. 2. & secundo de anim. cap. 39. terminus corporis naturalis perspicui quà corporis naturalis, superficies sit, quà perspicui color, simúlque color sit cum superficie: non tamen color est ipsa superficies, neque enim per se quantum est, sed fortasse per accidens: superficies autem per se quanta est, teste Aristot. primo cæli. cont. 2. & 3. metaphy. cont. 18. præterea omne corpus cum superficie & in superficie est, non tamen omnis superficies cum colore. neque enim omne corpus est perspicuum terminatum. Alterum igitur medium ab authoritate Pythagoreorū sumptum ita erit nobis intelligendū, vt non quasi probatum, (indicio sunt verba postrema contextus) sed ad simplicem confirmationem dilemmatis propositi sumptū afferatur. (In extremo corporis, nō ipsum corporis extremum est). Extremum corporis, vt corpus est, hîc intelligendum venit: alioquin manifesta repugnantia esset. Ex his patet quomodo color extremum D

tremum corporis dici, & non dici queat. Sed obiicere sanè posset aliquis, colores non in planitie sola hærere, vel extrà solùm esse, sed intus quoq; & corpus etiam ipsum totum imbuere. Nos verò iis omissis quæ ex Alexandro minus tutò possent afferri, absolutè dicimus cum Auerroe in quinto coll. cap. 29. colores non nisi in superficie colorati esse, idcircóque fieri, vt maiori ex parte temperatio partis in qua est color, alia sit à temperatione toti[us] colorati. Non sunt ergo colores in profundo, nisi (vt aiunt) in potentia, in potentia inquam, non vt colores in tenebris, (siquidem Aristoteles hîc colorem non in relatione sed in sua natura spectar) sed in potentia valde remota, &, vt aiunt, non verè. Neque obstat, quòd inciso ligno statim color in eius profunditate appareat, quia incisio illa ex accidenti huiusmodi colorem producit: quatenus nempe cùm primùm inciditur lignum, tunc ibi color verè incipit esse: fit enim ibi superficies rationem διαφανῶς terminati obtinens, ad cuius esse eum colorem assequitur tes scisa quem scisa temperatio exigit: nam color ex mixtione primarum qualitatum oritur, & iuxta earum variam temperationem mutantur. Atqui satis notum est densationem atque soliditatem tum lumen, tum colores etiam repellere. Si quis smaragdum, rubinum, adamantem, vitrū aut aliud quid huiusmodi obiiceret, in quorum profunditate, si extrinsecus cernantur, color appatet: respondendum est illos non veros sed apparentes ratione extrinsecæ superficiei colores esse: idemque prorsus his accidere, quod aeri, in quo colores multi ob lumen penetrans, & corpus valde transparens, persæpe conspiciuntur. Excipere sanè quis posset aduersus hæc, Colorem esse πάθος physicum, ac propterea intra superficiem quoque colorati corporis esse debere. Sed hæc quàm nil concludant paulò inferiùs aperietur. Illud magis in præsentia quæstione dignum esse videtur, quomodo Aristoteles eam tantùm extremitatem quæ est διαφανῆ terminati, colorem esse dicat: cùm gemmę suprà enumeratæ interminatę sint, pulcherrimis tamē variisq; coloribus imburæ. Item astra sunt corpora διαφανῆ, eáque terminata: quorum tamen extremitas non est color, sed lux. Verùm diluatur quæstio hoc modo: Primùm, Gemmas illas, corpora διαφανῆ esse, itemque terminata: mixta namque sunt ex lucido & opaco terreo. Indicio est quòd aspectū terminãt, quod interminata non efficiunt. Quòd si claré transpareat nil obstat, diaphánεια enim (vt suprà audiuimus) in his magis, in illis verò minus ob diuersam commixtionem inest. Astra verò corpora Διαφανῆ terminata esse nullus dubitat: alterius tamen naturæ sunt quàm hæc sublunaria, de quibus tantùm (quod suo proposito sat sit) loquitur Aristot. Ideóque Auerroes in digressione cont. 4. in secundo de cælo & in li. de sub. orb. Diapháνειαν non vniuocè, aut æquiuocè (vt quidam asserunt) sed analogicè vt disertè docet secundo de anim. comm. 69. sublunaribus & cælestibus conuenire tradidit.

Ἀλλὰ τὴν αὐτὴν φύσιν δεῖ νομίζειν ἥπερ καὶ ἔξω χρωματίζεται, ταύτην καὶ ἐντός. φαίνεται δὲ καὶ ἀὴρ καὶ ὕδωρ χρωματιζόμενα· καὶ γὰρ ἡ αὐγὴ τοιοῦτόν ἐστι. ἀλλ' ἐκεῖ μὲν διὰ τὸ ἐν ἀορίστῳ, οὐ τὴν αὐτὴν ἐγγύθεν καὶ προσιοῦσι, καὶ πόρρωθεν ἔχει χροιὰν, οὔθ' ὁ ἀὴρ, οὔθ' ἡ θάλαττα. ἐν δὲ τοῖς σώμασιν ἐὰν μὴ τὸ περιέχον ποιῇ τὸ μεταβάλλειν, ὥρισται καὶ ἡ φαντασία τῆς χρόας. δῆλον ἄρα ὅτι τὸ αὐτὸ κἀκεῖ κἀνθάδε δεκτικὸν τῆς χρόας ἐστι. τὸ ἄρα διαφανὲς, καθόσον ἐνυπάρχει τοῖς σώμασιν (ὑπάρχει δὲ μᾶλλον καὶ ἧττον) ἐν πᾶσι χρώματος ποιεῖ μετέχειν.

33 Sed eandem naturã oportet existimare quæ extrà, & quæ intus colora-
tur. Apparent autem aer & aqua colorata, etenim aurora huiusmodi est, A
sed ibi quidem, quoniam est in interminato: non eundem aer, & mare
colorem propius accedentibus, & à longè ostendunt. In corporibus au-
tem nisi quod continet mutationem efficiat, constans est coloris appa-
rentia: ex quo patet quòd idem & hîc & ibi susceptibile coloris est. Per-
spicuum igitur, quatenus corporibus inest, (inest aut magis & minus)
efficit, vt omnia colore participent.

Thomas contextum hunc cum superiori connectit hoc modo: Postquam
philosophus, genus in definitione coloris ponendum inuestigauit, nimitum
terminum esse, nunc differentiam adhibet, cuius vicem subiectum ipsum, ni-
mirum corpus διαφανὲς gerere ostendit, in quo tanquam in permanente aliquo
color omnis subsistit. Alexander aliter quidem videtur explicare, sed eadem B
prorsus sententia. Syllogismo res tota, hoc modo colligi & explicari potest:
Eadem prorsus natura quæ in corporibus non densis, siue (vt Aristot. loqueba-
tur) ἀορίστοις colores recipit, in corpotibus item solidis & terminatis colorum
capax est: Διαφανεία est natuta huiusmodi, in ἀορίστοις, i. interminatis, ergo & in
terminatis. Maior quæ ponitur ab Aristot. ita probatur: quia idem effectus ab
eadem causa proficiscitur, quare si perspicuitas est ratio formalis recipiendo-
rum colorum, optimè sequetur, vbicunque adfuerint colotes, ibidem perspi-
cuitatem quoque adfuturam. Minor ex se nota est: quandoquidem, cùm cor-
pora interminata transpareant, satis constat ipsa à coloribus non terminari.
Colores ergo ibi in diaphanεῖ tantùm subsistent. Aristoteles tamen ipsam hoc
probat signo. Etenim aer, aqua, res sunt colotatæ, & Aurora ipsa præsettim
huiusmodi est, id est, refert colorem. Illo enim tempore quod auroram voca-
mus, ob reflexionem radiorum solis orientis in aliquo corpore denso & con- C
sistenti, vt priori mereotol. docetur, ob clatitatem solis, & densitatem refle-
ctenris, colores quidam apparent subrubei, vel subcrocei, atquî colores illos,
aerem siue diaphanὲς in quo sunt, non terminare certũ est: ibi igitur reperiun-
tur: vt in diaphanεῖ. Ex quo colligitur eadem ratione, in solidis (quæ corpora
appellantur) colores in diaphanεία cuius termini sunt, suum esse habituros, i.
à corpote non quatenus corpus est, sed quatenus diaphanὲς tecipit: & hæc
omnino est illorum verbotum sententia quę in postrema contextus parte po-
sita sic habent. Tam diaphanίαν in terminatis, quàm in interminatis, coloris
capacem esse, solamque ipsam efficere, vt corpota colorentur: quandoqui-
dem, corpora non quatenus corpora, sed quatenus diaphanῆ colores obti-
neant. Porrò quæ Philosophus de constanria & incõstantia colorũ interserit,
eò spectant vt aliquod discrimen inter colores qui sunt in perspicuo termina-
to, & eos qui sunt in interminato esse doceat: atq; hoc quidem, ne quis eandẽ D
naturã tam in his quàm illis, colotis susceptiuam esse audiens, eodem protsus
modo colores quoque hîc & ibi se habere existimaret: sed hæc primùm con-
text⁹ verba expẽdamus. (Quæ exttà & quæ intus coloratut). Quæ in se sui co-
loris principiũ & causas habẽt, propriũq; ac peculiarẽ colorem obtinẽt (sunt
autẽ hęc corpora solida proprioque termino definita) intus colorari dicuntur.
Si Simpliciũ & Alexandrũ audiamus, quos summus Philosoph⁹ Simõ Portius
in libello de colorib⁹ sub initium sequitut, cum ait Colorẽ nil aliud esse vide-
ri, quàm facultatem quandã ex ipso subiecto alia atq; alia ratione temperato,
profectam: quæ vetó proptio colore destituta sunt, tantúmq; lumen quò per
totam

totã ſuam profunditatẽ illuſtrantur,& quaſi colore aliquo imbuuntur,extrin ſecus ſuſcipiunt,coloris extrà ſuſcipientia nuncupãtur: quocirca Ariſtoteles
A pro his verbo φαίνεται vſus eſt,neque enim veré ſed apparenter tantùm coloribus afficiuntur.Sed certè non video quid repugnet,quin ſimplicitet contextũ exponamus,hocmodo.Tã illa quę intus, id eſt interminata,quàm quæ extrà,terminata ſcilicet,eandẽ naturã coloris ſuſceptiuam habent: ſiquidẽ illa lumen in profundum recipiunt ,hæc colores extrà tantùm,nẽpe(vt dixerat) in ſuperficie. (Sed ibi quidẽ)Eadem ſanè natura vtrobique colorum capax eſt,non tamen eadem colorũ ratio.quandoquidẽ ibi, id eſt interminata quia extrà(vt alios ſequamur) lumen recipiunt,inconſtantẽ atque apparẽtem ſolummodo colorem obtinent. nam pro modo diuerſæ receptionis, ſeu reflexionis variámque diſpoſitionis & ſitus rationẽ cum extrinſecus illuminantis & recipientis,tum etiam aſpicientis, variæ oriuntur colorũ repręſentationes:
B quo fit vt non ſemper iidem ſiue cominus ſiue eminus ſiue dextrorſũ ſiue ſiniſtrorſum conſpiciãtur. Carbones mare , ſulphur,& aliquãdo nubes ſuper aquam,aut prata viridia tranſeuntes, collum columbæ,pennæ pauonum aliorúmque animalium fidem facere poſſunt. Sed Optici in his non minimã ſuæ artis partem habent,Ariſt. in tertio meteor. itémque primo eiuſdem tractationis,teſtis eſſe poteſt.At in corporibus,mixtis nempe & ſolidis,quę cauſam ſuorum verorum colorum in ſe poſſident,conſtantes,ac definiti colores conſpiciuntur.(Niſi quod continẽt mutationẽ efficiat). Obiicere quis poterat, colores quoque veros aliquando mutari.nam interpoſito,puta inter oculum noſtrum & coloratum,vitro viridi aut purpureo,omnia viridia & purpurea eſſe apparebunt. Tollit Philoſophus obiectionem, dicens niſi aer aut medium (περιέχον vocat ipſe)ob aliquam affectionem extraneam, mutationis efficiendæ cauſa fuerit.In memoriam reuocare oportet quæ Simplicius & Philoponus, aliíque interpretes ſcribunt, cùm illius propoſitionis veritatem excutiunt,
C quæ in ſecundo de anima.cont.63.ab Ariſt.profertur: ſenſum nẽpe,in ſuis obiectis propriis nunquam decipi poſſe.

Ἐπεὶ δ' ἐν πέρατι ἡ χρόα, τούτου ἂν ἐν πέρατι εἴη. ὥστε χρῶμα ἂν εἴη τὸ τοῦ διαφανοῦς ἐν σώματι ὡρισμένῳ πέρας. Καὶ αὐτῶν δὲ τῶν διαφανῶν, οἷον ὕδατος, καὶ εἴ τι ἄλλο τοιοῦτον, καὶ ὅσοις φαίνεται χρῶμα ἴδιον ὑπάρχειν κατὰ τὸ ἔσχατον, ὁμοίως πᾶσιν ὑπάρχει.

34 Quoniam verò in extremo color eſt, in huius certè extremo inerit. Quare color erit extremum perſpicui in corpore terminato. Et ipſorum etiam τῶν διαφανῶν,vt aquæ, & ſiquid aliud huiuſmodi, & quibuſcunque proprius videtur color ineſſe,eadem ratione per extremum in omnibus habetur.

D Si color in extremo eſt,& extremitas nõ niſi huius, id eſt perſpicui terminati eſſe poſſit,quæ omnia vera eſſe hactenus oſtenſum fuit,iure colligitur, integram hãc eſſe coloris definitionem. Color eſt extremitas diaphanorũ in corpore terminato perſpicuo. Quæ definitio ex parte probatur argumento topico,à minori nẽmpe ſumpto:nam ſi minus videtur in interminatis (quæ διάφανα vt ſuprà ſimpliciter vocat) quæ in profundum vſque recipiunt, colorem in extremo videri,& tamen videtur,ergo & in terminatis quæ lumini & coloribus magis ſua denſitate reſiſtunt,color in extremo tantùm conſpicietur.(Et quibuſcunque proprius color videtur ineſſe):id eſt quæcunque internum colorem non obtinent, ſed ab extrinſeco lumen veluti actum quendam & perfectionem accipiunt:quòd color illorum per accidens nũcupatur.Sed nil ob-

ſtat ſi dicamus Ariſtotelem his in verbis alios innuere colores, quibus per- A
ſpicua interminata imbui videntur, & quos ſuprà apparentes & inconſtãtes
vocauit. Animaduertendum eſt primùm, Ariſtotelem in toto hoc cont. vti
voce πέρατος, ἐσχάτου, non autem ἐπιφανείας. Quia illæ corpus reſpiciunt, hæc Dia
phanes, quocirca rectè etiam colligit Thomas, colorem non eſſe in genere
quanritatis ſed qualitatis ſicut perſpicuitas: extremum nanque & id cuius
eſt extremum in eodem genere collocantur. Neque moueat nos etiam, quòd
Auerr in lib. de ſub. orbis doceat, accidentium ſubiectum trinã dimenſionem
eſſe: nam licet colores in ſuperficie tantùm verè repetiri dixerimus: quia ta-
m ẽ corpus idem Diaphanum & naturale ſimul exiſtit, idcirco bene ſequitur,
colorem in exttemitate corporis naturalis exiſtentem in corpore eſſe. Et re-
ctius Alex. qui hinc elicit, quomodo color aliquando in extremo, aliquando
exttemum ipſum eſſe ab Ariſt. dicatur. Inſuper ſciendum eſt, Ariſtotelem hîc B
id præſtare quod pollicitus eſt, nimirum colorem ſecundũ ſui naturam ſimpli
citer abſoluteq́; cõſideratam definire. Nam ſi cum Ariſt. in ſecundo de an. di-
cere velimus, colorem eſſe Diaphanοῦς κινητικὸν in actu, iam non coloris ſolum-
modo naturam ipſam ſpectamus, ſed reſpectum quem ad viſum habet: motus
ſiquidẽ illius in Diaphanų viſionem producit: pro quare videndus erit Them.
ſecundo de an. cont. 66. Illud tertiò tenendum eſt, non cuiuſlibet coloris, ſed
veri ſolùm conſtantiſque eſſentiam hac definirione exprimi: Habent autem
iſtiuſmodi colores (vt diximus) eſſe ſuum in ſolidis corporibus & mixtis, quæ
quatenus aere, aqua, & igne conſtant (hæc autem ſimpliciter conſpicua ſunt)
quantumuis ab opaco terreo, vnde ſuam denſitatem & ſoliditatem accipiũt
offuſcentur, aliquatenus ſiue ſecundum quid perſpicua eſſe fatendum eſt.

Ἔστι μὲν οὖν ἐνεῖναι ἐν τῷ διαφανεῖ τοῦτο, ὅσπερ καὶ ἐν τῷ ἀέρι ποιεῖ φῶς, ὅτε δὲ μή, ἀλλ'
ἐστερῆσθαι. ὥσπερ οὖν ἐκεῖ τὸ μὲν φῶς, τὸ δὲ σκότος οὕτως ἐν τοῖς σώμασιν ἐγγίνεται τὸ C
λευκὸν καὶ τὸ μέλαν.

35 Accidit itaque ineſſe in perſpicuo, huiuſmodi quid, quod in aere lu-
men efficit, accidit etiã nõ ineſſe: vt ergo in aere, illud lumẽ, hoc tenebras
vocamus, ſic in corporibus album & nigrum generantur.

Hæc tertia illa pars eſt à nobis ſuprà enumerata, in qua ex ipſa coloris na-
tura, definitione explicata, diuerſas colorum ſpecies ac generationes colli-
git atque diſtinguit. A ſimplicioribus autem extremis exorditur, quòd hi a-
liorum mediorum cauſæ ſint, qui etiam ordo in libello de coloribus (vel au-
tor eius Ariſtoteles vel Theophraſt. fuerit) ſeruatus eſt. Vt vero plana ſit tota
Ariſtotelis ſententia, primùm hoc ſyllogiſmo colligatur, Vt ſe habet gene-
ratio coloris apparentis in diaphano interminato, ita colores veri in termi- D
nato: atquî generatio coloris apparentis, cuiuſmodi ſunt lumen & tene-
bræ, ex præſentia lucis & commixtione illius cum diaphano, vel illius ab-
ſentia gignuntur, ergo & veri colores, vt album & nigrum qui lumini & te-
bris reſpondent, ex præſentia lucis ac conſpicuitatis multæ aeris, vel aquæ, in
mixtione ex elementis conflata, aut eiuſdem abſentia, generantur. Maior po-
nitur ab Ariſt. in contextu: & eo confirmatur, quia colores veri, & apparentes
aliquam in repræſentatione ſimilitudinem habent, quæ non niſi ab aliqua
ταυτότητα proficiſci poteſt: ſiquidem diuerſa, aut diuerſo modo ſe habentia
nunquam idem efficient. Minor experientia patet, & illuſtratur ab. Ariſt. in
priori meteor. vbi de huiuſmodi coloribus apparentibus agit, de quibus nos
etiam infrà. Cõcluſio nota eſt, atq; idcirco Ariſt. in 5. de gen. an. c. 6. ait, habẽtia
plus aeris quàm aquæ albeſcere, quia aer plucẽs albedinẽ efficit, quẽadmodũ
ſpumã quoq; effici certũ eſt. (Accidit itaq; in perſpicuo). Intelligit perſpicua

terminata,ac si dicat,accidit in extremo perspicui terminati inesse (huiusmo
A di quid quod in aere lumẽ efficit)id est corp⁹lucidũ,siue lux. Cetera verba nota sunt. Notat Thomas, nigrum quidem colorẽ expriuatione lucis oriri, non tamen omnis lucis,alioquin(ait) nigredo albedini contrariè opposita non esset,vt infrà Arist.ca. de saporibus affirmat,sed pura illius priuatio.Clari⁹ dicamus:nigredo non esset color,quandoquidem lumẽ formalis causa coloris sit. Sed quomodo etiam contrariorum alterum,priuatio alterius dici possit, satis docet Auerr.x.met.comm.3.& 15. item 4. eiusdem tract. comm.27.& 2. Phy. comm.17.Idcirco sensus Aristotelis integer erit,colorem album ex multa lu-
B cis igneæ & conspicuitatis aereæ & aqueæ mixtione cum minimo opaci terrei, gigni, nigrum verò ex modici luminis conspicuique, multæ tamen opacitatis terreæ præsentia oriri. Indicio est , quia color albus visum offendit, multo siquidem lumine quod continet, æstheterium videndi disgregat,ideóq; Galen⁹ ex Thucydide,milites multos eo solo obcęcatos aliquādo fuisse narrat,quòd per niuem diutius iter fecissent.E cōtra color niger suo minimo lumine multáque opacitate oculorũ aciem congregat. Animaduertendum insuper est,colores quidem istos,album nēpe & nigrum Simplices dici,non quia ex vna tantùm re,vel natura, vel qualitate constent, quandoquidem ex mistione oriūtur:sed quia mediis coloribus comparati,qui ex illis cōflātur,vt Auerr.in tertio meteor.cap.de Iride asserebat, simplices dici possũt. Neque obstat author libelli de coloribus, qui colores istos simplices, simplicia elementa statim consequi docet:nam licet affectiones simplices, corpora
C simplicia sequi debeant, mixtæ verò mixta, vt de motu simplici & medio in priori de cælo ostensum est,color tamen albus & niger non sunt,vt diximus, simplices affectiones,quales fortasse diaphaνεία & opacitas sunt : præterea Autor non elementa ipsa pura & simplicia, qualia forsan non reperiuntur, sed qualia apud nos sunt permixta & alterata , intelligit. Tutius ergo, & propriè magis tam ipse quàm Ephesius in quinto de gen.anim.aetem lucidum quàm album appellasset.Colligitur in summa ex hoc cont.mixtionem multam vel minimam lucidi elementi cùm diaphano,& opaco,colorem album vel nigrũ efficere.Lux ergo,diaphanεία,& opacitas mixti,principia istorum:aliorúmque omnium colorum erunt, atquî continentur ista omnia in coloris definitione,imò ex illa eliciuntur,vt diximus.Est etenim color terminus perspicui terminati,atquî de perspicuo actu loquimur,quod non nisi lumine efficitur. Terminatum autem perspicuum,densum terreúmque corpus quod item opacũ est,suprà dicebatur.Multi hîc multa.Nos verò omnia tam quæ ab aliis, hîc rectè allata sunt,quàm quæ addi debere videbantur, paucis complectamur.Pri-
D mùm quæritur,quomodo albedo & nigredo principia habeant , cùm formæ simplices habeantur , ex illis siquidem colores medii omnes oriuntur. Prætereà,si principia ista sunt lumen vt forma, diaphanεςque vt materia, sequetur omnes colores eiusdem speciei εἰδικωτάτης futuros :consequutio patet,quādoquidem causæ eiusdem speciei specialissimæ sunt. Item quî fieri potest vt lumen causa formalis coloris dici possit,cùm non permaneat? Est enim lumẽ color per accidens,& pręsente corpore lucido adest,absente verò,tenebræ efficiuntur:item Lumen est color, ergo non principium coloris. De Diaphani etiam dubitatur:nam Diaphánεια est accidēs,quomodo ergo materia vel subiectum coloris esse poterit? Adde,colorem esse πάθος physicũ , igitur quatuor omnes causas habiturum:cur ergo Arist.duas tantùm enumerauit? De colore autem albo, seorsim aliqua quæstio fit:nam si multa Diaphánεια coloris albi causa est,ratio nulla extare videtur,cur ouum coctum,crudo sit albius:Tol

lenda est insuper repugnantia in Arist. qui secundo de gen.an.cap.2.5.6.niuẽ, sperma, ac spumam, ex multa tantùm aeris & aquæ mixtione albas esse ait, A
non alicuius lucidi. Postremò dubitatur, an corpus quà humidum magis quàm quà siccum ad recipiendos colores sit aptum. Priori quæsito satisfaciunt Alb. & Thomas hoc modo, verum quidem esse quod Philosophus docet, & argumentum non concludere nisi de primis atque simplicibus formis, cuiusmodi sunt elementorũ fotmæ, non autẽ de albedine & nigedine, quę ex mixtione primarum qualitatũ, concutrente tamen lumine vt forma, & Diaphan vt matetia, oriuntut. Alteri satisfaciemus, si consequutionem illius negabimus. Secus enim eadẽ ratione omnia mixta eiusdẽ speciei specialissimæ B
diccnda essent: siquidem ptinias quatuot qualitates, siue prima quatuor vocata elemenra habent, quæ omnium causæ sunt. Ideóque concludendum est, ad εἰδοποιὸν colorũ diuersitatẽ, diuersam principiorum proportionem satis esse, quemadmodum quoque diuersa primatum qualitatum proportio, ad diuersa specie mixta producenda sufficit. Si ergo quis vrgeat, effectus suas sequi causas, responderi vnico verbo poterit, Propositionem in causis effectorum ad æquatis proximisque, solummodo veram esse. Vnde, licet lumen & Diaphanis in sua latitudine & initio, eiusdem speciei sint: ad hanc tamen, & illam, vel aliam proportionem si redigantur, diuersarum specierum efficiuntur, diuersosque item specie effectus, gignunt. Tertiò Alexander. in quæst. nat. q.2, & in his comment. Auerroes, item secundo de an. comment. 67. tespondent, non lumen sed lucem formalem coloris causam esse, lucem inquam, quæ esse fixum & constans in corpore lucido, Sole nempe aut igne, obtinet. C
Quid verò lux à lumine, radio & splendote differat, non semel explicauimus. Ex his etiam patet quomodo quattum quæsitum expedire possimus. Nam lumen quidem ipsum, id est, lux in aere iam participata, colot nuncupatut ex accidenti, Lux verò coloris principium, nunquam sane color dicetur. Neque obstat Auerroem ibi ad lumen & Diaphanis coloris principia, opacitatem addere, & nos hîc ipsum sequutos addidisse. Nam, vt ostendimus, in his Aristotelis verbis, si non expressa, salrem tamen non obscura, illius mẽtio fit. Valeant ergo qui dicunt, idcirco Philosophum nullum de opacitate verbum fecisse, quòd illa non æquè vt lumen & Diaphanis ad colorum ortum concurrant: hoc enim ita absurdum est, vt nil in hoc genere absurdius dici possit, cùm suprà Aristoteles disertè sassus sit, conspicuum tantùm illud quod in corporibus densis (ita enim exponit Alexander omnium propè consensu) repetitur, causam esse vt colotes tecipiantut. Neque tepugnant etiam hæc iis quæ aliàs ex Auerrois sententia proposuimus, nempe lumen colotes non generare, sed illustrando medium, tantum efficere, vt color actu colot esse pos D
sit, teste Atistotele secundo de an. contextu 73. id est, vt species coloris per medium multiplicari & in oculo recipi queant, ac ptoinde idem Aristot. in eodem libro contextu 66. Colotem motiuum diaphanũs quod est actu, id est illuminati, esse tradit, Non inquam hæc repugnant: Quandoquidem ibi (ni fallor) Auetroes Auempacem eatenus impugnat quatenus is existimabat, colores in tenebtis potentia tantùm colotes esse non actu: cùm verò lumen accederet, non modò actu mouentes, sed actu colores effici: hîc verò nos asserimus, quidem ex eo quòd perspicuum actu terminatúmque in definitione coloris sumitur, lumen coloris veluti formam esse, in tenebtis tamen non cerni, quia lumen illud matetiæ affixum & debile, medium mouere non potest nisi lumen altetum extetnum adsit quod actu Diaphanis reddat:

quod lumen colores non generat(actu siquidem sunt)sed illos spectabiles red
A dit. Ardua quæstio est, & à multis exagitata, à nullo tamen ad exitum planè perducta. Quare ne commẽtarii nostri in maiorem quàm opus sit molem excrescant, in præsentia omittatur, vnum tantùm dicam, nos suprà hac sola ratione, colores in profundo verè non esse dixisse, quandoquidem internæ illæ partes lucidæ igneæque densitate offuscantur, ac non nisi in superficie colores integros atque absolutos quos temperantia mixti exigit, gigni vnquam posset. De Diaphan*ω*, iam suprà responsum est, cùm ex Alexandri sententia diximus. Διαφανὲς corpúsque naturale idem numeto esse: quare eatenus Diaphanὲς materia vel subiectum luminis dici posset, quatenus idem corpus naturale, itemque perspicuum est. De causarum numero diminuto, respõdeo falsum esse quod obiicitur. Nam omisso fine, quem ranquam notum reliquit
B Aristoteles, tres alias causas colorum numerauit. Est autem finis (vt ab illo exordiamur) perfectio facultatis videntis: perficitur siquidem facultas ipso actu. imò quid aliud actus est, quàm facultas semet educens ac prodens? Actus autem est receptio ipsa spectabilium, cuiusmodi certè sunt soli colores. Quãtùm ad alias causas: Dico Aristotelem dum asserit colores ex lumine & Diaphan*ω* cum opacitate oriri, tam formalem, quàm efficientem, & materialẽ causam explicare. Illa enim tria vicem harum omnium prẽstant, quemadmodum elementa quoque tam effectiuè quàm materialiter & formaliter, (vt loquũtur) quãuis non eadem vbique ratione, ad mixti constitutionem concurrere dicimus. Quatenus enim elementa sunt & substantiæ, materiam quasi exhibent: quòd verò ad qualitates attinet, formam & efficientiam. siquidẽ hæ duæ causæ aliquando eôdem coëunt: vt ex secundo de Phy. ausc. cont. 70 patet. Ita principia hæc colorum, quod ad materiã in qua fundamentũ habet, spectat (raritatem enim corporis, vel alias eius conditiones, Diaphan*ω* luminisque recipiendi aptitudo sequitur) materialiter concurrunt: quod verò ad i-
C psarum Esse formaliter atque Effectiuè. Quòd de Ouo obiicitur, ferè respondetur, illud nimirum cùm est coctum albius ex accidenti propterea reddi, quia calor ignis partes illa aqueas crassas consumit: quæ partes oui, inuicem distantes reddebant, nigredinémque siue opacitatem quandam sua multitudine efficiebant. Idem de gypso, calce, cineribus cæterísque huiusmodi coctione albescẽtibus dici debet. In summa, licet in istis aliqua Diaphán*ω* admittatur, quæ vt recipiens & materiale se habet, formale tamen, quod est lucidi participatio integrum manet, quin imò augetur, hæc Arist. in quarto mæt. & sec. de part. an. cap. 1. Rectè etiam hîc animaduersum est, aliud esse humidum aqueum comburi, & vstum corpori adherere, aliud cõsumi & euanescere: ex adustione siquidem illius fit color niger quod cernitur in lignis combustis, quæ in carbones abeunt, & cæteris id genus: Repugnantiam verò con-
D ciliare facile erit: in niue enim, spuma, & genitura cum conspicuitate aeris & aquæ, lucidum ignis permixtum est: quod quantum ad Geniturã attinet, notum est ex his quæ in c. 2. sec. de gen. anim. Arist. docet, multo scilicet spiritu qui ad naturam ignis accedit, ipsam esse refertam: accedit coctio, quæ sanè duo ita in genitura vt in lacte albedinem gignũt. De spuma itẽ non dubium est, licet enim ignis actu non adsit, aer tamen qui ibi reperitur & spiritus multus qui acquiritur ex multa cõcussione, calefit, atq; aliquid ignis obtinet. Oleum in aqua diutius concussum, exagitatumque nobis certè exemplo esse poterit. De niue Arist. & Alex. in priori meteo. de niue agentes, asserunt in ea copiam quandam siccæ exhalationis esse: indicio est, quòd liquefacta niue in vase, aliquid terrei semper manet. Sed hæc ad interpretes meteorologicos

pertinet: Nos postremum quæsitũ enodem⁹. Dicimus ergo neque corpus humidũ ex se quia perspicuũ est indefinitũ, neque siccũ solum, quia lumẽ arcet, ad recipiendos colores aptum esse: sed corpus humidũ cum sicco terreo mixtum, à quo humidi perspicuitas terminatur, potiùs tamen quà humidum est quàm quà siccum, coloris verum & immediatum esse subiectum. Si quis verò obiiciat, papyrum post combustionem dissolutam, aut ebur, aut marmor: haberur quid responderi possit, ex iis quæ de ossibus, de cineribus ac de perspicuitate aeris & aquæ albedinem generante, suprà allata sunt. Tantùm addo, ad multitudinem meatuum in ossibus & ebore, qui lumine,(vt aiunt) multo, sunt repleti, ad huius effecti rationem afferendam, non esse (vt multi faciunt) absolutè confugiendum. A

36 Περὶ δὲ τῶν ἄλλων χρωμάτων ἤδη διελομένοις, ποσαχῶς ἐνδέχεται γίνεσθαι λεκτέον. ἐνδέχεται μὲν γὰρ καὶ παρ᾽ ἄλληλα τιθέμενα τὸ λευκὸν καὶ τὸ μέλαν, ὥστε ἑκάτερον μὲν ἀόρατον εἶναι διὰ σμικρότητα, τὸ δ᾽ ἐξ ἀμφοῖν, ὁρατὸν οὕτω γίνεσθαι. τοῦτο γὰρ οὔτε λευκὸν οὔτε μέλαν οἷόν τε γίνεσθαι. Ἐπεὶ δὲ ἀνάγκη ἔχειν μέν τι χρῶμα, τούτων δ᾽ οὐδέτερον δυνατὸν, ἀνάγκη μικτόν τι εἶναι, καὶ εἶδός τι χρόας ἕτερον. ἔστι μὲν οὖν οὕτως ὑπολαβεῖν πλείους εἶναι χρόας παρὰ τὸ λευκὸν καὶ τὸ μέλαν. B

De aliis autem coloribus, iam diuidẽdo, quot modis gigni possint nobis dicendum est. Contingit enim, iuxta se positis albo & nigro, neutrũ illorum ob paruitatem conspici: quod verò ex eis conficitur, eo modo spectabile fieri: sed hoc certè neque album, neque nigrũ fieri potest. Cũ verò necesse sit, aliquem habere colorem, atque illorum neutrum esse queat, mixtum quidd, iuersámque coloris speciem esse oportebit. Ex quo intelligitur, præter album & nigrum plures esse colores. C

Declaratã extremorum colorum generatione, ad medios transit, medios (inquam) non omnes, sed eos tantùm qui ex veris coloribus miscentur. In libello quidem de coloribus omnes complexus est, id est tam eos qui ex veris, quàm qui ex apparentibus conflantur, quòd ibi particulares mixtionum huiusmodi causas, hîc vniuersales tantùm recensere, ipsius sit consilium. Porrò Arist. suum morem sequitur. Primùm nanque duplicem de tota hac re Antiquorũ sententiã cõmemorat, atque refellit, mox quid ipse sentiat, proponit. Vnã igitur Antiquorum sententiã de re hac huiusmodi fuisse tradit: minimas quasdam tam albi quàm nigri partes esse, quarum singulæ seorsim positæ cõspici non possint ob earum exiguitatem: si tamen in aliquo iuxtà ponantur, ob auctam molem sub aspectũ cadere, ita tamẽ, vt neque sub ratione albi, neque sub ratione nigri (si quidem sub ea ratione sint in cõspicabilia) sed cuiusdã tertii ex illis conflati, diuersámque speciem obtinentis, conspiciãtur. Ex quo rectè colligitur quàm plurimos esse colores præter duos extremos iam commemoratos. Hîc duo sunt animaduertenda, primùm Aristo. (vt infrà pluribus dicem⁹) Antiquos illos respicere qui corpora ἀδιαίρετα, id est indiuisibilia ponebant, idcircóque colores medios tunc gigni putabant, cùm extremorum colorum simpliciúmque vsque ad minima diuisio fieret. Alterum notandum, Aristotelem ea supponere quæ persæpe repetiit, album scilicet & nigrũ qualitates esse, quæ in subiecto corpore sunt, ac proinde ad coniunctionẽ illarum, subiectorum quoque vnionẽ sequi. (Eo modo spectabile fieri). Quia scilicet per iuxta positionem eorum, Quãtum maius, idcircóque spectabile factũ est. D

(Sed

(Sed hoc certe neq; albũ). Ratio est, quia ibi sunt tãtum minima albi, & nigri,
A quæ cerni non possunt. (Cum vero necesse sit). Nihil sub aspectũ cadit, nisi vel colore verè sit affectum, vel aliquam saltem colorati rationem secum afferat.

Πολλὰς δὲ τῷ λόγῳ, τρία γὰρ πρὸς δύο, καὶ τρία πρὸς τέσσαρα, καὶ κατ' ἄλλους ἀριθμοὺς ἔστι παρ' ἄλληλα κεῖσθαι. τὰ δ' ὅλως κατὰ μὲν λόγον, μηδένα, καθ' ὑπεροχὴν δέ τινα καὶ ἔλλειψιν ἀσύμμετρον. καὶ τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον ἔχειν ταῦτα, ταῖς συμφωνίαις. τὰ μὲν γὰρ ἐν ἀριθμοῖς εὐλογίστοις χρώματα, καθάπερ ἐκεῖ τὰς συμφωνίας, τὰ ἥδιστα τῶν χρωμάτων εἶναι δοκοῦντα; οἷον τὸ ἁλουργὸν καὶ φοινικοῦν καὶ ὀλίγα ἄττα τοιαῦτα, δι' ἥνπερ αἰτίαν αἱ συμφωνίαι ὀλίγαι. τὰ δὲ μὴ ἐν ἀριθμοῖς, τὰ ἄλλα χρώματα, ἢ καὶ πάσας τὰς χρόας ἐν ἀριθμοῖς εἶναι, τὰς μὲν τεταγμένας, τὰς δὲ ἀτάκτους, καὶ αὐτὰς ταύτας ὅταν μὴ καθαραὶ ὦσι, διὰ τὸ μὴ ἐν ἀριθμοῖς εἶναι, τοιαύτας γίνεσθαι. Εἷς μὲν οὖν τρόπος ὁ τῆς χρωμάτων γενέσεως, οὗτος.

B Multos autẽ proportione, Tria enim ad Duo, & Tria ad Quatuor, &
secundũ alios numeros iuxta poni possunt. Quædam verò cũ nulla pror
37 sus mutua proportione sunt, sed cũ quodã excessu defectúque incõmensurabili. Quæ sanè eodem se modo habere existimandum est, quo cõsonantias. Colores enim qui in numeris egregiam proportionem seruantibus reperiuntur, vt ibi consonantiæ, gratissimi omniũ colorum esse vidẽtur, cuiusmodi sũt purpureus, puniceus, & pauci alii eiusdẽ generis. Quã quidem ob causam, consonantiæ quoque non multæ sunt. Qui autem nõ sũt in numeris, alii sunt colores, aut certè omnes colores in numeris sunt, sed alii ordine dispositi, alii inordinatè, & hi ipsi cùm puri nonsint,
C quia in numeris non existant, huiusmodi gignuntur. Vnus igitur generationis colorum modus hic esto.

Ex mixtione illa inconspicabilium partium albi & nigri multos oriri colores declarauerat. Nunc rationem istius multitudinis in ratione & iusta quadam mutua extremorum proportione consistere affirmat, Etenim pro diuersitate illius, diuersæ item colorũ species prodeunt. Vt verò planiora sint quæ de Proportione loquitur, exemplum à discreto quanto, nempe à Numero sumit. Nam quemadmodum, variò modo numeri inuicem disponi queunt, puta Tria cum Duobus vt excedens, & cum Quatuor vt excessum, & cum aliis aliter, ita minima illa extremorum colorum. Ne quis verò putaret omnem excessum, omnémque defectum proportioni colorum generandorum inseruire, addit, rationalem quandam mensurã vbique exigi, si iusta excedentis & deficientis proportio dici debeat. Hanc verò mensurã rationalẽ consonãtiis vocum cõparat, quatenus scilicet, proportiones consonantiarũque rectæ sũt,
D intra quosdam certos limites continẽtur, ita vt illos excedere plurésque esse nequeant: quò fit vt non multæ etiam sint, Ita in coloribus se habere ait. Nam si nullus in mixtione minimorũ, proportionis gradus seruetur infinitam quidem colorum multitudinem, sed irrationabilem iniucundámque proponere licebit. Ex his colligit eos solos iucũdos aspectuíq; gratos esse colores, qui numerosam, vel æquàm ordinatámque proportionem seruant. Sed singula sunt perquisitius examinanda. Primùm autẽ, quod ad propositum facit, nonnulla verba Thomæ illustranda. Colligit ex Aristotele decimo metaphy. cont. 2, & 3. τῷ ἑνὶ ratione mensuræ propriè & per se conuenire, quòd indiuisibile sit: tatióque mensuræ certum & constans esse exigat, cuique nil addi aut subtrahi possit. Hoc item Vnum quod mensura est, in quantitate primùm reperiri,

mox ad alia genera deriuari idque in omni quātitate. Quod eo patet, quia cū
mēsura nil aliud sit quā id quo quantitas rei cognoscitur: omnes verò quāti- A
tas per vnū aut per numerū cognoscatur, omnisque numerus per vnum: rectè
sequitur omnē quantitatē cognosci per vnū. Sed quantitas duplex est. In di-
screta verò, vnū certè primò reperitur, quandoquidē vnū quod est mēsura, in
aliis speciebus quāti propriè non est, sed aliquid cui accidit vnū. In continua
ergo post discretā erit: & post continuā, in quātitatibus vt grauitate & motu,
quatenus rationem quantorum per excessum & defectū respectu suorū con-
trariorū induunt. In summa habetur, mensuram quid simplicissimum esse at-
que vnum: præterea, mensuratum à Mensura non differre, nisi quatenus
mensuratū est plures mensuræ simul. Proptereaque Aristot. inibi affirmabat,
Nil aliud esse vnitatem metiri Numeros, quàm vnitatem metiri vnitates: est
siquidem Numerus vnitatum multitudo. Accommodo nunc ad contextum
nostrum. In qualitatibus vt in coloribus reperitur vna huiusmodi mensura æ- B
quissima, simplexque inter colores extremos proportio, iuxta quam gratissi-
mus aspectui color, sed nobis fortasse ignotus oritur. Ab hac deinceps diuer-
sæ multiplicésque proportiones proficiscuntur: & quò magis ad metrum il-
lud vnum accedunt, eò iucundiores colores pariunt, quò verò magis ab illo
discedunt, iniucundiores. Nunc singula. (Multos proportione). Loquitur ex
sententia aliorum, quos mox impugnabit: ideóque proportio quidem tanquā
variationis colorum causa, ab Aristotele retinetur, sed non proportio qualē
hîc intelligit, nempe quæ per minimorum atque ἀφάτων corporum iuxtaposi-
tionem efficitur. Est autem ἀναλογία seu proportio, (vt vulgarem illam omittā,
quæ duo in vno communi συνωνύμῳ i. vniuoco cōparantur, puta Plato & Aristo-
teles in Physica sciētia) duarum quātitatum relatio, σχέσις seu habitudo mutua,
in ratione continentiæ, vt duorum ad vnū, duo siquidē, bis continet vnū, pro-
ptereaque oritur proportio dupla. Hanc diuidunt mathematici in rationa- C
lem & irrationalem: prior, quæ sola ab Arithmetico consideratur, est habitu-
do illa mutua duarum quantitatum, vna communi mensura commensurabi-
lium, vt bipes, & quadrupes. Pede enim multiplicato commensurantur. Po-
sterior verò, in qua Geometra æquè ac in priori versatur, in duabus quantita-
tibus continuis finitis, vna cōmuni mensura ἀσυμμέτροις id est incōmensurabili
bus spectatur: nec enim potest cōmunis aliqua mēsura assignari, qua lat⁹ qua-
drati metientes, eadem pro arbitratu sumpta diametrum illius ita metiri va-
leam⁹, vt nil prorsus excedat deficiátue. Sed plura de his Mathematici, nobis
hæc abundè. (Tria ad duo). Dicūtur ab Arithmeticis proportiones istæ ratio-
nales inæquales & superparticulares, in quibus scilicet maior numer⁹ minorē
semel cōtinet: præterea verò aliquā illius partē. Prior autē dicitur sexquialte-
ra, posterior sesquitertia, quod in illa nēpe, Tria semel duo cōtineat, itémque D
illius medietatē: in hac verò, Quatuor semel Tria cōtineat, tum illius partem
tertiam, teste Boetio libro 2. arith. cap. iii. (Quæ sanè eodem se modo habere
existimandum est quo Consonantias). Quoniam quid per proportionem in-
telligeret, in Numeris declarauerat, nunc quid per æquam & ordinatam
proportionem intelligendum velit, in Musica explicat: quod maximè ad
colorum proportiones rectas declarandas faciat, pertinet enim Musica ad
aures, veluti colores ad oculum. Vocat igitur æquam illam proportionem in
Musica συμφωνίαν. Συμφωνία verò, vt ex Boetio libro priori suæ Mus. cap. iii. liquet,
omnem musicæ modulationem regit, nec præter sonum (vt vox ipsa indi-
cat) efficitur. Sonus verò sine pulsu aliquo & percussione, ac proinde sine mo-
tu reddi nequit. Qui certè motus si tardior sit rariórque, grauem producit
sonum

A ſonum: ſi verò celerior ſpiſſiórque, acutum. Quo enim magis Teſtudinis fi-
des intẽditur, eo acutiorem ſonum reddit: quò magis remittitur, grauiorem.
Huius rei ratio nulla alia eſſe poteſt, niſi quia Neruus intenſus velociorem
pulſum percuſſionémve faciat, celeriúſque reuertens, frequetiùs ſpiſſiúſque
aerem feriat: laxus verò ſolutos & tardos pulſus habens, diutiúſque hæ-
rens, rarò imbecillitérque aerem percutiat. Neque enim quoties chorda pel-
litur, vnus tantùm editur ſonus aut vna fit percuſſio: Imò toties aerem fe-
riri, quoties chorda tremebunda quaſi abiens rediénſque percuſſerit, exiſti-
mandum eſt. Sed latet aures intercapedo huiuſmodi, ob iunctam ſonorum
velocitatem. Ex hoc itaque Graui & Acuto ſono Symphoniam conſtare
docent Muſici. Symphonias autem omnes Muſicas, ad Quinque potiſſimùm
proportiones præcipuas redigunt, quæ, quinque item aliis Arithmeticis re-
B ſpondent. Sunt verò illæ ſimplices quidem tres διὰ τεσσάρων, διὰ πέντε, διὰ πασῶν: com
poſitæ duæ, διὰ πέντε, διὰ πασῶν, δὶς διὰ πασῶν. Priori reſpondet in Numeris propor-
tio ſexquitertia, vt 4, & 3. Secundæ ſexquialtera vt 3. ad 2. Tertiæ Dupla, vt 4,
& 2. Quartæ Tripla, vt 6, & 2. Quintæ quadrupla, vt 8, & 2. Hæc Boet. capite
ſeptimo. lib. prioris eiuſdẽ tractarionis. Hîc illud non eſt prætereundũ, Ariſto
telem, non ita exempla conſonantiarum numeralium & Muſicalium propo-
nere, vt velit, illas cum mixtione colorum prorſus conuenire, quia ſequere-
tur quinque tãtùm ſpecies mediorum colorum eſſe, cùm plures tamen repe-
riantur. Similitudo ergo in eo duntaxat ſpectanda eſt, quòd veluti in Muſi-
ca, proportio determinati numeri Συμφωνίαν facit, ita in coloribus, certa iuſtá-
que proportio albi cum nigro (quam ipſe verbis illis ſignificat ἐν ἀριθμοῖς εὐ-
λογίστοις εἶ) particularem coloris ſpeciem vel magis vel minus iucundam pro-
ducit. (Cuiuſmodi ſunt purpureus, puniceúſque). Exempla ſunt colo-
rum in æqua illa proportione ſeu Symphonia albi & nigri exiſtentium. Diſer-
tè autem in priori Meteor. vbi de φαινομένοις loquebatur, colores hos duos
C ἁλουργὸν ſcilicet ſeu πορφυροῦν (idem enim ſunt) & φοινικοῦν, ex commixtione ignei
& albi & nigri apparere affirmauit. Eſt verò purpureus color qualis aliquan-
do in auium pennis ad lucem ſeu ſolem extenſis explicatíſque, atque in ma-
ri etiam ſublatis fluctibus, cerni contingit: Naturalis autem & reuera hu-
iuſmodi color in ſanguine Purpuræ marinæ; de qua Plinius libro nono ca-
pite trigeſimo ſexto, conſpicitur. Puniceus autem in flamma per ligno-
rum viridium fumum inſpecta, in Aſtriſque ipſis aliquando, per vapo-
rem in ſublime elatum denſiorémque redditum, apparet: reuera autem
& naturaliter eſt in Cinabari & draconteo, quod ex ſanguine animalis eſt,
vt Alexander in tertio meteorologico docet. Sed de his pluribus agere,
vanum eſſet. Tantùm igitur pro re hac moneo: Inter purpureum, & Puni-
ceum colorem hoc diſcrimen colligi, quòd Purpureus, tenuiori lumine
D albóque, & nigro mediocri inter ſe commixtis fiat, validiori autem & mul-
to lumine albóque, & nigro paucíſſimo, Puniceus. Gratos igitur nuncu-
pat hos colores Ariſtoteles, quia in viſione voluptatem producunt, vi-
ſionem, inquam, ſiue actionem ipſam & ἐνεργεῖαν videndi non vim facul-
tatémque animæ: diſiuncta ſiquidem iſta duo ſunt, niſi Megarenſium ſi-
miles haberi velimus, qui dum nihil agimus, facultate etiam agendi, nos
planè deſtitutos exiſtimabant. Viſionem autem tunc voluptate affici,
cùm & facultas ipſa videndi bene eſt affecta, & multa in coloribus ex-
trinſecus obiectis (ab his enim duabus cauſis potiſſimis viſio pendet)

m. ii.

cũ facultate conuenientia,naturæq; consensio adest,satis omnibus constat. A Qualis verò in coloribus consensus, proportióque ista cũ facultate videndi esse debeat,adMedicum potius quàm ad physicũ declarare pertinet. Galenus nonnulla de re hac, in 4. de sympt. causis, cùm de visu loquitur. (Et pauci alii.) Plures sunt dissonantiæ quàm consonantię,itemque colores insuaues,iucundis. Bonum siquidem (ad quod consonantia refertur) ex causa integra quæ vna est, constare Aristoteles, & Dionys. docent. Malum verò ex quocunque defectu: idcirco licet in bonis, & consonantiis, gradus quidam recti seruati possint,semper tamen plures erunt qui ab integra causa recedunt, quàm qui ad ipsam accedunt. De coloribus item dicendum est. (Sed alii ordine dispositi,alii inordinatè.) Omnes colores in quadam proportione sunt.(quod vocat Arist. ni fallor ἐν ἀριθμοῖς [illegible]) sed nõ omnes ordinatè & purè, id est, Alexan. explicante, non similiter siue eadem ratione per totum commixti. Leonicus ex B Thoma sumens, exemplum affert, hoc modo, vt si iuxta duo alba vnũ nigrũ sit positum, & iuxta alia duo rursus vnum nigrum, & sic deinceps, pura & ordinata mixtio nuncupabitur: cõtraria verò illi, imputa & inordinata. Ab ea (vt postremò colligit Arist.) colores suaues, ab his tristes proficiscuntur.

Εἷς δὲ τὸ φαίνεσθαι δι' ἀλλήλων, οἷον ἐνίοτε οἱ γραφεῖς ποιοῦσιν, ἑτέραν χρόαν ἐφ' ἑτέραν ἐνεργεστέραν ἐπαλείφουσιν, ὥσπερ ὅταν ἐν ὕδατί τι, ἢ ἐν ἀέρι βούλωνται ποιῆσαι φαινόμενον, καὶ οἷον ὁ ἥλιος καθ' αὑτὸν μὲν λευκὸς φαίνεται, διὰ δὲ ἀχλύος καὶ καπνοῦ, φοινικοῦς. πολλαὶ δὲ καὶ οὕτως ἔσονται χρόαι τὸν αὐτὸν τρόπον τῷ προτέρῳ εἰρημένῳ. λόγος γὰρ ἂν εἴη τις τῶν ἐπιπολῆς πρὸς τὰ ἐν βάθει. τὰ δὲ ὅλως οὐκ ἐν λόγῳ.

38 Alter autem, vnum colorem per alterum cerni. Quemadmodũ aliquã dopictores faciunt, super euidentiorẽ aliquem colorem, alterũ inducẽtes, C cùm nempe aliquid in aqua vel aere videndum præbere volunt. Et quẽadmodum sol, qui per se quidẽ albus apparet, & per caliginem & fumũ puniceus. Porrò, hac etiam ratione, multi colores erunt, iuxta modum antea expositum. Proportio nanque aliqua colorum qui in superficie sunt, cum iis qui in profundo, in aliquibus erit, in aliis verò nulla.

Alteram nunc tractat opinionem quæ non per iuxtapositionem partium minimarum albi & nigri, sed per vnius alterius superpositionem, colores medios oriri astruebat. Eam verò primũ simpliciter proponit: mox exẽplis solis cum ab arte tum à natura petitis, declarat: postremò qua ratione distinctorũ iucundorumque colorum ratio, iuxta hanc sentẽtiam sumenda sit, paucis explicat. Prior contextus pars, & secunda (ni fallor) Alexãdrum & Latinos dece D pit. Putant siquidem hi Antiquos illos existimasse album & nigrum solùm ueros colores esse, reliquos verò omnes ex diuersa superpositione ortos, apparentes. Quæ certè interpretatio reiicienda est. Quandoquidem nulla ratio est, cur potius colores medios per iuxtapositionem partium minimarum productos, veros esse censeamus, alios verò per superpositionem apparentes. Præterea, ex quonam tandem, aut ex quibus Aristotelis verbis hoc consilium Antiquorum expiscentur, non facile est peruidere: Quinimò vt ex Tertia contextus parte cõstat, multos secunda hęc opinio colores, veráque & non apparentia principia habentes, ponit. Item multiplicationi eorum causam eandẽ assignat, proportionem nimirum inter album & nigrum, nõ iuxtà, sed vel suprà positum, à qua etiam diuersa positione συμφωνίαν & ἀσυμφωνίαν eorundem sumit. Neque obstat, quod exempla ab Arte & Natura in apparentibus coloribus sumantur, hoc enim fit explicationis gratia: quod satis verbum illud indicare

dicare potest ἀνωνύμως. Esto igitur in summa, hac quidem opinione posita,
A sequi, colores medios eo modo productos non veros esse, sed apparentes: Antiquos autem illud existimasse, non item. (Vnum colorem per alterum cerni). Sensus est, ortus colorum mediorum pendet à præpositione aut postpositione extremorum inuicem ita suppositorum vt vnum quasi per aliud cernatur. Quæ explicatio petitur ex ipsius Aristotelis verbis. (Quemadmodum aliquando pictores.) Hæc est secũda pars, exemplum cõtinens ab arte picturæ sumptum. Habet autem (vt rectè à doctissimis viris traditum est) Pictura partes tres præcipuas, in quibus versatur: σκιαγραφίαν, id est delineationem, vmbram, & colorẽ: nam cùm in plano corpora effingere cogatur, non modò colorũ, sed aliarum etiam duarũ partium auxilio indiget: quib' etiã fit vt omniũ aliarum artiũ quę in repręsentando versentur, difficilior sit, & nobilissima. Istarũ siquidem partiũ ope, non solũ effigiem rerũ animatarũ aut in
B animarũ vt sunt: verũ etiam mentis affect', voces animaliũ, tẽporum & locorũ successiones distantiasq; vnà clarissimè exprimit: quod sanè neq; cælãdi, neq; sculpẽdi ars, neq; ea quæ πλαστική vocatur vnquã efficiet. Harũ itaq; omniũ occasionũ ratione ductus pictor, suppositione ista colorũ diuersa tamen pro diuersitate occasionis vtitur. Sed hoc ei perpetuũ est, vt cùm colorem aliquẽ medium aspiciẽdum prębere velit, colori euidentiori debiliorem superinducat. Voco colorem ἐναργέστερον, qui plus luminis obtinet, puta Niueũ, Cãdidum, Lacteũ, Argenteum, aliosque huiusmodi: debiliorem è contra, puta Liuidum, Atrum, Ferrugineum, Nigrum, & qui ad horũ naturam magis accedunt. Atque ob eã causam, illi aspectũ celeriter mouent, vel etiã disiiciunt: hi tardius agũt, & aspectum congregãt. Indicio est, quod pictores cùm aliquid cauum aut profun
C dũ remotius, vt puteum, vel antrum, pingere volunt, colore nigro, cæruleóve aut alio eiusmodi vtuntur, albo seu splendido circa illos adhibito. Cùm verò prominens quid, vt vbera, aut manũ, aut pedẽ, aut aliud aspectui propinquius, albo aliisque ei affinibus coloribus ea effingunt, id præterea totũ quod ambit, nigro ceruleóve afficiẽtes. Sed hanc regulã tunc maximè seruant pictores, cũ volũt ita aliquid videri ac si in aere, vel aqua esset. Piscẽ enim intus in aqua positũ, densiori atq; efficaciori colore pingũt, illi superillinientes debiliorẽ, qui aquæ superficiẽ referat. Porrò, cur efficacior color ad colorẽ mediũ gignẽdũ supponi debeat causa est, vt Thomas ãnotauit, quia si debilior supponeretur, nullã sui speciẽ aspectui exhibere posset, ab efficaciori enĩ penit' offuscaretur, atq; hac ratione nullã sui partẽ in colore medio haberet, quinimo medius null' color efficeretur. (Et queadmodũ sol). Exemplũ est à naturalibus petitũ. Sol enĩ qui ex seipso clarus seu splendid' est in meridie, & idcirco albus apparet (nullũ enĩ propriè colorẽ Sol habet: sed eatenus albus vocatur quaten' claritas luciditasq; ad albedinẽ refertur, vt ex 3. me. c. de Iride cõstat) interposito nigro, pu
D ta halitu aliquo dẽso, vt persæpe in ortu & occasu eius accidit, puniceus cõspicitur. Sed de re hac Arist. in 1. met. plurib'. (Porrò hac etiam ratione). Tertia hæc pars: omnia plana habet: ostendit enim rationem varietatis & iucunditatis colorũ mediorum, non aliunde quàm à varia proportione eaque conuenienti, tam colorũ qui supponuntur siue in profundo sunt, quàm eorum qui super illiniuntur, siue in superficie manent, esse petendam.

Τὸ μὲν οὖν, ὥσπερ οἱ ἀρχαῖοι, λέγειν ἀπορροίας εἶναι τὰς χρόας, καὶ ὁρᾶσθαι διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν, ἄτοπον· ἀπάντων γὰρ δι' ἁφῆς ἀναγκαῖον ποιεῖν τὴν αἴσθησιν αὐτοῖς, ὥστ' εὐθὺς κρεῖττον φάναι τῷ κινεῖσθαι τὸ μεταξὺ τοῦ αἰσθητοῦ ὑπὸ τοῦ αἰσθητοῦ γίνεσθαι τὴν αἴσθησιν, ἢ ἁφῇ καὶ ταῖς ἀπορροίαις.

39 Dicere igitur, vt antiqui, colores nẽpe defluxiones esse, & ob hanc causam cerni, absurdum est. omniũ enim sensũ, per tactũ effici, de illorũ sententia affirmare necesse est. Quare satius certè erit dicere, sensum fieri

medio sensus à re sensili moto, quàm tactu, defluctionibúsque.

Prior illa opinio, vel ob eam maximè causam colores medios ex atomis illis iuxtà positis effici fortasse docebat, quòd atomorum illarum defluuiis in oculos sese insinuantibus, idolúmque aut colorem rebus cernendis similem ad ferentibus, visionem effici poneret: vel eo nomine potius visionem eiusmodi defluxu fieri statueret, quòd atomos illas daret, ex quarum συνθέσει ac συμπλοκῇ non modò colores, verùm & alia propè omnia mundi Entia efficerentur. Vtcunque verò sit, sat constat Aristotelem allatis duabus opinionibus, in præsenti contex. priorem illam euertere. Et sanè vtramuis rationē dicendi sequaris, non abs re Aristoteles, nonnulla primùm aduersus hos defluxus affert, anteaquàm sentētiam ipsam impugnare aggrediatur, Quod ij nosse poterūt, qui in disputationibus Aristotelicis sunt exercitatiores. Nō male igitur Thomas, cùm ait fundamentum prioris opinionis in hoc contex. tolli: nec minus etiam rectè, qui obiter & quasi per trāsennā, annexum solūmodo quoddam illius euerti docent. Somniant autem qui tertiam de ortu mediorum colorum sententiam, hîc afferri putant. Quandoquidem huiusmodi defluxio non magis coloribꝰ mediis, de quibus tantùm agere in præsētia Arist. instituit, quàm extremis generandis accommodata sit: hic siquidem communis omnium rerum cernendarum modus ab illis habetur. Prætereà quî fieri possit, vt defluuia hæc colores medios varient, nisi primùm corpora ipsa à quibus fluunt varia sint, ne vel coniicere quidem possumus. Postremò nullibi hæc opinio ab Aristot. prætereà quòd ad videndi modū reprehenditur. Neque obstat quòd Aristoteles colores ἀποῤῥοίας nomine nuncupet, cùm non aliter sint eius verba hîc accipienda, quàm suprà cùm Empedoclē incōstantiæ arguens dixit, ὅτε μὲν ἕκαστος ὁρᾶν φησιν, ὅτε δὲ ταῖς ἀποῤῥοίαις ταῖς ἀπὸ τῶν ὁρωμένων. Vbi manifestum est, spectabilia, id est colorata ea vocare à quibus defluuia proficiscūtur. Ex hac itē explicatione, iā notū esse potest, cuinam prior illa opinio de coloribus mediis tribuenda sit, Empedocli ne an Democrito. Atque illi quidem, quia licet istas atomos in generatione colorum non omnino admiserit, neque perspicuè illis tamen dare manum visus est, cùm inconstanter visionem per defluxum corpusculorum à re spectabili, effici aliquando affirmauerit: Democrito verò, quia quāuis Atomis istis nō sēper fauerit: & visionē per ἐμφάσιν fieri docere visus sit, ἐμφάσιν tamē illā, per ista defluuia ad oculos deferri, & in eos imprimi, vt notat Alexander, existimauit. Sed quænam obiiciat Aristoteles iam tandem explicemus. Si (inquit) visio per defluuia ista atomorum fieret, sequeretur visionē omnem tactu effici, quod sanè perabsurdum esse constat. Nā si ex sec. de an. tex. 63, & 144. vnusquisque sensus sua & propria quidem obiecta habet in quibus versetur: ita suum quoque atque peculiarem sentiendi modum πνευματικώτερον nimirum & ὑλικώτερον id est spiritualiorem vel materialiorem obtinere debuit: imò hæc sola ratio est cur Animal non vnico sensu, sed pluribus prædi tum fuisse oportuerit. Consequutionis autem vis nota est, quandoquidem, vt illorum fert opinio, minutissima illa corpuscula colorata influentia, se oculis applicant, illósque tangendo afficiunt. Ex quo deinceps infert, Satius multo esse id affirmare quod suprà etiam ostensum est, visionem, nempe idcirco effici, quia id quod inter visum & obiectum intercedit (siue lumen voces, siue aerem, ab obiecto spectabili per speciem moueatur, quod motū atque ita affectum, oculum ipsum deinceps afficiat, sed non tangendo, cum tactus propriè corporum esse dicatur.

Est

Est igitur actio ista speciei sensilis in oculum, assimilatio potius quædam cum
A faculrate sentiendi nuncupanda, vr persæpe diximus, quàm conractus. (Quare absque dubio satius certè erit.) Vim suam hoc connexum sumit, ex propositione roties ab Aristor. repetita, præsertim in oct. Phy. cont. 56. secundo de part. an. cap. 14. & secun. cæli. cont. 34. Naruram scilicer ex duabus rebus quas vtrouis modo agere potest, semper id agere quod oprimum est. Quæ quidem θέσις licet non eandem æquè rarionem obtineat in sempirernis, ac in iis quæ ortui & interitui sunr obnoxia, vt egregiè annorauit Auerroes in secundo cæli, com. 33. & 34. itemque terrio phy. commẽt. 32. hoc tamen præcipuum communéque fundamentum (ni fallor) haber. Naturã proprer finem agere, qui rationem boni semper obtiner, imo nunquam non est bonus in rebus naturalibus. Atquî vbi de Boni gradibus agirur, illud quod melius est, rationem boni simpliciter assequitur, quod verò non ita bonum, melioris respectu, pri-
B uationis & mali. Quò certè fit vt narura propter bonum agens, semper ad extremum illud τέλειον simplicirérque in suo genere bonum, aspirer. Accommodanda verò, hoc modo ad contexrum ratio est, Modus videndi per medium affectum melior est eo qui fir per conractum, ergo naruram, illum retinuisse, hunc reiiecisse, affirmare rutius certè & melius erir. Assumptio perspicitur, cùm nullam sensuum ἀταξίαν nullamque secum afferar absurdiratem. Alexander multa ex iis quæ suprà aduersus Opricos & Plaronem atrulerat, aduersus hanc sententiam repetit. Nonnulla quidem peculiaria addir. Sed ea, quòd & ab Alexandro facilè peti possint, & ad nullam futuram disputationem nobis amplius vtilia esse queant, consultò prætermittimus.

Ἐπὶ μὲν οὖν τῶν παρ' ἄλληλα κειμένων, ἀνάγκη ὥσπερ καὶ μέγεθος λαμβάνειν ἀόρατον, οὕτω καὶ χρόνον ἀναίσθητον, ἵνα λάθωσιν αἱ κινήσεις ἀφικνούμεναι, καὶ ἓν δοκῇ εἶναι διὰ τὸ ἅμα
C *φαίνεσθαι.*

In iis itaque quæ iuxta se posita sunt, necesse est, vt magnitudinem
40 inuisilem, ita tempus insensile accipere: vt motiones accedentes lateant, & quia simul appareant, vnum esse videantur.

Iam opinionem ipsam eo quòd sibi in præsentia sat est, falsam esse demonstrar, quòd absurdam, nempe quandam & manifestam incommodirarem adferat. Reliqua ex iis quæ in propriá afferenda sententia dicet, nobis aduersus hanc opinionem colligenda relinquer. Subobscurus est contexrus: vt igitur planior reddatur, in duas illum parres distribuamus. Vna earum absurdiratem, quæ opinionem consequirur, simpliciter proponit. Altera absurdirarem magis explicat & quasi diducit. Prior ergo ita haber: Si magnitudines illæ in-
D uisiles iuxtà positæ pro generatione mediorum eolorum dantur, ergo & rempus insensile. Consequens est absurdum, consequutionis autem vis eò patet, quia magnitudini inuisili, tàm motum quam tempus proporrione respondẽs tribuere sanè oportet. Secunda huiusmodi est: si colores medii generanrur iuxrapositione & vnione parrium minimarum albi & nigri: quemadmodum particulæ illæ accedentes ex se inuisiles erãt, ita tempus quo talis vnio seu approximatio partiũ hinc arque inde fiebat, insensile esse oportuir. De priori parte plurib' infrà suo loco, quarenus nimirũ ram magnitudo, quam tẽpus insensile admitti nequeat. Alreram non vno quidem modo diducũnt interpretes, omnes tamen in eo consentientes, vr de motione istorum minimorũ quà aciẽ pellunt verba fieri putent. Sed cerrè licet omnes verè & iis quæ ab Arist. pro re hac ad finem libri proponuntur ferè cõuenienter, non tamen (vt puro)

huic loco accõmodatè. Primùm enim mirum eſt, cùm omniũ conſenſu Ariſt. hoc in loco priorẽ de ortu mediorũ colorum ſententiam impugnet, in qua nullum verbum de illis ad oculos defluuiis, omnes tamen ad defluuia illa contextum accomodare. Quòd ſi nobiſcum concedant tertiam ad priorem pertinere, cur ergo non item fatebuntur veluti ſuperiori ratione defluuia illa ablata ſunt, ita hac modum ipſum generationis colorum auferri? quòd ſanè efficere Ariſtoteli præcipuè propoſitum eſt. Certè hi ſuperuacaneum diminutúmque ſimul reddunt Philoſophum. Præterea, viſio per continuatã ſucceſſionem atomorum ex ſententia veterum efficitur: qui fieri itaque poterit vt τὸ ἅμα φαίνεσθαι dixerit Ariſtoteles? Poſtremò, dogma non ponebat magnitudinẽ inconſpicabilẽ quæ deflueret, imò in defluxu iam conſpicabilem, ſed inuiſilem ante coloris medii generationem, quæ deinceps cum aliis vnita, viſilem magnitudinem conſtituebat. Quare vt omnia cõſona & perſpicua eſſent, ita putarem verba illa ſecũdæ partis explicanda eſſe. (Vt motiones accedẽtes), i. locales illæ approximationes inuiſiliũ partium albi & nigri, ad generationem coloris medii, (lateãt) ob temporis nempe τὸ ἀπερίοριστον & ἀσύνοπτον, i. vt ita loquar, imperceptibilitatẽ. (Et quia ſimul apparent), i. Et quoniam partes illæ ſimul apparent, καὶ ἐξ ἀμφοῖν, vt ſuprà dixerat ὁρατὸν γίνεσθαι. (Vnum eſſe videantur). Latẽt ſiquidem motus illi, quibus iſtud vnum ex multis cõcurrentibus aggregatur. Sed quid, ſi hæc poſtrema verba ad magnitudines inuiſiles referremus, veluti priora ad tempus inſenſile? vtrunque certè pro abſurdo Ariſtot. inſtà habebit. Vtrunque ergo fortaſſe in his verbis aperit atque deducit.

Ἐνταῦθα δ' οὐδεμία ἀνάγκη, ἀλλὰ τὸ ἐπιπολῆς χρῶμα, ἀκίνητον ὄν, καὶ κινούμενον ὑπό τε ὑποκειμένου, οὐχ ὁμοίαν ποιήσει τὴν κίνησιν. διὸ καὶ ἕτερον φαίνεται, καὶ οὔτε λευκὸν οὔτε μέλαν.

41 Sed hîc nulla neceſſitas vrget. Verùm color qui eſt in ſuperficie, per ſe quidem immobilis, ſed à ſuppoſito motus, non ſimilem motionem efficiet. Quocirca neque albus neque niger apparebit, ſed diuerſus.

Secunda opinio, quæ neque viſionem per defluuia effici, neq; colores medios per approximationem partium inuiſilium produci, aſſerebat, ab harum abſurditatum enumeratarum neceſſitate immunis erat, idcircóque probabilior. Quod vt magis pateat Ariſt. paucis, & clarius adhuc quàm antea, rationem generationis colorum ab hac opinione inductam, repetit. Color, inquit, in ſuperficie poſitus (eſt per ſe immobilis), id eſt, ex ſe nullum medium colorem efficit, nec vt medium quid mouet. (Sed motus à ſuppoſito) hoc eſt cauſam à ſuppoſito colore, efficacioriq; recipiens, vt hoc vel illo modo appareat & aſpectum afficiat. (Non ſimilem motionem efficiet), i. nõ ſimilem rationem viſum moue bit, ſecundum quam ex ſeipſo moueret, vel ſecundũ quam etiam ipſe à ſuppoſito mouetur. Idcircóq; addit. (Neq; albus neq; niger apparebit, ſed quid diuerſum). Ex quibus certè verbis patet, ſatius eſſe hoc modo totum hunc contextum explicare, quàm modo Thomæ, Qui putauit, per verbum (immobilis) motum localem innui, per illud autem (motus à ſuppoſito) motum alterationis, ac ſi Ariſtoteles diceret: Opinionem hanc ſuperiori præſtare, quòd localem mutationem defluuiorũ non ponat, ſed colorẽ in ſuperficie poſitũ ab inferiori alterati, atq; eo modo non ſimilẽ motũ ſeu repræſentationẽ ſui in ſenſum facere, quam per ſe ipſe exhiberet. Quę ſanè explicatio preterquã quòd, quantũ ad immobilitatẽ illam vana atque inepta eſt, vult

Ariſtotelem etiam in quampauciſſimis verbis, à motu locali, ad motum alte-
A rationis, tum ad ſenſus mutationem tranſire, i. ter ὁμωνυμίαις ludit.

Ὥστ' εἰ μὴ ἐνδέχεται μηδὲν εἶναι μέγεθος ἀόρατον, ἀλλὰ πᾶν ἔκ τινος διαστήματος ὁρατὸν, καὶ αὕτη τίς ἂν εἴη χρωμάτων μίξις; Κἀκείνως οὐδὲν κωλύει φαίνεσθαί τινα χρόαν κοινὴν τοῖς πόῤῥωθεν.

42 Quapropter ſi nulla poteſt eſſe magnitudo inconſpicabilis, ſed omnis ex aliquo interuallo cernatur, quænā etiam erit hæc colorum mixtio? Illo etiam modo nil prohibet, communem quendam colorem, iis qui procul ſunt, apparere.

Non reuertitur Ariſt. ad confutationē prioris opinionis, vt quidā exiſtimāt.
B Sed ne quis occaſione eorum quæ mox dixerat, ſecundam opinionem à ſe omnino probari putaret, ad illius quoque abſurditatem detegendam ſe conuertit. Ideóque quaſi colligens ait, Quare ſi (vt diximus) nulla quantumuis exilis magnitudo inuiſilis eſſe poteſt, ſed omnis quodam interuallo conſpicitur, (quorum vtrunque infrà liquebit) proptereáque prior ſententia explodenda fuit, hæc quoque poſterior opinio qualémnam colorum mixtionem inducit? ac ſi dicat inrationabilem: quandoquidem non niſi σύνθεσιν quandam ſuperillitis ſuis coloribus, veluti prior atomis, ponere videtur. Imò ne quis hanc, quātum ad productionem colorum ac mixtionem attinet, illa probabiliorē eſſe ob ea quæ dixerat exiſtimaret, addit: Non minus ex priori mixtionis modo, quàm ex poſteriori colores iſtos medios apparentes, & qui tantùm ex longinquo, non propiùs appareant, nequaquam autem veros, produci poſ-
C ſe. Ac ſi diceret, ſi vtique vera iſta mixtio eſſet, tam cominus quàm eminus, eandem ſemper coloris ſpeciē repræſentaret: (vt infrà dicet) cùm autē haudquaquam vera ſit, à longinquis tantùm repreſentat: quod priorem etiam opinionem conſequitur, ac proinde non magis vna quàm alia, quantùm ad ortum mediorum colorum, retinenda erit. Hanc ſolam expoſitionem, ſi quis verborum nexum, ſcopumque Philoſophi acutius intueatur, illumque deinceps ſolita Authoris breuitate metiatur, germanam, contextuique & verbis accommodatam eſſe perſpiciet. Accedit eò, Ariſtotelem nihil ſeorſim aduerſus hanc ſecundam ſententiam, quæ tamen falſa eſt, alibi attuliſſe: (Vt omittam illud, Ex verbis ſequentibus poſſe noſtram hanc expoſitionem integrā, perſpicuè colligi) quo fit, vt niſi in hoc cont. id ipſum effeciſſe dicamus, reprehenſione dignus habeatur. De Magnitudinibus autem, quo-
D modo ſcilicet nulla illarum obtutum oculorum fugiat, quod ſæpius repetierat Philoſophus, pollicetur ſe infrà dicturum verbis quibuſdam quaſi per parentheſim appoſitis.

Ὅτι γὰρ οὐδέν ἐστι μέγεθος ἀόρατον, ἐν τοῖς ὕστερον ἐπισκεπτέον.

43 Quòd autem nulla ſit magnitudo inuiſilis, infrà explicandum veniet.

Sed quidam moleſtiores ſcrupuli interim amouēdi: magnitudinem omnem viſibilem eſſe, potuit quidem Ariſtoteles in hoc cōtextu proferre, cùm antea in ſecundo de anim. contex. 64, magnitudinem per ſe viſilem eſſe docuiſſet. Sed aduerſus hanc ſententiam ita argumentari quis poſſet. Linea eſt magnitudo, ex priori de cælo cont. 2. & quinto metaphy. cont. 18. non tamen eſt viſilis. Quod ſic probatur, Linea non eſt ſuperficies, vt ex locis enumeratis conſtat, ergo non eſt viſilis: conſequutio valet, quia, vt oſtenſum eſt, Nil cernitur niſi ſub ratione colorati, nō poterit autem adeſſe color vbi nulla fuerit ſuperficies, quinimo hæc (quicquid Buridanus hîc in q. 12. dicat) pars coloris eſſen-

tialis, illiúſque definitionem ingreditur. Præterea, datum minimum viſile, vt infrà liquebit, at iſtud minimum, certè corpus eſt, ſiquidem viſile ſit, idcircó- A
que colore affectum, qui nōniſi in corpore eſſe poteſt. Quòd ſi corpus ſit, ergo habebit partes, quandoquidem corpus eſt ex quantitatibus cōtinuis vna, quæ in partes diuiduas diſtribui valet. Magnitudines itaque, quæ iſtius corporis minimi, partes ſunt, inuiſibiles erunt. Deducitur facilè conſequutio, namque oppoſito dato, totum ipſum corpus, non fuiſſet minimū incōſpicabile. Cōfirmatur argumentum, quia multa huiuſmodi corpora ſunt quæ ſua tenuitate obtutum oculorum effugiūt, veluti tenuiores illi halitus, qui contineréter quidem à calore cæli in ſublime efferuntur, tamen nonniſi iam elati, ſimúlque vt vnum conſpiciuntur. Atqui priori argumentationi facile eſt ſatiſfacere, ſi dicamus Ariſtotelem de magnitudinibus naturalibus, & quaten⁹ naturali ſubiiciuntur, loqui. Phyſicus enim neque lineam, neq; ſuperficiem ſpectat, quà illa longitudinem, hæc latitudinem ſimpliciter obtinet, ſed quà vna ſuperficiei terminus eſt, altera verò corporis, ambóq; in corpore ſuum eſſe habent. B
Qua certè ratione tam linea, quàm ſuperficies, & corpus, ſpectabiles magnitudines dici poſſunt. At etam argumentationem tollemus, aſſerentes ſimpliciter magnitudinem omnem à naturali receptam, viſilem ex ſui natura eſſe: corpus ſiquidem eſt, ſuperficiémq; colorationi aptam obtinet. Quocirca nil prohibet vt illa in debita diſtātia ſeruatiſque aliis conditionibus ad viſionem requiſitis, conſpici queat. Propterea, ſi magnitudo aliqua ita exilis detur, vt obtutū oculorum effugiat, id certè nō omnino culpa magnitudinis, ſed vidētis ſeu oculi fiet, nimirum quia debitam interualli diſtātiam inter ſe exilémq; magnitudinem videndam, non ſeruat. Multa enim non mediocri tamē quantitate prædita, ab eodem oculo eminus non aſpici: ſed tantùm cominus: non pauca item huiuſmodi, in quodam interuallo à quibuſdam cerni, ab aliis verò nequaquā certū eſt. Nil igitur mirum, ſi ſtellas aliquādo minima viſilia Ariſt. C
dicere videatur: id enim comparatè & reſpectu tātùm noſtrī verū eſt, quibus in terra degentibus id minimū eſſe apparet, quòd iis qui in cælo eſſent maximum appareret. De exhalatione, dico id ob multam eius raritatem accidere, quemadmodum etiā de igne elemēto dicimus. Sunt etenim corpora ita perlucida, vt ex ſe ſpeciem viſilem producere nequeāt, quòd ſi denſiora fiant, iam ſub aſpectum cadūt: non ergo naturæ eorū repugnat vt aſpectabilia ſint. Præterea, nil mirum etiam iſta aſſiduè fluentia, imperfectáque, cuiuſmodi ſunt halitus (de quibus certè non loquitur Ariſtoteles) ex ſe quidem ſpectabilia eſſe, oculi vero defectu non cerni, Quandoquidem inter perfectū & imperfectum ſemper ferè ſit, aliquid quaſi medium, quod partim ad vnum partim ad aliud referri queat. Natura id non fruſtra efficit, quæ ab imperfectiſſimo ad perfectiora ſēper aſcēdit, fruſtra vtiq; effeciſſet, ſi nullū prorſus viſibile cerneretur.

Εἰ δ' ἔστι μίξις τῶν σωμάτων μὴ μόνον τὸν τρόπον τοῦτον, ὅνπερ οἴονταί τινες παρ' ἄλληλα τῶν ἐλαχίστων τιθεμένων, ἀδήλων δ' ἡμῖν διὰ τὴν αἴσθησιν, ἀλλ' ὅλως πάντη πάντως, ὥσπερ ἐν τοῖς περὶ μίξεως εἴρηται καθόλου περὶ πάντων. Ἐκείνως μὲν γὰρ μίγνυται ταῦτα μόνον, ὅσα ἐνδέχεται διελεῖν εἰς τὰ ἐλάχιστα, καθάπερ ἀνθρώπους, ἵππους, ἢ τὰ σπέρματα. τῶν μὲν γὰρ ἀνθρώπων, ἄνθρωπος ἐλάχιστος, τῶν δ' ἵππων ἵππος, ὥστε τῇ τούτων παράλληλα θέσει τὸ πλῆθος μέμικται τῶν συναμφοτέρων, ἄνθρωπον δὲ ἕνα ἑνὶ ἵππῳ οὐ λέγομεν μεμίχθαι. Ὅσα δὲ μὴ διαιρεῖται εἰς τὸ ἐλάχιστον, τούτων οὐκ ἐνδέχεται μίξιν γενέσθαι τὸν τρόπον τοῦτον, ἀλλὰ τῶν πάντη μεμίχθαι, ἅπερ καὶ μάλιστα πέφυκε μίγνυσθαι. Πῶς δὲ τοῦτο μάλιστα γίγνεσθαι δυνατὸν, ἐν τοῖς περὶ μίξεως εἴρηται πρότερον. D

Si ve-

44 Si verò corporum mixtio est, non solùm eo modo quo quidam arbi-
A trantur, positis nempe inuicem minimis, quæ sub sensum nostrum non
cadăt, sed cùm tota prorsus per tota confundātur, veluti in volumine de
mixtione vniuersim de omnib⁹ diximus: Illo certè modo, ea solùm mis-
cētur quæcunq; vsque ad minima diuidi possunt, vt ad homines, equos
aut semina. Hominum enim, minim⁹ est homo, equorum autem equus.
Quare horum iuxta seinuicem positione, vtrorūque multitudo mixta
est. Sed vnum hominem cum vno equo non dicimus misceri. Quæcū-
que autem non diuiduntur ad minima, ad hunc modum non compo-
nuntur, sed vndequaque miscentur, quæ misceri maximè apta sunt. Ve-
rùm quomodo hoc maximè fieri queat, in libris de mixtione antea di-
B ctum est.

Positis aliorum de ortu mediorū colorum sententiis, eisdémq; quantum sat
erat confutatis, propriam nunc eius rei sententiā proferre instituit: quam vt
cōmodius explicet, distinctionem quandam mixtionis proponit atq; expla-
nat quæ est huiusmodi. Mixtio nō solùm vno quodā modo ab Antiquis exco-
gitato, falso tamē atque inepto fit, (Quando scilicet minimæ partes corporeę
ob exilitatem, sensum nostrum fugientes, iuxtapositæ, & totū quid veluti cō-
positum aut potius accumulatum, sensileq; constituentes, misceri dicuntur)
Sed etiam alio veriori, & naturæ proprio: cùm nimirum res non modò se con-
tangunt, sed totæ per totas miscentur seu cōfunduntur, vt in volumine priori
de ortu & interitu ostensum est. Declarat deinceps Arist. in quibusnam tam
primus quàm secundus mixtionis modus locum habeat, vt vtriusq; vis & na-
tura magis nota sit. Dicit itaq; priori modo ea solùm misceri, quæ diuidi pos-
C sunt, ad minima secundum speciem, i. ad ea, quæ vlterius in illa quæ suæ sunt
speciei distribui nequeunt: qua ratione Hominum minima dicuntur, hic ho-
mo, & ille: equorum item hic & ille: granorum, puta milii, hoc & illud. Sed po-
steriori modo misceri seu mixta illa nuncupantur, quæ in minima istiusmodi
distribui nequeunt, imò ipsorum omnes partes totæ per totas ita confundun-
tur, vt nullam illarum seorsim mansisse dici possit. Quod qua ratione efficia-
tur, abundè in volumine de ortu & interitu priori, nimirum cap. duobus po-
stremis, satis se explicasse monet. Prior contextus pars, tota perspicua est. Ac-
cedo igitur ad aliā. (Illo certè modo ea solùm miscentur quæcunq; vsq; ad mi
nima diuidi possunt.) Id est mixta vocātur illa quorū particulæ minima sunt,
vt milii aut tritici aceruus: vocat autem minima ea quæ vlterius in ea quo suæ
D sunt speciei secari nequeūt, seu quæ nō amplius fit cōmunis multis, (Indiuidua,
& vnum numero aliâs nuncupantur). Hoc eodem respectu Aristot. secundo
de anim. cont. 32, hominem minimum vocauit, est enim, vt admonuit Alber-
tus, paucorum Indiuiduorum. Hîc ergo nō minima illa quantitas rerū physi-
carum, cuius in secundo de anim. cont. 41. mentio fit. Sed ipsa specierum ἰδι-
κωτάτων indiuidua videntur intelligēda: quod satis docet Philosophus cùm ad-
dit. (Hominum enim minimum est homo), hoc est, Multitudo hominum,
quæ μίξις dicitur, pro suis minimis partibus habet hunc & illum hominem, vl-
tra quem descendere non licet. Pro qua re animaduertendū est, Aristotelem
in priori volumine de ortu & int. cont. 85. duplicem mixtionis opinionem, v-
tranque tamen falsam proponere. Vnamque mixtionem effici affirmabat ex
partibus, ad tam minima secundum quantitatem diuisis mixtis, adinuicēque

appositis, vt propter partium paruitatem, nullus iuxta positionis sensus esset, sed videretur potius mixtio & temperatura esse: Veluti in simila tenui ex tritico, farinæ hordei permixta, apparere docet Philoponus: Alteram, quæ ad atomos vsque, elemēta resoluebat, & mixtionem ex illis adinuicem ita iuxta positis effici existimabat, vt vnaquęque atomus puta ignis, atomis aquæ iuxta poneretur. Discrimen hoc inter priorem & posteriorem deprehendere quiuis potest: Quòd prior opinio formas quidem eorum quæ miscentur seruat, licet illa insensilia fiant, exilitate iuxtapositionis: Altera verò, non amplius seruata mixtorū forma sed ipsis resolutis in ea vltima ex quibus constant, deinde illis iuxta positis eo modo quo diximus mixtionē inducit: Veluti si lapides ex quibus domus constat, soluta domo, singuli singulis iuxta ponantur. Hîc verò Arist. non nisi alterius sententiæ meminit: ob eam causam (ni fallor) quòd hæc notior sit, vel quòd illa sub hac quodammodo contineatur, vt monet Philoponus: quo etiam factum est, vt ab Arist. in cont. 86. vna communi ratione ambæ, vt apparentes, non veræ, vt omnia in suo esse conseruantes, non aliud faciētes, fuerint confutatæ. (Sed vnum hominem cum vno equo non dicimus misceri). Thomas ait, non verè dici hominem vnum vni equo misceri, sed seorsim hic & ille manet, quasi velit, Aristotelem hîc huiusmodi mixtionis modum tanquā non verum eo reprobare, quod in eo impermixtæ partes remaneant. Accomodata, imò necessaria est expositio, vt verba & scopum Philosophi consideranti, constare potest. Quocirca hæc sola vt omnium accōmodatissima, meo iudicio, retinēda. (Quæcunque autem non diuidūtur ad minima). Vera mixtio est, τῶν μικτῶν ἀλλοιωθέντων ἕνωσις: Oportet ergo vt τὰ μικτὰ in materia conueniant, contrarietatémque agentium & patientium habeāt, quò deinceps fit, vt nullū vel nihil ipsorum seorsim maneat impermixtū, imò tota per tota ita confundantur, vt singulæ mixti partes, cum toto sint eiusdem generis: mixtúmque ipsum fit ὁμοιομερές: ex mixtione enim priores illæ partes oriuntur, ex quibus tantum corpus ὀργανικὸν conflatur, vt docet Arist. secundo de Part. anim. cap. primo. Hæc igitur ita inuicem confusa & permixta, quî fieri potest vt ad minima huiusmodi qualia suprà enumerata sunt, vnquam distribuantur: nulla siquidem vel exilissima pars est, quæ & ipsa non sit per totum commixta. (Quæ misceri maximè apta sunt). οὐ γὰρ ἅπαν ἅπαντι μικτὸν, Sed illa tantùm esse, docuit alibi, corpora quæ in materia conueniunt, & εὐόριστα, nimirum humida, viribúsq; quodammodo adæquata sunt. hac siquidem ratione potestatem inuicem agendi & quasi repatiendi, i. τὴν ἀντιπάσχειν habent, ita vt mixtio non corruptio fiat. Sed de mixtione & quid sit ἡ μίξις, & quid τὸ μικτὸν, & quibus ὑπάρχει τῶν ὄντων, & quomodo copiose ab Arist. eiúsq; interpretibus in priori de Ortu & interitu, ab Alexandro verò in tract. de Mixtione, disputatum est.

A

B

C

D

Ἀλλὰ τίς ἀνάγκη μιγνυμένων, καὶ τὰς χρόας μίγνυσθαι, δῆλον, καὶ ταύτην τὴν αἰτίαν εἶναι κυρίαν τοῦ πολλὰς εἶναι χρόας, ἀλλὰ μὴ τὴν ἐπιπόλασιν, μηδὲ τὴν παρ' ἄλληλα θέσιν. οὐ γὰρ πόῤῥωθεν μὲν, ἐγγύθεν δ' οὐ φαίνεται μία χρόα τῶν μιγνυμένων, ἀλλὰ πανταχόθεν. πολλαὶ δ' ἔσονται χρόαι, διὰ τὸ κατὰ πολλοὺς λόγους ἐνδέχεσθαι μίγνυσθαι ἀλλήλοις τὰ μιγνύμενα. καὶ τὰ μὲν ἐν ἀριθμοῖς, τὰ δὲ καθ' ὑπεροχὴν μόνον, καὶ τἄλλα δὴ τὸν αὐτὸν τρόπον, ὃν ἐπὶ τῶν παρ' ἄλληλα τιθεμένων χρωμάτων, ἢ ἐπιπολῆς ἐνδέχεται λέγειν.

45 Sed quæ necessitas sit, vt hoc modo commixtis corporibus, eodem quoque colores misceantur, perspicuum est, im6que hanc ipsam esse præcipuam

cipuam causam, vt multi colores existant, non superpositionem, ne-
A que iuxtapositionem. Etenim non eminus quidem, vnus mixtorum color apparet, cominus verò nequaquam, sed vndequaque. Plurimi autem colores hoc ipso erunt, quòd mixta inuicem, secundum varias proportiones commisceri possunt. Et hæc quidem numeris seruatis, illa verò solummodò per excessum. Cæteraque eodem prorsus modo se habent, quo in coloribus inuicem iuxta aut in superficie positis se habere, dicere contingit.

Suam iam proferens sententiam Aristoteles, accōmodat generationi colorum mediorū postremam illam mixtionis speciem, quam verā esse diximus, simúlque causam affert, qua id cuilibet persuasum esse debeat. Tandem verò
B solita vtens breuitate, ex huiusmodi sententia, & multitudinis colorum, & iucunditatis eorundem rationem proponit. Sententia est: Perspicuum omnibus esse, colores qui in corporibus tātùm existūt, eodem modo misceri debere quo ipsamet corpora in quibus causæ ipsorum insunt, nempe nō per iuxta aut supra eorum positionem, sed per omnimodam quam declarauimus confusionem. Quandoquidem hoc solo mixtionis genere, veri colores, id est, qui non eminus tantùm, verùmetiam cominus iidem conspiciuntur, oriri queant, aliis autem, apparentes solùm generentur. Ratio multitudinis & iucunditatis colorum non aliunde iuxta hāc opinionem sumitur, quàm iuxta alias. Discrimen tantùm est, quòd hæc ad diuersam proportionem illámque numerosam vel excedentem, extremorum colorum verè mixtorum cōfugit: superiores verò proportionem & numerum vel excessum, iuxtà vel supra positorum extremorum, proponunt. Tres ergo partes præcipuas contex-
C tus habet. In duabus postremis interpretandis conueniunt ferè omnes. In priori magna diuersitas est. Perspicuum est, ait Aristot. eodem modo misceri colores quo corpora. Colores siquidem in corporibus sunt, mixtionem ergo corporum mixtio colorum eodem prorsus modo se habēs, sequitur. Sed quæritur qualisnam ista sit; Respondent aliqui, ex albo & nigro ita inuicem confusis vt corpora quibus ipsa insunt confunduntur, colores medios veluti tertium quid, neque album neque nigrum oriri. Hanc alii explicationem idcirco confutant, quòd quædam ex elementorum mixtione statim genita colorata sint, cùm tamen nullum ex elementis, album aut nigrum verè existat. Præterea, hac sententia posita, contraria simul essent, quod est absurdū. Conditiones item quæ miscibilius desiderantur, extremis coloribus non conue-
D niunt, illaque præsertim vt inuicem agant & patiantur. hæc certè Aristot. docuit in secundo de part. anim. cap. primo: & in priori de ortu & int. cont. 89. quod item in secundo volumine eiusdem tractationis cont. 49. reperiit. Quod verò neque album neque nigrum huiusmodi esse queant, fat constat, cùm id primarum solummodo qualitatum munus ac potestas sit. Confirmari hæc eo possunt, quòd Aristot. ipse in priori volumine de ortu & interitu cont. 83. nec album nec disciplinam misceri affirmauit. Addunt postremò aliqui, vnius rei duplicem fore formam. Idcirco alia solet ex Alexandro, Alberto, & Thoma sumpta interpretatio adduci, nempe colores medios ex corporibus non quatenus albis & nigris, sed quatenus lucidis, perspicuis, opacísque, mixtis oriri: lucidum enim pro albo sumitur, veluti diaphanum atque opacum pro nigro. Sed aduersus hos ita ego argumentor: Si medii colores hac ratione oriuntur, ergo nullus dabitur color mixtus, nulli extremi. quod

consequitur absurdum esse, sat constat. Consequutio facilè deducitur, quia omnis color ex lucido, diaphanoq; efficietur; de Mediis opinio ipsa affirmat, A extremis Aristoteles suprà satis expressit, cùm ait, præsentiam lucis in diaphano album producere, absentiam verò, id est non multam illius participationem, nigrum. Præterea Aristoteles disertè suam sententiam proferens fatetur, Eodem modo misceri colores quo corpora; atqui Lucidum diaphanúmque, nusquam colores vocauit, sed colorum principia. Quorsum item Aristotel. nouam tractationem mediorum colorum, seorsimque ab extremis instituit, si vtriusque causas easdem tantùm ἐν τῷ μᾶλλον ἢ ἧττον, vt loquuntur, differentes (vt Alexander ait) esse existimasset? quomodo etiam medii colores ab extremis specie differrent, si per magis tantùm, minúsque ab illis discreparent? nonne albedo sub quolibet gradu eiusdem speciei est? nõne item nigredo? Sed id sanè perspicuum est, Aristotelem acturum de coloribus, extremos primùm proposuisse, mox ad medios deuenisse qui ex illis extremis efficiebantur. Argumento est, Aristot. sententias de re hac Veterum semper iuxtà, B aut suprà positionem albi & nigri induxisse, tandémque excepta mixtionis ratione, omnia quæ ab illis afferebantur comprobasse, inter quæ certè illud est, colores medios ex aliqua albi cum nigro cohærẽtia proficisci. Quid quod Aristot. ipse, hoc disertè fassus est in priori de phy. ausc. volumine contex. 47. cùm ait, Media ex contrariis esse, vt colores ex albo & nigro: & infrà in hoc eodem volumine id affirmabit cùm dicet, Veluti colores ex albo & nigro fiũt, ita sapores ex dulci & amaro? Quocirca puto omnino priorem interpretationem veriorem esse, quæ fuit Auerrois, in quinto de phy. ausc. com. 6. 19. & 52, quarto item cæli com. 26. necnon decimo metaphy. com. 23, & in his commentariis. Sed non me latet Burid. in q. XIII. & Iacobum Forol, in q. de C int. & remiss. formarum: Burleum quæsito peculiari, Ioannem Iand, in q. propria, & Greg. Arim. in pr. sent. dist. 17. q. 3. art. 2, vt Auerrois sententiam à calumniis obiectis tuerentur, eam sic explicasse, ac si diceret, Colores medios ex extremis oriri, quatenus ex causis extremorum concurrentibus inuicémque permixtis oriuntur, Seu, colores medios, non quod ad esse, sed quod ad denominationem ex extremis constare. Verum hos decipi Zimara in contrad. 2. decimi metaphy. & in suis annot. in hunc libellum, rectè ostendit. Sed longa est quæstio, multaque alia secum Theoremata difficillima afferens, idcirco aliàs à nobis pertractanda. Infrà tamen post contextus explicationem (ne ordinem confundamus) obiectionibus aduersus Auerroem propositis paucissimis, & quantum in præsenti sat est, satisfaciemus. (Imò hanc esse præcipuam causam). Secunda pas contextus, in qua signum affert, quo quisque per mixtionem veram albi & nigri colores medios effici, nosse possit. Inquirimus (ait) hîc colorum verorum ortum non apparentium, veri autem D colores sunt, qui iidem semper tam eminus quàm comminus, (seruatis tamen semper omnibus ad rectam visionem requisitis conditionibus) conspiciuntur. Atqui hoc solo mixtionis genere à nobis proposito ortus iste effici potest, i. cùm ita toti per totos confundantur colores, vt non magis res mixta & color vnus propè quàm à longè appareat. Hoc aliis opinionibus nõ accidit, iuxta quas, vnio fortasse quædam seu confusio colorum à longinquo alicui videri poterat, sed non lynceo, vt idem in priori volum. de ortu, & interitu, contex. 89. ait, neque de propè aspicienti: vterque enim horum partes illas diuersas, non verè mixtas discernere valeret. (Plurimi autem colores hoc ipso erunt quòd mixta inuicem secundum varias proportiones commisceri queunt.) Notus est totius huius tertiæ partis sensus. Illud tantùm moneo Aristotelem

A in præsenti parte nullum verbum de Crasi, seu tēperatione mixti facere, sed solūmodo de diuersa mixtorum, i. extremorū colorum proportione, ad quam & multitudinis, & iucunditatis colorum mediorum causam refert. Hoc verò monui, ob nonnullos qui vt neq; Alexandro, neq; Auerroi in superioris partis interpretatione adhærere viderentur, tertiam quandam rationem generationis mediorum colorum commenti sunt. Illam nunc recensere prætermitto, quòd neque alicuius momenti sit, neque multum accommodata. Sit igitur satis, colores, qualitates quidem secundas à mutua actione primarum profectas, passionésque mixti nuncupari, atque à diuersa eius temperatione proficisci affirmari, sed eatenus tātū quatenus caliditas (puta ignis) multa, cùm multo lumine, pauca, cūm pauco agens, aeris vero humiditas patiens, cùm multa vel pauca conspicuitate coniuncta est. De cæteris item ele-
B mentis, agentibus aut patientibus suis qualitatibus præditis intelligatur. Qua ratione Auerroes in quinto collig. cap. 29. affirmabat, colorem ad cognoscendam quidem medicamentorum temperationem & vim, itemque animalium, atque eorum præsertim quæ eiusdē m sunt speciei, non mediocriter conferre: sed nil prohibere, colorem eundē in re calida & frigida, itemq; in humida & sicca, reperiri: vt albedo in sale & camphora, aut (vt liberius loquamur) in marmore, calce, lacte, & saccaro, nigredo in hebeno, pipere, atramento. Nunc ad superiorem quæstionem redeo, atque obiectionibus aduersus Auerroem propositis satisfacio. Priorem autem ita tollo: Album & nigrum simplicissimos dici colores, idcircóque naturam, non antea medios efficere quàm simpliciores istos, qui ipso solo concursu luminosi cum perspicuo denso gignuntur, ab his deinceps ad compositiores iuxta maiorem aut minorem lucidorum, in mixto existentium corporum copiam & vim, tran-
C sire. Quod elicitur ex Autore libelli de coloribus, qui ait Simplices colores simplicia sequi corpora, id est, ea quæ magis ad naturam simplicium accedunt. Imò hæc sola ratio est, cur dicamus colores medios ex extremis effici, non extremos ex mediis: licet quantùm ad principia remota, tam extremorum quàm mediorum causæ eædem prorsus sint, (ad quem sensum intelligenda sunt fortasse Alexandri & Alberti verba, certè autem illa Auerrois in secundo de anima, context. 67, & in his commentariis cùm affirmat, Necesse esse colores omnes constare ex duabus naturis διαφανοῦς nempe & luminosi, harumque naturarum varietatem, varietatis quoque colorum causam esse) Ratio inquam sola ista est, (quæ certè Alexandro & Alberto decst) quia cùm de causa & effectu loquimur, id semper quod simplicius est, causam vocamus: quod compositius, effectum: ac proinde causæ quibus concurrenti-
D bus effecta oriuntur, dicuntur quidem principia effectorum, non autem è contra, neque enim quis effecta causarum principia vocabit, sed in eas fortasse effecta resolui dicet. Ad secundam obiectionem respondeo, non vt Pomponatius, qui asserit in mixto elementa in actu non manere sed potestare tantum, sed vt Auerroes in priori de physica auscultatione, commentario 56, vbi ponit discrimen inter mediū, & subiectum, & Galenus, In mixto scilicet & in qualibet eius parte elementa eorumq; qualitates actu esse, refracta tamen & quasi castigata, ita vt non amplius pugnet: Accommodantes igitur hęc nostro proposito dicimus, ex albo & nigro mediū colorem effici dici posse, nō tamē sequi in eodem simul pugnantia inesse cōtraria, cū iam in medio illo mixto, refracta & quasi emēdata sint. Quòd vero albū & nigrum quà huiusmodi sunt, inuicē agere & pati nō possint, nos libēter fatemur: sed intereà dicim⁹, ea ratione albū & nigrum inuicē agere, qua etiā misceri dicūtur:

miſcentur autem ſuorum principiorum, ſeu primarum qualitatum ratione, vt antea declarauimus. Confirmatio autem ex Ariſtotele ſumpta, nullius eſt roboris aduerſus nos, qui fatemur qualitatum non propriè mixtionem eſſe, ſed corporum: quod ibi vult Ariſtot. probare, imò hoc etiã ſuprà innuimus. Manifeſtũ nimirum eſſe mixtis corporibus miſceri quoq; colores, nẽpe quatenus colores, mixtionẽ corporũ ſequuntur in quib9 inſunt. Sed hoc nunquã tollet, colores medios propriè atq; immediatè ex extremis produci. Quod addunt poſtremò, ita Auerroes in decimo met. com. 23. diluit, media ex extremis refractis & temperatis certè fieri, vnum tamen extremorum rationem formæ, alterum materiæ tantùm retinere: Cùm enim ſemper vnum contrarium ſit alterius priuatio, fieri certè nequit vt ambo mẽſuræ rationem obtineant, cùm ea habitui ſolùmodo cõueniat. Imò hoc ſolo fortaſſe reſpectu in comment. 7. eiuſdem libri dixerat, colores medios non componi ex albo & nigro veluti ex principiis, i. tanquam ex duobus principiis metientibus perfectionem & eſſe mediorum colorum. Eodem etiam in loco aduerſus Galenum hac ipſa ratione probat æquale ad pondus non dari. Licet ergo duæ formæ ad colorem medium efficiendum concurrant, vna tamen præcipua eſt quæ dominatur, & formæ vnius inſtar obtinet, per quam compoſitum vnum in actu redditur, altera verò ſubiicitur, materiæq; vicẽ habet, quam etiam rationẽ in mixtione elementorum ſeruari boni aſſerunt Peripatetici. Cæterùm pro his quæ dixim9 animaduertere oportet, fateri nos non eandem prorſus eſſe rationem gignendarum ſpecierum colorum mediorum (quod item de ſaporibus intelligi volo) quæ ratio eſt ſpecierum inter calidum & frigidum, puta tepiditatis efficiendæ: calidum nanque & frigidum ob mutuam actionem & paſſionem, per ſolam mixtionem graduum caliditatis & frigiditatis, ſua media cõſtituunt; quo etiam fit vt non niſi ad vnam ſpeciem omnia illa reuocentur, album verò & nigrum non agunt mutuò, ſed ſua media ex pluribus aliis agẽtibus ſpecie diuerſis, necnon ex variis actionum modis qualitatum nempe primarum, oriuntur. Atque hinc etiam fit, vt ſi quid à calidiſſimo ad frigidiſſimum tranſire velit, medios omnes gradus attingat, neceſſe ſit: ſi vero à nigerrimo ad albiſſimum transferatur, non item per omnes medios colores tranſire cogatur. Fatemur inquam, iſta, ſed hæc nullum aduerſus Auerrois ſententiam momentum habent, vt intelligenti conſtat.

Καὶ περὶ μὲν τῶν μιγνυμένων, καὶ ἐν ἄλλοις διώρισται. διὰ τίνα δ' αἰτίαν εἴδη χρωμάτων ἐστὶν ὡρισμένα, καὶ οὐκ ἄπειρα, καὶ χυμῶν καὶ ψόφων, ὕστερον ἐροῦμεν. Τί οὖν ἐστι χρῶμα, καὶ διὰ τίνα αἰτίαν πολλαὶ χροιαί εἰσιν, εἴρηται.

46 Verum de mixtis quidem alibi quoque diſputatum eſt; ob quam autem cauſam, colorum, ſaporum itemque ſonorum ſpecies determinatæ ſint, non infinitæ, poſtea quæremus. Quid itaque ſit color, & cur multæ eius ſpecies, dictum eſt.

Hic tantùm quæritur cur in alium locum tractationem illam differat, in qua determinat, finitas colorum ſpecies eſſe, non infinitas: & qua item occaſione de re hac diſputet. Vtrunque notum eſt ex verbis Philoſophi, atque hoc poſtremũ ex eo quòd multos proportione colores effici cũ antiquis affirmauerat, iteq; de exceſſu mentionẽ fecerat, non tamen quota proportio iſta eſſe poſſe expoſuerat. Alterum verò, ex eo, quòd quæſtio non modò coloribus ſed etiam ſaporibus & ſonis communis habeatur: ſub finem igitur libri nimirum cap. 6. poſtquã de his omnibus egerit, commodius hæc ſtatuere, ipſe

pſe poterit: & nos iiſdem pluribus diſputare. Verùm ne hæc colorum tra-
A ctatio,imperfecta hîc reliquatur,& quaſi laceretur: Nonnulla de re hac itém-
que de ortu mediorum colorum tam veris quàm apparentibus,tam natura-
libus quàm artificialibus ferè communi,iuxta veriorum interpretum ſenten-
tiam ſpeciatim magis in præſentia proponamus. Exordiar autem à verbis A-
riſtotelis ab Alexandro ſumptis,ex quibus quaſi ex fonte finitatem colorum
ante omnia oſtendere valeamus. Ait ipſe,Quæ finibus quibuſdam & terminis
certis concluduntur, finem habent: Qualitates iſtæ ſenſiles finibus quibuſ-
dam ac terminis cõprehẽduntur, finem igitur habent. Maior omninò per-
ſpicua eſt, quandoquidem ſi extrema ſint determinata, media quoque quæ
ad illa reſpiciunt determinata erunt: ſecus enim extrema ipſa certa non eſ-
ſent conſtantiáque. Minor probatur:quia contraria ipſa extrema, quæ maxi-
mè à ſe inuicem diſtare(vel metaphoricè, vt in decimo metaphy. cont. 13. in
B qualitatibus, vel verè, vt in quinto de phy. auſc. cont. 24. in loco) Ariſtoteles
docuit, veluti fines quidam terminique, omnes medias qualitates comple-
ctitur. Colligendum itaque eſt vel non dari colores extremos, (quod falſum
eſt) vel inter extremos, medios colores finitos, non infinitos reperiri poſſe.
Hoc Alexander in hoc contextu & alibi, & Auerroes ſexto de phy. auſc. com.
32. Sed obſtare huic ſententiæ videtur, primùm Ioannis Iand. ratio, qua pro-
bat infinitas eſſe colorum ſpecies,quia infiniti ſunt albedinis(puta)aliorúmq;
colorũ gradus:patet Aſſumptio, nam quouis dato cuiuſlibet coloris gradu,a-
lium vel intenſiorem vel remiſſiorem proponere poſſumus: conſequutio pa-
tet. Etenim gradus iſti ſpecie differunt, ſecus enim ab vno ad alium nullus
motus eſſet, cùm is ex quinto phy. contex. 26. non niſi inter contraria repe-
tiri queat. Atquî contraria ex decimo met. cont. 24. ſpecie differunt, quod
probatur: Quandoquidem, quæ eiuſdem ſunt ſpeciei, vnam eandemque for-
C mam eſſentialem obtinent, atquî eadem forma contraria conſtituere ne-
quit, ab vno enim, quà vno, tantummodo vnum efficitur. Accedit Auerrois au-
thoritas in hoc comment. qui ait colores medios ex diuerſa proportione albi
& nigri ſimul ſecundum magis, & minus mixti profectos, infinitos in natura
eſſe. Sed certè Ioannis ratio non vno modo peccat. Primùm nanq; quamuis
intẽſiorem alium alio gradum albedinis aſſignate valeamus, nõ tamen in in-
finitum abire licet. Sed eſto infiniti gradus, non tamen omnes ſpecie differẽt:
quod faſſus eſt etiam Auerroes in decimo metaphy. com. 23. & iis comprobari
poteſt quæ Ariſt. in quinto de phy. auſc. cont. 22. & autor libelli de coloribus,
tradidit, quinimo colores ſaporibus reſpondere in cap. de ſaporibus docebit
Ariſtoteles. Hos tamen infinitos eſſe, tanquam abſurdum aduerſum De-
mocritum diſputans in capite eodem ſumet. Quòd verò ex Ariſtotele quin-
to phy. contex. 26. ſumit, nullius roboris eſt. Motus ſiquidem non modò
D inter propria, ſed inter latè etiam ſumpta contraria fit. Eſt igitur motus in-
ter iſtos gradus, qui rationem contrarii habere dicuntur, quatenus fit pro-
ceſſus à priuatione eius quod acquiritur, ad acquiſitum: quare cùm Ioan-
nes colligit, contraria eſſe diuerſarum ſpecierum, id non niſi in contrariis po-
ſitiuis propriéque ſumptis verum eſt: (quæ certè eiuſdem ſpeciei eſſe ne-
queunt, quia ab eadem forma eſſentiali conſtitui nequeant) in aliis profe-
ctò falſum. Cæterùm quid de Auerroe dicendum ſit, patet: neque enim prc-
priè infinitas eſſe colorum ſpecies exiſtimauit, vt ipſemet in ſexto dephy.
auſc. comm. 32. teſtatus eſt: ſed in eo numero qui non facilè ab intellectu
humano pertrãſiri poſſet. Qua etiam ratione Porphyrius, Indiuidua ſub ſpecia-
liſſimis collocata, infinita eſſe tradidit. Quantum verò ad mediorum colo-
rum ſpecies attinet, ſeptem ab Ariſtotele infrà, atque hoc ordine enume-

rantur. Albus, flauus, puniceus, purpureus, viridis, cæruleus, niger. Hi sunt
præcipui, ad quos omnes alii quos Auerroes infinitos nuncupauit, tanquam A
ad summa capita sunt reducēdi: puta Lacteus, Niueus, Argenteus ad Album:
Regius, palearis, cæreus ad Flauum: Rutilus, Igneus, Flāmeus, Ruber ad puniceum.
Heluus, (Columella autore lib. 3.) Dibaphus, ad purpureum: Herbaceus,
prassinus, æruginosus ad viridem: glaucus, cæsius ad Cæruleum: Ater,
Fuscus, piceus ad Nigrum. Sed de his Pluribus Simon Portius in suo libello:
Cardanus item in lib. de Subtil. lib. 4. 13, & 17. Scaliger quoque non minus
subtiliter in suis Exerc. cap. 325. Nos ne instituti nostri terminos excedamus,
de his satis: tantùm moneo, pro mutuorū horum septem colorum ordine statuendo,
extrema quidem ipsa in lateribus tanquam in finibus è diuerso oppositis
collocanda esse. In medio verò quis statuendus sit, non ita facilè iudicari
posse. Aristoteles eo prorsus quo nos antea, ordine colores medios enumerat. B
Supráque de coloribus mediis loquēs, Purpureum puniceumque, modū,
proportionemque egregiè seruare dixit: quò fit vt si hæc respiciamus, purpureus
in medio ponendus sit, sed in tertio meteorol. cap. de Iride aliter sensisse
videtur cùm ait: Validiorem aspectum in puniceum colorem transire, proximum
in viridem, imbecilliorem in purpureum, ex quibus verbis patet viridem
colorem ad Nigrum magis quam puniceum, & Purpureū magis quàm
viridem accedere. Accedit etiam ratio, quia quemadmodum puniceum colorem
ex Cupholitho lapide qui albus est, ita viridē ex luteo seu palido, purpureumque
ex puniceo, ars efficit: vt igitur, luteum aut pallidum, quod obscurum
candidum est, ad Album magis accedit quàm puniceum, ita meritò
color viridis Albo propior quàm purpureus erit. Sed non satis tutum est aliquid
in hac colorum doctrina affirmare: Interea tamen illud non prætermittam,
non rectè aliquos in hac colorum serie tradenda puniceum cum flauo
confundere, rubeum verò à puniceo distinguere. Aristoteles in cap. de Iride, C
iudex esto. Sed quæret aliquis: quia non semel dictum est, colorem esse passionem
mixti, an mixta imperfecta verè colorata dici queāt, puta, nix, nubes,
fumus, aliaque huiusmodi non pauca: hæc enim neque ex reflexione, neque
ex aliquo sibi addito colorem habere videtur, sed ex sui natura: Cumprimùm
enim fiunt, colorem assequuntur suam naturam temperationémque consequentem:
ex altera parte, qualisnam temperatio in mixto imperfecto, ac non
diu permanente ponenda est? Respondendum paucis, talem his tribui colorem
oportere, qualis temperatio seu mixtio est. Imperfecta sanè ista sunt:
Imperfectus ergo color licet verus, illis tribuetur: sed animaduertendum est,
in nube præsertim maximam colorum varietatem quòd ad eius partes spectati,
quo argumento quis posset excipere nullam in nubibus colorem inesse, animaduertendum
inquam est, Nubem, colorē sibi proprium, quà nubes est, D
verumque, sed imperfectum, in quocunque situ aspiciatur, semper retinere: aliquando
tamen ratione coloris apparētis variam videri, ob diuersum situm
vnde aspicitur. Hic igitur color, cùm nullam sequatur temperationem, non
propriè color mixti imperfecti, sed passio quædam meteorologica vocatur.

Περὶ δὲ ψόφου καὶ φωνῆς εἴρηται πρότερον ἐν τοῖς περὶ ψυχῆς.

47 De vno vtique & voce egimus anteà in his quæ de Anima.

Absoluta tractatione colorum, sequebatur statim doctrina de sonis, quòd
hi simpliciores sint, & puriorem simpliciorémque rationem afficiendi sensus
habeant. Cùm verò de sonis nil agat, generatim explicat Arist. Nos suprà speciatim

ciat im docuimus. Neque obstat, quòd in exordio Tertiæ partis principis li-
A belli, sonus inter alia docenda examinãdáque sit propositus: potuit siquidem
id absque calumnia agi, cùm ibi de discrimine inter rationem tractandorum
horum in libris de anima ac præsenti volumine agatur.

Περὶ δὲ ὀσμῆς καὶ χυμοῦ νῦν λεκτέον. σχεδὸν γάρ ἐστι τὸ αὐτὸ πάθος, οὐκ ἐν τοῖς αὐτοῖς δ᾽ ἐστιν ἑκάτερον αὐτῶν. ἐνεργέστερον δ᾽ ἡμῖν ἐστι τὸ τῶν χυμῶν γένος, ἢ τὸ τῆς ὀσμῆς. τούτου δ᾽ αἴτιον, ὅτι χειρίστην ἔχομεν τῶν ἄλλων ζῴων τὴν αἴσθησιν ταύτην, καὶ τῶν ἐν ἡμῖν αὐτοῖς αἰσθήσεων. τὴν δ᾽ ἁφὴν, ἀκριβεστάτην τῶν ἄλλων ζῴων. ἡ δὲ γεῦσις ἁφή τίς ἐστιν.

48 De odore autem & sapore nunc agendum est. Siquidem eadem ferè
passio est, at non in eisdem vtraque ipsarum habetur. Saporum autem
genus perspicuum nobis magis est, quàm odorum. Cuius ratio est, quia
B præter cætera animalia, atque inter sensus nostros, debilissimum hũc o-
doratus sensum habemus: è contrà Tactum inter alia animalia exquisitis-
simum, Gustatus autem quidam Tactus est.

Acturus Arist. de odoribus & saporib⁹, vt ordo tractationis exigit, scopum
suum imprimis proponit: mox morem suum sequẽs, quæ alii de iis dixerint, po-
stremò quid ipse sentiat, exponit. Duplex autem hic dubium oriri poterat:
nimirum cur de his simul tractaretur, non seorsim vt de aliis: item cur contra
propositum ordinem à perfectioribus nempe & spiritualioribus priùs de sa-
poribus quàm de odoribus doctrina institueretur. Vtrũq; aperit Arist. in hu-
ius contextus verbis. Et primùm quidem, cùm ait, σχεδὸν γάρ ἐστι τὸ αὐτὸ πάθος. Quæ
verba Alexander & Thomas ita explicant. Tam odor quàm sapor mix-
C tionum primarum qualitatum humidi nempe & sicci cum aliqua termina-
tione à colore profecta, sequuntur: vt infrà planius reddetur. Vocantur autem
hæc τὰ πάθη, vel quia propriè ex qualitatibus tertiæ speciei sint, vel quia cõmu-
niter qualitates affectionésque corporũ cuiuslibet speciei sint passiones vocã-
tur, in quibus Arist. in priori volumine de cælo cont. 1. Physicæ speculationis
partẽ versari tradidit. Cæterùm ne quis putaret, odorem & saporem, ita ean-
dem dici passionem, vt vnum prorsus essent, addit: (At non in eisdem vtraque
ipsarum). Interpretantur aliqui ex Alexandro, odores & sapores in iisdem
non esse, quia vt plurimũ sapor fit in aqua, odorem in aëre. Vera quidem sunt
hæc, sed perperam & impropriè dicta: neque enim quis vnquam dicet aut a-
quam simplicem sapore imbutam esse, aut aërem odoratum. Alii clariùs &
rectiùs hoc modo. Tam odor quàm sapor passiones humidi & sicci sunt, sed o-
D dor magis sicci est, sapor magis humidi: eliciuntur hæc ex Arist. in sec. de an.
cont. 104. & ex iis quæ suprà de olfactu docuit. Est qui ita explicet, has non es-
se easdem passiones, quia non in iisdem organis reperiuntur, neque eiusdem
sensus sunt. Cuius rei gratia sciendum est, Aristotelem in quinto metaphy.
contex. 26. multiplicem passionis significationem proponere. Ex quibus duæ
sunt præcipuæ, harum altera qualitatibus prout in altero, nempe subiecto in-
sunt atque subsistunt, puta dulcedini in melle accommodatur: altera verò a-
ctionibus siue harum qualitatum iam alterationibus, nempe cùm iam sen-
sum gustus afficiunt. Prior passionis specie impropriè passio nuncupatur:
quandoquidem mel dulcedinem habens nil patitur. Posterior verò quia mel
gustum afficiens, ad actúmque deducens, passionem efficit, propriè passio iu-
dicabitur. Sumpta hæc ferè sunt ex Aristot. in categoriis capite de Quali. Sed

vt ad rem redeã, dicunt hi, si passionis nomen hîc propriè sumamus, ad sensus æstheteriáque sensuũ illæ sunt referendæ. Etenim hæ cum animæ tum corpo- A
ri communes operationes habentur. Sed miror istos tam citò eius oblitos fuisse, quod nobis paulò ante Aristoteles pollicitus est, nempe de his passionibus quatenus ad sensum referuntur in libris de anima tractatum fuisse: hîc earũ naturam simpliciter inuestigari oportere, quod & iam in tractatione colorũ nuper præstitum fuisse vidimus. Illis autem huius interpretationis occasionem præbuerunt verba Philosophi, in quibus causam afferẽs, cur homo exquisitiùs sapores percipiat quam odores, ait, Hominẽ odoratus sensum, id est Æhsteterium odorãdi debilissimum inter omnia animalia habet: Hîc (aiũt) relatio passionis ad sensum redditur. Sed illi (tantotum virorũ pace dixerim) neque sensum Aristotelis neque verborum seu probationis vim Aristotelicæ perceperunt: quod suo loco planum fiet. Nunc ad reliqua. (Saporum B
autem genus). Tollit secundã ambiguitatem, afferẽs mutati ordinis causam. Propterea nanque se de saporibus prius agere declarat, quia hi nobis sint, quantum ad eorum naturam attinet, cognitu faciliores: imò in sec. de an. con. 95, odorum species differentiásque, ob difficilem earũ cognitionem, à speciebus saporum nomen pro rerum similitudine duxisse docet, qua certè sola ratione, meritò Arist. ordinem hunc sequi potuit. Hac eadem occasione ductus persæpe Philosophus, præsertim in Meteorologicis pertractandis, & in eodẽ etiam capite, ab vno ad alium ordinem transit. Sed quæ modò nos docet, agè expẽdamus. Sapores (ait) facilius à nobis cognosci, quia rectiùs percipiuntur. Vis huius probationis ex eo sumitur, quòd quę per susceptionem iudicantur, quò melius recipiuntur, eò etiam exquisitiùs cognoscũtur. Atqui sapores certè rectiùs quàm odores, capiunt homines, cùm ij organum sensúmque ipsum C
gustus cùm cæterorum animantium, tum aliorum suorum sensuum respectu, perfectissimum obtinuerint: olfactus verò sensum instrumentúmque debilissimum: quod certè consequitur, quoniam idem organum prout melius deteriúsve se habet, perfectiùs atque imperfectiùs suum sensile capit. Aliâs huc respiciẽs Arist. ad hunc modum loquutus est, Si oculum iuuenis senex haberet, cerneret vt iuuenis, atque enim atque ipse reciperet. Cæterùm simillimam huic sententiam protulit Philosophus in secundo de anima contex. 92. cùm inquit, De odore & odorabili explicare minus facile esse, quàm de iis quæ antea dicta sunt: non enim constat quale quid sit odor, quomodo sonus, aut lumen, aut color. Causa est, quia non habemus exquisitum hunc sensum, sed deteriorẽ compluribus animalibus: homo enim exiliter olfacit, & nullum odorabile percipit absq; dolore & voluptate. Ex quo loco facile etiã colligere est, D
cur sensus olfactus minus perspicuus esse dicatur, ob eã siquidẽ causam, quia non nisi differentias communes, id est excessus ipsos odorũ in quibus aut dolor est, aut voluptas capitur. Atqui dixerit aliquis: Tactus quoque ex sec. de an. cont. 118 nonnisi excussus percipit, mediocritates nunquam: quem tamẽ hîc exquisitissimum vocat. Respondeo, aliam esse rationem in olfactu & Tactu: in hoc enim id propterea fit, quia sensilia sunt eiusdem temperationis cũ ipso æsthetetio vel medio. in illo autem non ita se res habet; sed ob sui debilitatem omnia odorum discrimina, præsertim quæ ad mediocritatem vergunt suscipere nequit: tantùm suscipit excedentia à quibus fortiùs affici potest. Hæc deinceps si ad bonum declinãt, voluptatem in eo pariunt: si ad malum, tristitiam. Verùm ita omnia ad olfactus vilitatem deprimendam multum faciunt, ad excellentiam verò gustus extollendam, nihil. Idcirco Arist. addit, (Tactum è contrà exquisitissimum, Gustus autem quidam Tactus est): acsi ita

A argumentatetur, Homo inter omnia animalia Tactum habet exquisitiorem,
Gustus est quidam Tactus, Gustum igitur habet exquisitiorem. Maior nota
est, quandoquidem Tactus præstantia ab excellẽtia temperationis animalis
pendet, quam homo omnium animaliũ optimam nẽpe, tẽperatam, ab omni-
busque contrariis declinantem, assequutus est. hanc optimam temperatio-
nem, illius ingenium testatur, quemadmodum enim sensus in animalibus est
non autẽ in plãtis, quòd hę mediocritate illa destitutę sint, ita intellectus, qui
vt nobilissima omnium facultas est, ita nobiliorem exigit corporis tempera-
tionem quæ in hominibus tantùm reperitur. Idcircóque Aristot. in secundo
de an. con. 94 quasi à signo certissimo, Molles carne aptiores ingenio esse pro-
tulit. Minor propositio item patet ex tertio de an. cont. 63. & secundo eiusdem
cont. 28. & 94. in quo loco eadem verba sunt quæ hîc repetuntur. Nos etiam
B superius quomodo id verum esset, quantum sat fuit exposuimus. Connexum
ergo verum sequitur: Sed etiã cõfirmari potest, iis quæ Arist. in priori de hist.
an. cap. 5. de vtrisque hisce sensibus docet. Sed quæ de Gustus & Tactus certi-
tudine docet Arist. plana sunt omnibus; non itaque de olfactus imbecillita-
te tradit. Pro his itaque quæri solet; cur olfactum debilem homo habeat, iam
enim explicauimus cur ipsum debilem nuncupemus. Ratio enodandi quæ-
siti præcipua, illa est, quę proponitur in secundo de part. an. cap. 7. & iis illustra
ri potest, quæ superius docuimus. Æstheteriũ etenim olfactus in homine pro-
pter cerebrum sibi proximũ, frigidũ atque humidum est: odor verò quia per
euaporationem tantùm à calido attrahente exiccantéque efficitur, naturam
attrahentis retinẽs, calidus & siccus est. Qui cùm in sensũ olfactus suæ naturę
contrariũ agere debeat, oportet vt ipsũ quasi reuera afficiat, mutet, in suám-
que naturam conuertat; Maxima ergo adest in hac actione repugnantia &
C contrarietas, quo fit vt non nisi ab excedente odore, eóque cominus agente,
affici queat. Alia est in animalibus, puta canibus aut vulturibus ratio, in qui-
bus neque cerebrum neque olfactus organũ ita humidum est, sed siccius ca-
lidiusque. Natura hoc discrimen in hominibus & cæteris animantibus po-
suit, omnium finem perfectionémque respiciens. Homines siquidem qui ad
contemplandum nati erant, actionésque animales multas edituri, ne multo
labore tabesceret, spirituumq; gignendorũ materia destituerẽtur, humidiori
cerebro eguerunt. Brutorum vita cibum potumque spectat, idcirco sensum,
qui sibi ad necessaria comparanda longiusque petenda, ad ea item fugienda
quæ nocitura viderentur vsui esse poterat, exquisitiorem obtinuerunt, imò,
vt monet Auerroes in secundo collig. ca. de instrum. odoratus, Natura, in hoc
quantum potuit, nonnulla animantia iuuit, nonnullis enim, vt canibus, nares
ob eam maximè causam latiores tribuit. Cæterùm non mirari non possum
D aliquos, qui ex 5. de generatione an. cap. secundo colligere volunt, Hominẽ,
olfactum exactiorem exquisitiorémque cæteris animalibus habere, quòd
minutissimas odorum differentias speciésque, easque acutius percipiat, li-
cet in hoc ab illis superetur, quòd non ita procul olfacere illud quidem fateor
queat. Nam illud quidem fateor, Hominem quæcunque olfacit rectius olfa-
cere, atque exquisitius iudicare, non tamen minutas illas differentias odorũ
assequi posse, quas multa animalia præter hominem assequũtur. Ratio illius
est, quòd in homine odoramentorũ oblectamenta potissimùm insint, ratione
animæ perfectioris altiorisque facultatis qua præditus est, vt de Tactu Alexã
der in paraphrasi de an. cap. de olfactu asseruit. In brutis verò, (Quamuis pan-
theræ odore, bestias oblectari, scripserit Arist. in sec. 13. publ. 4,) oblectatio ista
saltem in eo gradu non reperitur. Quorsum enim? cùm sibi non nisi ad perni-

ciem prodesse posset: illis siquidem allecta in laqueos insidiantium incidere A
potuisset. In Gustu solummodò & Tactu belluas delectari oportuit: ne vel genetationem spernerent, vel fame perirent, aut lædentia vitare nequirent. Alterius verò fundamentum elicitur ex secundo de part. an. cap. 7. quod iam superius adduximus: verùm experiētia confirmatur, quēdoquidem hominis, multarúmque aliarum rerum odorem nos nullum percipimus, quorū tamē odore catellus (omitto alia animalia) eminus etiam afficitur, atque mouetur. Huic veritati quàm faueat cont. 92. secundi de an. & Auert. in quinto collig. c. 28. vnicuiq; patet. Ad tertiā dico, primùm hîc de animalibus perfectis sermonē fieri, vt patet. Mox propriū hûc esse locum vbi hoc determinetur: idcirco in se. de an. satis illi fuit, dixisse olfactum in homine peiorē esse, quàm in multis animalibus, hîc rem clarius vel determinare debuit ac potuit.

Ἡ μὲν οὖν τοῦ ὕδατος φύσις βούλεται ἄχυμος εἶναι. ἀνάγκη δὲ, ἢ ἐν αὐτῷ τὸ ὕδωρ ἔχειν τὰ B
γένη τῶν χυμῶν ἀναίσθητα διὰ σμικρότητα, καθάπερ Ἐμπεδοκλῆς φησιν, ἢ ὕλην τοιαύτην ἐνεῖναι, οἷον πανσπερμίαν χυμῶν· καὶ ἅπαντα μὲν ἐξ ὕδατος γίγνεσθαι, ἄλλα δὲ ἐξ ἄλλων μερῶν, ἢ μηδεμίαν ἔχοντος διαφορὰν τοῦ ὕδατος, τὸ ποιοῦν αἴτιον εἶναι· οἷον εἰ τὸ θερμὸν καὶ τὸν ἥλιον φαίη τις τούτων.

Aquæ igitur natura exigit quidē vt insipida sit. Sed necesse est vel ipsam
49 in se omnia saporum genera, quæ ob exiguitatē sensuū lateant, habere vt asserebat Empedocles, aut eiusmodi materiā continere, quæ veluti, saporum omnium seminarium sit, & omnia ex aqua, alia autem ex parte illi⁹ alia efficeret: aut certè cùm nullum ipsa discrimen in se habeat, conficientē causam esse, ac si quis calidum & solem huiusmodi dicat.

Secundam aggreditur partem tractationis, in qua opiniones tres Veterum C
de ortu & natura saporum recenset. Inprimis autem concessum quoddā ab omnibus ponit, vt quid deinceps ab aliis quæ ex eorū sentētia in medium afferet desiderari queat, distinctius cognoscatur. Concessum est, Aquam ex sui natura insipidam esse. Cùm enim corpus simplex sit, omnibus secundis qualitatibus, quæ mixti tātùm passiones sunt, carere, idcircóq; nullo sapore imbuta esse debuit. Imò hoc præcipuum aquę optimę & purissimę signum est, si nullum saporē, odorem, aut colorē retineat: verùtamē licet ipsā cuiuslibet saporis expers sit, est omniū saporū veluti principiū, materia, & fundamētū, ex sec. de an. cont. 101. Sed quæritur quomodo aqua principium eorū sit. Empedocles respondet, Aquam saporum dici subiectum, quia in ipsa actu saporum omniū genera quibusdā minutissimis corpusculis ab aqua differentibus cōtinentur, quæ ob sui exilitatem sensum nostrum fugiunt. Iuxta hanc dicendi rationem D
duo sunt colligenda: ac primùm illud, Aquam non propriè materiam saporū dici, sed eatenus tantùm quatenus, locus est: sapores enim iam actu existētes continet. Alterum, nunquam fore vt percipiantur sapores isti in aqua dispersi nisi antea aliqua vi congregentur. Vim autem istam explicat Alexander, qui ait, congregari hos sapores vel à plantis radicibus mediis, vel ab animalibus aquam ipsam corpusculáque illa vnà haurientibus: calor siquidem ille in plantis & animalibus ὁμογενῆ insitus congregare, ἑτερογενῆ verò seiungere valet. Diuersitatem autem saporum, nunc maiorem nunc minorē huiusmodi corpusculorum coniunctionem consequi, opinio hæc fortasse existimare potuit. Restat alia opinio quæ putabat, Aquam principium quidem saporum esse, non tamen eos actu continere, principiū inquā huiusmodi quod in se materiam quandam habeat, ex qua veluti ex seminibus omnes sapores oriantur.
Varie-

varietatem verò ſaporum, à diuerſitate partium aquæ, ſeu illorum ſeminũ ex quibus diuerſi eliciebãtur, ſumi oportere affirmabat. Hîc nil opus eſt cum Alexandro dubitare cuiúſnam iſta opinio fuerit, cum τῆς πανσπερμίας mentio fiat: Nota ſatis eſt Democriti vox, qui infinitũ faciebat ἐκ τῆς πανσπερμίας τῶν σχημάτων id eſt ex atomis infinitis figura differẽtibus quæ omnium rerum ſeminarium erant; quandoquidem ex eis veluti ex ſeminibus oriri omnia exiſtimaret. Similis huius, vox Empedoclis τὸ οὐλοφυὲς erat, qua maſſam quandam indigeſtam, ex elementis conſtantem, naturámque rerum gignendarum perinde ac ſemen, indiſtinctè continentem, ſignificabat. Ariſtoteles hæc tradit tertio de Phy. auſc. cont. 27, & ſecundo eiuſdem tractat. cont. 83. Poſtrema accidit opinio, quæ cum ſecunda fortaſſe in omnibus conueniebat, præterquam quòd varietatẽ ſaporum nõ à diuerſis aquæ partibus, ſed ab efficiẽtis diuerſitate (vel Solem hunc dicas, vel caliditatem quæ illius inſtrumentum eſt) proficiſci aſſerebat. Huius ſententiæ vindicẽ, neque Ariſt. neque illius interpretes proponunt: ſed videamus an recte conijcere ex eis poſſimus, Anaxagoram fuiſſe. Hic enim à Democrito in eo differebat, quòd in ſingulis partibus admiſtionẽ illam ſuam infinitam, de qua paulò antè loquuti ſumus, ſtatuit, & quoduis in quouis eſſe arbitratus eſt, ex quo illud initio ſuæ Philoſophiæ conſcriptum, ἦν ὁμοῦ πάντα χρήματα. Democritus verò corpuſcula illa ſua eiuſmodi eſſe voluit, vt nullum illorum ex aliis gigni poſſet. Sed hæc ad rem nihil, vt Alexander de atomis Democriti hîc ait:

Ὡς μὲν Ἐμπεδοκλῆς λέγει, λίαν εὐσύνοπτον τὸ ψεῦδος. ὁρῶμεν γὰρ μεταβάλλοντας ὑπὸ τοῦ θερμοῦ τοὺς χυμοὺς, ἀφαιρουμένων τῶν περικαρπίων εἰς τὸν ἥλιον καὶ πυρουμένων, ὡς οὐ τῷ ἐκ τοῦ ὕδατος ἕλκειν τοιούτους γενομένους, ἀλλ' ἐν αὐτῷ τῷ περικαρπίῳ μεταβάλλοντας, καὶ ἐξικμαζομένους διὰ τὸν χρόνον αὐστηροὺς ἐκ γλυκέων, καὶ πικροὺς, καὶ παντοδαποὺς γινομένους, καὶ ἑψομένους, εἰς πάντα τὰ γένη τῶν χυμῶν μεταβάλλοντας, ὡς εἰπεῖν.

50 Verùm id quod Empedocles aſſerit, valde manifeſtum mendacium eſt. Cernimus enim ſapores decerptorum fructuum atque Soli ignive expoſitorum à calore mutatos, tanquam non eò quòd ab aqua hauriant, eiuſmodi ſapores facti ſint: ſed quòd in ipſomet fructu mutati, & tempore exhalãtes, ex dulcibus auſteri, amari, excoctique in omnia (vt ita dicã) ſaporum genera tranſmutentur.

Ordine propoſitas opiniones Veterum confutat. Primùm igitur aduerſus Empedoclem in hunc modum argumentatur: Oppoſitum prorſus accidit quàm tu dicas, ergo manifeſtè mentiris. Probat aſſumptionem, quia ſi fructus, puta ab arboribus decerpti, Soli, ignive exponantur, cernimus vi caloris illius, ſapores eorum in dulces auſterũ amarumque & omne id genus permutari, ergo nouus ibi ſapor acquiritur, cùm tamen nulla aqua adſit, vnde hauriatur, potiuſque per exiccationem, quàm per humectationem efficiatur. Ac ſi diceret: non poſſum⁹ affirmare fructus illos decerptos, ab aqua ſapores actu in ipſa diſſeminatos, recipere, congregaréque, ſed in ſeipſis potius ſapores intus habere, qui deinceps tempore intercedente ob internas qualitates mutatas, vel coctionem aliquam extraneam, humorem internum fructuum exiccantem, in varias ſpecies transferantur. (ἀφαιρουμένων τῶν περικαρπίων). Excerpti fructus nullã cum ſua arbore communicationẽ habent: in his ergo dici

nequit in transmutatione saporum nouam aquam ab arbore sumi, quod fortasse Empedocles in affixis excipere posset, propterea que ab excerptis nō ab affixis experientia sumpta atque proposita fuit. περικαρπίων autem, alii vertunt, Pomorum, nos fructuum: eodem vtraque versio tendit, si per fructum vel pomum intelligatur tam id quod continet, quàm quod continetur, id est semen ipsum quod καρπὸν appellatione tam Diosc. quàm Galenus vocat. In pomis seu ἐν τῶν μήλων caro interior & cutis seu operimentū & continens molle, in Nucibus (vt castaneæ, amygdalæ, aliáque huiusmodi) cortex durior est. Sed vtrunque sit operimento illo medio, arbores fructui, id est ei quod intus est, sapores impartiuntur. A

Ὁμοίως δὲ καὶ τὸ πανσπερμίαν εἶναι τὸ ὕδωρ ὕλην, ἀδύνατον· ἐκ τοῦ αὐτοῦ γὰρ ὁρῶμεν ὡς ἐκ τῆς αὐτῆς τροφῆς, γινομένους ἑτέρους χυμούς. B

51 Perinde autem, Aquam esse materiam πανσπερμίας fieri nequit, si quidem ex eodem, ceu ex eodem alimento, varios effici sapores cernimus.

Si quid peccabat secunda opinio, in eo quòd πανσπερμίαν saporum omnium aquam poneret, sat reprehensa est, cùm aduersus priorem sententiam ostensum fuit, beneficium istud saporum ab aqua proficisci non posse. Sátque etiā reprehendetur infra, in posterioris cōfutatione. Nunc in eo palàm arguitur, quòd ponens ipsam πανσπερμίαν esse, tamen in diuersis aquæ partibus diuersorū saporum principia statueret. Quandoquidem ex eadem aqua, tanquam ex eodem alimento varios confici sapores cernimus. Aqua enim, puta à ficu, pro nutrimento quod certè omne humidum est, hausta, vna eadémque existens, non vnius generis saporum causa est. Alius siquidem ficus fructuum, alius foliorum, alius corticis, ligni item alius sapor apparet.

Λείπεται δὴ τῷ πάσχειν τι τὸ ὕδωρ μεταβάλλειν. ὅτι μὲν τοίνυν οὐχ ὑπὸ τῆς τοῦ C θερμοῦ μόνον δυνάμεως λαμβάνει ταύτην τὴν δύναμιν, ἣν καλοῦμεν χυμόν, φανερόν. λεπτότατον γὰρ πάντων τῶν ὑγρῶν τὸ ὕδωρ ἐστί, καὶ αὐτοῦ ἐλαίου· ἀλλ᾽ ἐπεκτείνεται ἐπὶ πλέον τοῦ ὕδατος τὸ ἔλαιον διὰ τὴν γλισχρότητα, τὸ δὲ ὕδωρ ψαθυρόν ἐστι. διὸ καὶ χαλεπώτερον φυλάξαι ἐν τῇ χειρὶ τὸ ὕδωρ ἤπερ ἔλαιον· ἐπεὶ δὲ θερμαινόμενον οὐδὲν φαίνεται παχυνόμενον τὸ ὕδωρ αὐτὸ μόνον, δηλονότι ἑτέρα τις ἂν εἴη αἰτία. οἱ γὰρ χυμοὶ πάντες πάχος ἔχουσι μᾶλλον, τὸ δὲ θερμὸν συναίτιον.

52 Reliquum est itaque ob aquam aliquo modo affectam, mutationem fieri. Cæterùm quòd aqua vim illam quam saporem nuncupamus, non tantùm à calidi facultate recipiat, planum est: Etenim humorum omniū tenuissima est aqua, & ipso etiam oleo tenuior, quamuis hîc ob sui viscositatem magis protendatur, fragilis siquidem ipsa est. Quo etiā fit, vt ægrius aqua manu contineatur, quàm oleum. Sed quoniā aqua ipsa sola calefacta non crassescit, manifestum certè erit, aliam quandam huius causam fore. Sapores siquidem omnes ad crassitudinem vergunt: Calidum autem concausa est. D

Si aqua ex seipsa varietatis saporum causa esse nequit, omnium tamen sit veluti mater, sequitur certè ob aliquam in ipsam ab extrinseco principio mutationem factam, diuersos gigni sapores. Atqui hoc ipsum Tertia fatetur opinio. Sed tamen & illa reprehenditur, non quòd aliquid caliditati agenti tribuat, vt Alexander ait, sed quòd totum ad illam deferat. Possumus totam Aristotelis

A ristotelis argumentationem in hunc modū referre: Id quo posito cum aqua, sapores non ponuntur, non est vera specierum saporis causa: caliditas aut sol sunt huiusmodi, vt ipsis cum aqua positis, sapores tamē nō adsint: ergo neque sol, neque caliditas, sunt veræ saporum causæ. Maior nota est; siquidem vera causa est, quæ ἀμέσως producit effectum: Minor, sumpto fundamento à modo generationis saporum quæ est per incrassationem, ad hunc modum in cōtextu probatur: Aqua ipsa sola, à calido crassescere nequit, ergo neque ob calidū gignere sapores. Fundamētum sumptum, quòd maioris propositionis vicem gerere potest, inde constat, quòd sapores qui non nisi ob nouam crasim seu tēperationem à mixto acquisitam, noui prodeunt, per digestionem, vel aliam mutationem digestioni ad similitudinem muneris respondentem, efficiūtur. Cæterùm digestio omnis incrassando procedit, vt Arist. in 4. mete. ca. 3. & ca. 4. tradit & ratio probat, quādoquidem digestio omnis in æqualitate quadam
C consistat, quæ per exactam mixtionem humidi cum sicco à calore inducitur: fieri autem nequit, quin calor agitādo & miscendo, multas partes aqueas rarefaciat, extrahat, tandémque consumat: ex quo etiam necessariò sequitur, vt quicquid manet, constans magis, coactum, crassiúsque reddatur. Minor in contextu probatur, nēpe quia cùm aqua omnium humorum tenuissima sit, corpúsque simplex, partes heterogeneas istas, crassas nempe tenuésque non habens, incrassari nequit. De aqua simplici loquimur, quæ certè quantumuis calefcat nunquam crassior effici poterit, sed tota potius à calore in euaporationes euanescere. Remouet deinceps Philosophus ambiguitatem quæ oriri ex eo poterat, quòd aquam omnium humidorum tenuissimam nuncupasset. Etenim oleū, quòd magis permeet, & latius diffundatur, aqua tenuior existimari potuit. Addit ergo, oleum omnino crassius esse aqua, quod probat ex-
C perientia, nam facilius oleum in manu quis seruabit quàm aquam: quæ quia facilè dissolui potest, hinc atque inde diuellitur & emanat. Ex his demum Arist. tanquā pro suæ opinionis fundamento (vt Alex. monuit) colligit, calori quidem, quantum ad saporum species attinet, nō omnia accepta referri oportere, vt Veteres censebant, sed tamen illum tanquam συναίτιον retinendum esse, qua de re infrà. Nunc illud expendamus. Causam cur oleum magis quàm aqua diffundatur, tenacitati illius adscribit, cui opponit aquæ ψαθυρίαν. Hic verò sciendum est, Oleum neque terræ neque aquæ esse à prædominante, sed aeris. Cui rei indicio: illud est, quòd illud ob aeris dominantis leuitatem, aquæ supernatat, trahens scilicet sursum, tum aquæ, tum terræ grauitatem. Quòd si multum humidi habere videatur, illud certè aereum est: atque hinc fit, vt facilè flamma corripi queat: imò Aristoteles hoc solo fundamento in quarto meteorologico probat, oleum, tam à calido quàm à frigido posse cras-
D scere. Si igitur humiditas aeris multa, in oleo reperitur, illa certè tenuis, vi- scida, tenax est: quā etiam ratione ostendebat in loco commemorato Aristot. oleū non posse, vel à calido, vel à frigido coagulari, coagulantur enim quæ exiccari valent: exiccatur quicquid aqua est, aut aquæ species, vel terreum, cùm humidum eius aqueum à reliquis partibus eiusdem seiungitur: olei verò partes ob lentorē tenacitatémque separari nequeunt. Omitto hîc interpretū de tota re hac, controuersias, imò & ipsiusmet Arist. repugnantes sententias: relinquenda siquidem hæc sunt Meteorologicis. Nunc satsit ista simpliciter retulisse, ex quibus eius rationem reddere possimus, quo motus Arist. oleum cùm aqua in tenuitate conferre voluerit: permeat enim magis corpora, quæ tāgit, ob illius aeream naturam: diffunditur quoque magis ob eandē causam.

Nā cum permeet, tenaxque & vissidus sit, nō potest vna illius pars fluxum ar-
ripere, quin aliæ quoque tanquam ab illa priori tractæ sequantur. Sed dicat ali A
quis: Si oleum, aqua magis permeat, magísque aereū est, quî fiet vnquam vt a-
quam ipso tenuiorem dicamus? Respondeo, Aristotelem per λεπτότατον rarum,
minimèque vissidum, seu nō coactum, fortasse significare voluisse: Certè ver-
bum γλισχρότητα ad illius explicarionem adhibetur. (Sed quoniam aqua ipsa
sola calefacta nō crassescit). Idē iisdem verbis in quarro meteor. cap. 4. & alibi
tradidit. Ex quo Olympidorus colligebat, aquam nutrire nō posse, imo Arist.
in secundo de ortu & inte. narrat, peritos Agricolas aqua plantas irrigantes,
terram cum ipsa miscere, vt inde ali, augeríque possint. Sed obiiciet quis, non
semel Arist. in quarr meteor. aquam coctam dicere, itémque condensari, cùm
præsertim murarur in terram. Respondeo ad primum, Coctionem & crudita-
rem solius mixti passiones esse, idcircò Aristotelem, cùm istas tribuit elemen- B
ris simplicibus, meraphoricè rantùm loqui, vt plerúnque solet. Ad secundum
dico, aquam condensari quidem aut congelari, nunquam ramen crassescere.
differt hoc ab illis; quia quæ crassiora redduntur non ramen sicca remanent,
incrassata propriè dicuntur, huiusmodi est oleum: quæ vero dura remanent
constātiáque, qualis aqua, congelara & condensāta nuncupantur. In summa,
crassities mixri passio est: simplicium elemenrorum condensario.

Φαίνονται δ' οἱ χυμοὶ ὅσοιπερ καὶ ἐν τοῖς περικαρπίοις, οὗτοι ὑπάρχοντες καὶ ἐν τῇ γῇ.
διὸ καὶ πολλοί φασι τῶν ἀρχαίων φυσιολόγων, τοιοῦτον εἶναι τὸ ὕδωρ, δι' οἵας ἂν πορεύηται
γῆς, καὶ τοῦτο δῆλόν ἐστιν ἐπὶ τῶν ἁλμυρῶν ὑδάτων μάλιστα. οἱ γὰρ ἅλες γῆς τι εἶδός εἰ-
σι. διὸ τὰ διὰ τῆς τέφρας διηθούμενα πικρᾶς οὔσης, πικρὸν ποιεῖ τὸν χυμόν, καὶ τὰ διὰ
τῶν ἄλλων ὁμοίως. εἰσί τε κρῆναι πολλαί, αἱ μὲν πικραί, αἱ δ' ὀξεῖαι, αἱ δὲ παντοδα- C
ποὺς ἔχουσι χυμοὺς ἄλλους.

Videntur autem, quicunque in fructibus sapores insunt, iidem quoq;
53 in Terra inesse. Quapropter multi ex veteribus Physicis aiunt, Aquam
talem esse, qualis Terra sit quam perfluit: quod certè in aquis salsis per-
spicuè declaratur. Etenī sal terræ species quædā est. Proptereáque per ci-
nerem quæ amara est, colatæ aquæ, amarum saporem efficiunt: eadém-
que ratio est aliarum quæ per alia permeant. Inueniuntur insuper mul-
ti diuersique fontes, hi quidem amari, alii acuti, aliíque omniū generum
sapores obtinentes. D

Confutatis veterum decretis, ad propriū accedit. Duo autem ab antiquis
sumpta, more quodam suo, tāquam vera & rata supponit. Aquam nempe ma
teriam & quasi πανσπερμίαν quandam saporum esse. Prærerea caliditatem ad ge-
nerationem eorum concurrere. hoc in postremis verbis superioris cont. diser-
tè fassus est. illud nunquam aduersus vereres apertè damnauit. Summa est, A-
quam solā cum calido conficienre nisi siccū terreum vnà quoque adsit, sapo-
ribus gignendis non sufficere. Hoc vr ostendat, nonnullis primùm rationi-
bus probat, eosdem prorsus totidémque sapores qui in fructibus reperiūrur,
in Terra quoque vnde fruct⁹ prodeūr, reperiri. Imprimis verò authoritatē ve-
terū mulrorū, inter quos fortasse Merrodor⁹ & Anaximenes erār (teste Alex.
in sec. mereor. com. pr.) proponit, qui affirmabāt, aquam talem vbique saporē
retinere, qualem terra habet per quam illa permear: huic vero rei affirman-
dæ idcircò impellebantur, quòd Aquam Sal perfluentem (Sal verò quæ-
dam

A dam terræ species est) falsum saporem contrahere perspicerent. Additur autem in contextu ad confirmandam Veterum sententiam, hac eadem ratione, Aquam per cineres percolatam, similem saporem, amarum nempe, sumere, alias item aquas colatas per alias terræ species, puta sulphureas, bituminosas, lutosas, ceteráſque huiuſmodi quas initio libri prioris meteor. innuit, externum semper saporem recipere & continere: Cuius rei indicio etiam sunt fontes multi (postremo addit) in quibus omnis generis sapor, hac sola ratione repetitur. In hac parte illud primum animaduertendum est, quod Alexāder annotauit, Aristotelem, nomine terræ non simplex elementum, secundarum qualitatum saporisque omnis expers, significasse, sed (vt ait Thomas) Terram cum humore permixtam. Quod quidem Philosopho sat est, qui nō solam Aquam (vt statuerūt Veteres) sed Terram quoque, & fortasse præcipuam saporum causam esse, vult habere. (Et sal species quædam terræ.) In quarto mete.
B cont.43. vocatur Sal mixtum liquabile, in quo tamen dominatur terra: gignitur enim ex commixtione humidi cum sicco terreo, tenuiotibus humidi partibus à calore solis, vel ignis, vel alterius decoquentis resolutis. Indicio huius est, ipsum alicubi (vt ferunt) in lapides cogi. quare non propriè terra hîc ab Aristotele vocatur, sed species terræ. Nam si pura & simplex terra esset, diuersitate speciei non significaretur. Hæc explicatio elicitur ex Græcis interpretibus in priori meteor. cap. primo, vbi Arist, ait Ἔτι δὲ γῆς ὅσα εἴδη καὶ μέρη, καὶ πάθη τῶν μερῶν. Sic illi interpretantur, Species terræ sunt, Cauernosa, fungosa, solida, concreta, sulphurea, bituminosa; aluminosa; nitrosa: quanquam propriè species non esse, ait Philoponus, sed magis πάθη, quandoquidē terra nisi aliquo modo affecta, huiuſmodi effici nequeat. Salis autē multa genera sunt, vt Fossile, Nitrū, aliáq; huiuſmodi; de quibus Meteorologici. Quę verò de fontib⁹ Arist.
C affert, manifesta sunt: imò idem in sec. met. ca. 2. narrat, in Sicanio agro Siciliæ aquam acidam olim fuisse, quā etiam incolæ pro aceto vterentur: in Scythia, amaram. Nostra etiam tempestate multos huiuſmodi fontes superesse, aiunt, vt in Romano agro, vnum saporis austeri, cuius aqua vino ad conciliandam gratiam ab aliquibus misceri solita sit; alios item diuersorum saporum alibi: Totam horum omnium causam, in terram à calore excoctam Aristoteles refert, quæ deinceps aquæ sapores varios præbet. Sed videtur esse repugnantia in Arist. sententia. Siquidem in secundo meteor. cap. p. ait, aquam per cineres percolatam salsum saporem contrahere, hîc verò amarum. Tollitur facilè, quandoquidem lixiuiū, veluti etiam vrina, & aqua maris simul contineat salsedinem & amaritudinē, quinimò ab illa, ad hanc statim transitus fit, & causæ vtriusque in omnibus istis reperiūtur. sed de his infrà planius & copiosius.

D Διὸ εὐλόγως ἐν τοῖς φυομένοις τὸ τῶν χυμῶν μάλιστα γίνεται γένος. πάσχειν γὰρ πέφυκε τὸ ὑγρὸν, ὥσπερ καὶ τἆλλα, ὑπὸ τοῦ ἐναντίου. ἐναντίον δὲ τὸ ξηρὸν, διὸ καὶ ὑπὸ τοῦ πυρὸς πάσχει τι· ξηρὰ γὰρ ἡ τοῦ πυρὸς φύσις. ἀλλ' ἴδιον τοῦ πυρὸς τὸ θερμόν ἐστι, γῆς δὲ τὸ ξηρὸν, ὥσπερ εἴρηται ἐν τοῖς περὶ στοιχείων, ᾗ μὲν οὖν πῦρ, καὶ ᾗ γῆ οὐδὲν πέφυκε ποιεῖν, ἢ πάσχειν, οὐδ' ἄλλο οὐδέν. ᾗ δὲ ὑπάρχει ἐν αὐτοῖς ἐναντιότης ταύτῃ πάντα ποιοῦσι καὶ πάσχουσιν.

54 Quapropter meritò omne saporū genus in plātis potissimū gignitur: Etenim humidum veluti alia omnia à contrario pati natum est, porrò contrariū, siccitas est, ideoque ab igne aliquid patitur, cuius natura sicca est. Cæterum ignis proprium calidum, veluti Terræ siccum est, vt in

libris de elementis declarauimus. Verùm quà ignis est, aut quà terra, nil aptum est agere aut pati, nec quicquam aliud: agunt verò omnia quà in ipsis inest repugnantia. A

Qui nouã rationem vel vnam, vel duplicem in hoc contextu dicunt afferri, quà terrã principium saporum esse probetur, nec scopum, nec methodũ Philosophi assequuti sunt. Quod ex iis quæ sequentur, satis constare poterit. Idcirco ego existimo Aristotelem, ex declaratis, & iam constitutis saporum principiis quiddam colligere, cuius deinceps occasione, modum quo tria ista principia ad gignendos sapores cõcurrant, paucis quo ad fieri potest (vt par erat) aperire conatur. Quocirca Leonicum non vitupero, qui priorẽ contextus huius particulam cum superiori contextu iungit: illos accuso, qui alia ratione illam seiunxerunt. Elicit ergo Philosophus ex superioribus, iure saporum omnium genera in plantis potissimùm percipi. Laborant nonnulli vt rem hanc explicent, & nescio quæ commenta in medium afferunt. Mihi simplex ille sẽsus placet, quem Thomas quoque sequutus est. Si in terra sapores omnes insũt, vt probatũ est, & in aquis ob terrã quam lãbunt, iure in plãtis potissimùm omnibúsque herbarum generibus, quòd in terra nascantur, indéque suum nutrimentum absque medio attrahant, omnia saporum discrimina deprehẽdũtur. Imò hoc ipsum illud est quod antè assũpserat, cùm in superiori cõtextu ait. (Videntur autẽ quicunque in fructibus sapores insunt, iidem etiã in Terra inesse). Sed reliqua persequamur. Ex eo quod de plãtis protulerat, rationis generandorũ saporũ ex principiis iam declaratis explicãdæ occasionẽ sumit, ita tamen vt quod de plãtis tantùm videtur affirmare, de omnibus saporibus generatim velit intelligi. Sumit autem veluti totius huius rei caput, quod à veteribus etiam concessum est, Aquam nempe seu humidum materiæ, siue matris ἢ πανσπερμίας vicem in saporum ortu gerere, ex qua vt sapores educãtur, passio certè aliqua intercedat necesse est. Verùm à quónã pati humidũ, aptũ est? (neq; enim quidlibet in quodlibet agit, aut à quouis patitur) sanè à solo contrario: à similibus enim nõ fit actio, quod Arist. in priori de Phy. ausc. cont. 47, quĩto eiusdẽ tra. 26. in priori de ortu & int. 50. & sexcẽtis aliis in locis testatur. Atqui contrarium humidi, siccum est, ex sec. de ort. & int. cont. 16. siccúmque igni conuenit & magis adhuc terræ, (iuxta sacram appellationem, Et vocauit Deus aridã, Terram) ergo humidũ aquę, tum ab ignis siccitate, tum verò magis à siccitate terrę, cum eiusdem caliditate (quę propriè igni tribuitur) coniũcta, in ortu saporum, patietur. Sed animaduertendum est, diuersum esse hunc passionis modum: patitur siquidem humidum à sicco, veluti à contrario: ex qua actione & passione mutua, mixti crasis oritur: à calido verò vt ab efficiẽ- & permiscẽte, ex cuius actione, alteratio ipsa tandẽmque generatio sequitur. Propter eáque humidum & siccum in generatione saporum materiæ vicem ferunt, calidum verò vt conficiens causa est. In postrema contextus parte, quia dictum fuerat, humidum ab igne pati, ne quis deciperetur, quomodo id intelligi oporteat, explanatur: neque enim (Philosophus ait) ignis quà ignis, aut terra quà terra, in aquam agit, quia elemẽta substantiæ sunt, propter eáq; contrarietate carent, sed quà contrarietatibus, id est repugnantibus qualitatibus prædita sunt. Ex hoc contextu perspicuè elici potest, in vnoquoque elemento vnam tantùm qualitatem in summo (vt aiunt) inesse: alteram verò (quicquid Galenus Auicenna, Albertus & Thomas dixerint) remissam. Di-

B (margin, beside "illam seiunxerunt") · C (margin, beside "teribus etiam concessum") · D (margin, beside "& permiscẽte")

ferte

A ſertè ſiquidem affirmat Ariſtoteles,ſiccitatem Terræ ptoptiā eſſe, Ignis verò
caliditatem,in ſecundo volumine deortu & interitu,cont.23.idem his verbis
expreſſit: Sed tamen abſoluté quatuor exiſtunt, vnius tamen vnūquodque «
eſt.Terra ſicci magis quàm frigidi. Aqua frigidi magis quàm humidi. Aër hu- «
midi magis quàm calidi. Ignis calidus magis quàm ſiccus. Quam ſententiam «
Alexander hîc, Auerroéſque infinitis propè in locis ſequuti ſunt.Et certè qua
ratione inuicē agere & pati poſſent elementa,ſi in ſingulis qualitates geminæ
in ſummo eſſēt,(vt Auerroes doctiſſimè opponit in quarto meteor.com. 16.in
decimo metaphy.com.23.primo cęli 7.& ſec.de orru & int.48.)intelligēte dif
ficile eſt.Illud aliis negotium non minimum faceſſere videtur, quomodo re-
miſſa qualitas in elemento poni queat,cōtrarii mixtione,non poſita,& ſince-
rirate elementorum non violata. Sed Auerroes in ſec.cęli com.15.idem argu
menrum de Poli metidionalis perfectione teſpectu poli ſeptentrionalis, ſtel-
larūmq; nobilitate teſpectu cæli,adductū ſoluit,abſolutè negans,remiſſionē
B omnem contrarii permixrione fieri. Neque obſtat quòd aliquando (vt in ſe-
cundo Topico)Ariſtoteles dixerit,album eſſe quod nigro nō permiſcetur, id
eſt quod minus nigredinis habet:namque Ariſtotelis ſententia vbicunque i-
ta loquatur,de contrariis θετικοῖς ſeu de qualitatibus contrarium poſitiuum ha-
benribus,accipiēda eſt. Dicimus enim, amariſſimum dulcedinis petmixtione
minus amarum reddi. In qualitatibus verò contrarium στερητικὸν habentibus A-
uerroes rectè id verum eſſe negat. Lux enim remittitur, nulla tamen contra-
rii permixtione facta.Imò addebant Excellentiſſimi Pręceptores mei,non in
omnibus etiam qualitaribus contrarium poſitiuum obtinētibus, remiſſionē,
contrarii mixtione fieri,ſed in illis tantùm in quibus temiſſio multa vehemēs
& violenta eſt;quòd ſi à natura temiſſio huiuſmodi rei conueniat,neque inrē-
C ſa ſit,id falſum eſſe conſtanter cum Alexandro in quarto meteor. affirmabāt.
Auer.ſanè à ſemeripſo in re hac non ſemel diſſentientem nobis obiicere poſ-
ſet aliquis:ſed quāuis aliquādo iſtius hominis opinione, aſſequi nihil aliud ſit
quàm diuinare:in hoc tamen nullo modo ancipitem ipſum iudicandum eſſe
putamus.Hęc aliás pluribus,nunc pro eius exiſtimatione illud dixiſſe ſat eſto.
Qualitates nempe geminas in ſingulis elementis ſummas ineſſe dici poſſe,id
eſt quales ſuæ naturæ conueniunt: qua ratione,tam Aerem quàm Ignem ſum
mā certè calidiratē habere,non tamen Aerem æquè calidum ac Ignē eſſe di-
cemus,cùm aer tantum caliditatis obtineat,quantū cum ſua propria ac pręci
pua qualitate,nimirū humidirare,manere queat. Quantùm verò ad Galenū
attinet,apertè ipſū cum aliis etraſſe fatendū eſt: quod enim aliqui pro eius ex
cuſarione afferūt,Ipſū nēpe Medicū agere,idcircóq; ita loquētē à ſenſu nō di
ſcedere, Galenū magis arguit,quàm excuſat: qui enī à mixtione diſcedit, quā
D (vt ex Auer. diximus) Galen⁹ ſua hac ſentētia ſeruare nequit, medicorū quo-
que fines non minimo interuallo pertranſiſſe dicitur. Hæc intelligenti patēt.
Ad alia igitur iam tandē pergamus. Ariſt.in con.monet, neque ignē quaten⁹
ignis eſt,neque terrā quatenus terra,agere patíve, ſed vnū quodque elemētū
quatenus repugnātiis præditū eſt. Locus ſane dignus animaduerſione,potiſſi-
mū ob Medicorū omniū hæreſim, qui qualitates primas Fotmas elementorū
ſubſtātiales eſſe,vno ore aſſerūt.Imò Alex.ipſe,huic ſētēriæ, in priori ſuo libel
lo de an.c.1.fauere viſus eſt,cū calorē ſiccitatémq;,Ignis formā,leuitatíſq; eiuſ
dē principiū vocat.quo fit vt nō omnino immeritò ab Auer. & Tho.aliquādo
in re hac reprehendatut. Neq; eſt quòd aliquis vt Ioan.Iand.in 5.phy.q.4.& a-
lii recentiores aliā Alex.ſententiā tribuere velīt:magis enī Themiſt.in 5.phy.
con.9. Auer. quā plurimis in locis iudiciū de Alex.opinione ferēti, credēdū eſ
ſe arbitror, quā iis qui vix vetba Alex. olfecerūt,aut olfacete etiam potuerūt.

Iam verò Philoponum non semel aliósque grauissimos Peripateticos, medicorum partes sequi voluisse, patet. Hos omnes (ni fallor) in hanc hæresim sola A
illa ratio induxit. Quòd cùm elementa per temperaturã subiici fieríque mixtorum corporum materiam oporteret, necesse quoque esset illa retundi, & ad mediũ quoddam temperari, si exquisita mixtio esse deberet. Atquî illud fieri non posse constat, nisi elementorum formæ in qualitatum genus ordinémque referantur, quibus solis proprium est intendi atque remitti. Imò tanti ponderis ista sola ratio fuit, vt Auerroem etiam ipsum in summas angustias redegisse videatur, qui formas elementorum quasi medias inter substantias & qualitates, ancipitísque naturæ statuit. Sed longa est quæstio, & à Peripateticis exagitata, alibíque copiosè pertractanda: de qua tamen nihil certum aut probatum definiri posse cum Doctioribus censeo, quandiu Mens humana crasso hoc corpore inclusa, neque materiam, neque formam sensibus cognoscere valet. Afferamus igitur in præsentia pro re hac, ea tantùm B
quæ minus à contextu nostro sunt aliena, atque ex his, quæ firmiora sunt, vixque ac ne vix quidem refelli queant. Si pars concreti substantialis substantia est, ob eámque causam materia ad substantiæ rationem accedere, in priori de phy. ausc. cõtex. 79. dicatur, in sec. verò de an. & septimo metaph. persæpe substantia nominetur: certè forma ipsa, quæ concreto Esse largitur, primáque & præcipua illius pars est materia, præstantior, magísque substãtia erit existimanda. Imò Alexander ipse in capite prioris de anima superius adducto, in hunc modum absolutè loquutus est: Forma non potest ipsa per se seorsim à
" materia seiuncta subsistere, vtramque tamen substantiã esse non ambigimus.
" Etenim sicut materia ita & naturalis forma, substantia est, partes nanque sub-
" stantiæ, substantiæ sunt: quinimo quia vtrumque ipsorum, substantia est, id
" quod ex ambobus constat, & substantia, & vna quæpiam natura est, non vt il- C
" la quæ artificio effici videmus. Horum enim subiectum & materia, substantia
" esse cognoscitur, forma verò qualitas. Non ergo alia elementorum, aut substantiæ simplicis, quàm concretæ aut secundorum corporum ratio erit. tam enim hæc quàm illa, esse suũ formis propriis acceptũ referũt. Quòd si qualitates istas in elementis substantias quis esse dicat, illud affirmare oportebit, quod negat Aristoteles in priori de phy. ausc. cont. vigesimo septimo, & trigesimo, nempe substantiam seu quod verè est, accidere alicui, quod vniuocè etiam rationem illius participet. Deducitur consequutio, quia eadem caliditas quæ est forma substantialis ignis, est qualitas in mixtis: in vtroque tamẽ eandẽ prorsus rationem obtinet, sensus enim tactus qui harum qualitatũ verus est iudex, eadem ratione atque absque vllo discrimine ab ignis mixtíque caliditate afficitur. Postremò disertè hîc fatetur Aristoteles, Ignem quatenus ignis est, non agere, atqui ignis, rationem ignis seu τὸ τί εἶναι (quod certè so- D
lùm ἀναλόγως indicat, teste Simplicio in categ. capite de rel.) suscipit à sola forma: neque enim id à materia capere potuit, quæ rerum omnium vna & communis est. Non me latet, quid Galenus & alii excipiant. Sed hæc aliáque huius generis in libris de ortu & interitu copiosius exactiúsque sunt perquirenda. Nunc tantùm dicimus, id verum esse quod aliàs ex Auerrois sententia in publicis nostris disputationibus Patauij habitis Theor. centesimo nono & 110. defendimus. Nempe, neque grauitatem neque leuitatem, neque primas qualitates elementorum formas substãtiales esse. Sed quid ab his distinctum, quod principium etiam istarum omnium qualitatum sit iudicandum. Addimus tamen, qualitates istas ita inseparabiles in elementis poni, vt ad intensionem & remissionem harum, elementa quoque ipsa cùm Auerroe

in tertio cæli. com.67. intendi atque remitti fateamur. Postremò tollendus
A est scrupulus, qui ex nostra explicatione sententiaq; potissimùm oritur. Quomodo dicere potuit Aristoteles, ignem quà ignis est non agere, i. ratione formæ, si formæ solius actio sit? testis est ipsemet, secundo de phy. ausc. cont.13. vbi colligit formam esse naturam, i. principium motus actiuum: quod exemplum allatum indicat, cùm addit: Hominem ex homine fieri: Imò in cont.17. tertii eiusdem trac. ait: Id quod mouet, aliquam semper formam affertre, aut hanc, aut talem, aut tantam, quæ principium & causa motus est. quod item de anima in cont. 36.& 37. secundi voluminis illius doctrinæ, asseruit: Et Auerroes, cùm aliis in locis tum vero maximè in disp. aduersus Algaz.6. in Sol.dub. 6.i. Denominationes formarũ ab actionibus ita sumi, veluti subiectorũ à passionibus, corporáque omnia ex duabus naturis constituta esse, agente nimirum & patiente, i. materia & forma ipsúmq; agens, formam, quiditatem, &
B substantiam nuncupati: patiens verò, subiectum, elementũ & materiam. Respondeo paucis, actiones propriè compositorum esse, ab ipsa tamen forma rationem agendi sumi, vt Auerroes in quinto de phy. ausc. com.3.& 5. de formis ortui interituíque obnoxiis loquens, testatus est. Ignem igitur vi quidem suæ formæ agere, mediis tamen qualitatibus istis contrariis asserimus; quæ vt non essent in igne, nisi forma ignis à qua veluti à causa pendent prius, adesset, ita neque absque illius formæ vi agere possent. Agunt autem quasi alterando, ac disponendo, vt forma tandem ignis induci queat. (ὥσπερ εἴρηται ἐν τοῖς περὶ στοιχείων). Intelligit Alexander libros de ortu & interitu, & rectè, si præsertim secundum illius spectemus, in quo contrarietas & μίξις primarum qualitatum abundè declaratur. Non est ergo, quòd tres alios libros de Elementis, quorum Laertius
C meminit, & quos nomine Aristotelis circum latos legisse se quidam Florentiæ affirmant, habere exoptemus.

Ὥσπερ οὖν οἱ ἐναποπλύνοντες ἐν τῷ ὑγρῷ τὰ χρώματα, καὶ τοὺς χυμούς, τοιοῦτον ποιοῦσιν ἔχειν τὸ ὕδωρ, οὕτω καὶ ἡ φύσις τὸ ξηρὸν καὶ τὸ γεῶδες. καὶ διὰ τοῦ ξηροῦ, καὶ τοῦ γεώδους διηθοῦσα, καὶ κινοῦσα τῷ θερμῷ, ποιόν τι τὸ ὑγρὸν παρασκευάζει.

Vt igitur, qui colores, saporésque in humore lauant, simili sapore odoréque inficiunt aquam: sic natura siccum terreúmque, & per hæc calidi vi agitans mouénsque humorem, ipsum qualitate quadam afficit.

In ista naturali actione sicci terrei cum humido aqueo, agitante ac permiscente calore, id euenit quod in arte: in qua Qui colorata corpora & saporibus prædita purgant & lauant in aqua, sua illa ablutione & agitatione efficiunt, vt aqua eodem sapore & colore quem res lota obtinet, afficiatur. In hac calidi actione idem accidit: Calor siquidem veluti artifex terram aqua quasi abluẽs,
D & hãc cum illa, sua vi agitans, concoquens atq; permiscens, sapores qui in humido maxime apparent educit, ac si aquam eodem sapore infecisset, quo terra anteà fuisset affecta: Neque enim ita hanc similitudinem intelligere oportet, vt quemadmodum pannus, puta Tinctoris, ante ablutionem actu tali colore ac sapore præditus erat, ita terram ante digestionem à calido in humido siccoq; terreo patiente factam, actu sapores continuisse existimemus. Neque id obstat, quod antea dixerat de quibusdam fontibus aliisque aquis, quæ talem retinent saporem, qualem permeauerint terrarum speciem, Etenim ista quæ ibi simpliciter ad propositi ἀπόδειξιν, & accommodatè prolata sunt, non tollunt quod verè nunc & ex natura rei docemur. Sapores nempe nullos, in

terra inesse, nisi ex permixtione sicci cum humido, calido adiuuante: quæ duo (vt Alexander ait) semper terra intet se commixta confusaq; habet. Collige- A mus igitur, hactenus nobis & initia saporum, & rationem eorum gignẽdorum vniuersim fuisse expositam, vt commodiùs hæc sequens eorum definitio proponi posset.

Καὶ ἔστι τοῦτο χυμὸς τὸ γιγνόμενον ὑπὸ τοῦ εἰρημένου ξηροῦ πάθος ἐν τῷ ὑγρῷ τῆς γεύσεως, τὸ κατὰ δύναμιν ἀλλοιωτικὸν εἰς ἐνέργειαν. ἄγει γὰρ τὸ αἰσθητικὸν εἰς τοῦτο δυνάμει προϋπάρχον. οὐ γὰρ κατὰ τὸ μανθάνειν, ἀλλὰ κατὰ τὸ θεωρεῖν ἐστι τὸ αἰσθάνεσθαι.

56 Et hoc ipsum sapor est: Nempe passio à prædito sicco in humido facta, Gustatum qui facultate est, in actum mutare valens: ducit enim sentiendi vim ad id, quod antea potestate erat. Quandoquidem sentire, non est veluti discere, sed veluti ipsum speculari. B

Definitionis, rei vim & naturam exprimentis, duæ sunt species: altera formalis nuncupata, quæ ex genere constat & differentia: causalis altera, quæ accidentibus tantùm cõuenit, causam exprimens à qua pendet & conseruatur affectio. Posteriore omissa, de priori nonnulla dicamus. Locum habet hæc definitionis species in omnibus Categoriis, quemadmodum primo Topico statuit Aristoteles. Atqui hæc quoque duplex est: vel enim absque addito traditur, & vocatur definitio formalis quiditatiua: vel cum addito, & tunc Definitio formalis cum addito dicitur, (voco Additum id omne quod extra essentiam definiti est) In substantia, priot illa locũ præcipuè habet: vt si dixero, Homo est animal, rationis compos: huius siquidem definitionis duæ sunt partes, Genus, formam generalem, & quasi materiam primò significans, vt Auerr. in septimo met. com. 33. testatur: & differentia, formam specialem, licet ambo C materiam quoque adsignificent. Posterior in accidentibus potissimùm spectatur, in qua genus quod est accidens, est veluti forma, differentia verò quæ subiectum & substãtia est: ex Auerr. 8. metaphy. 6. (præsertim in maximè propriis accidentibus quas proprias affectiones vocamus) veluti materia: ac proinde idem quinto metaphy. 34. & septimo eiusdem tractationis 17. 18. & 19. Accidentiũ definitiones *κατά τι* nuncupauit, si quidem ex diuersis naturis constent. Necessariò enim in definitione accidentium, subiectum aut expressè aut saltem occultè præterquam in Categoria quantitatis, contineri debet. Ex quibus satis perspicuum esse debet, Definitionem essentialem accidentium tunc tantùm menti quietem largiri, cum per omnia quatuor genera causarum traditur. Efficientem nanque & finem in definitione substantiarum non D ita est opus ad hiberi, quod notauit Galenus in quinto de diff. pulsuum cap. 2. & cap. 9. quod & ipse præstitit, cùm pulsum definiret: Esse actionẽ peculiarem præcipuè cordis, mox arteriarum, contractione & dilatatione motarum à facultate vitali, vt caloris natiui mediocritas conseruetur, spiritúsque animalis in cerebro generetur. Hoc eodem prorsus modo Aristoteles nobis hîc saporem definit, cùm ait. Esse affectionem in humido à sicco effectam, gustatum qui facultate est ducẽs ad actum. Passio enim seu affectio, est veluti forma, humidũ vero materia, in qua sapores quasi imprimuntur. Siccum quòd duplex est nempe terræ & ignis, vt antea dictum est, rationem efficiẽtis habet, quamuis siccum terreum respectu sicci ignei calidique, permiscentis & concoquentis materiæ potius vicem gerat. Causa igitur propria saporis conficiens calor est: Siccitas tamen humidi respectu alicuius agentis vicem gerit.

Ex

Ex quo Alexander meritò annotare, ratione vtriusque potuit, Primùm in lo-
A cis valde frigidis, fructus non ita saporosos edi: Mox aquas pro diuersa tempo-
rum constitutione, i. ventorum flantium, pluuiarum seu innundationum, æ-
stúsq; variatione, sapores à dulcedine ad salsedinem & amaritudinem abire,
pro maiori nempe aut minori siccitatis participatione. Postremò causa fi-
nalis apparet cùm ait, Gustatum qui facultate est, ducens ad actum, & perfe-
ctionem. Quem finem quasi declarans Aristoteles inquit, Sensus actum abso-
lutamq; perfectionem, non esse veluti discere, seu habitum tenere, puta Re-
ligionis Christianæ præcepta optimè nosse, sed veluti cõtẽplari, i. apud om-
nes, & vbique in officio Christiani piique viri continenter manere, ab eóque
nunquam discedere. Ita actus & perfectio gustatus vltima est, non posse gu-
stare, sed ipsa iam degustatio. Maneat itaque apud nos contextus integer,
cùm definitionem ipsam saporis, nullámque præterea præcipuam partẽ con-
B tineat, cuius particulas iam tandem ita expendamus. (πάθος). Quoniam de sa-
pore hîc absolutè agitur, & Aristoteles sic loquitur, πάθος γιγνόμενον ἐν τῷ ὑγρῷ ὑπὸ τοῦ
ξηροῦ, puto per passionem illam esse intelligendam quæ inter duo contraria in-
tercedente ἀλλοιώσιν efficitur, id est, qualitatem quandam in subiecto existen-
tem, & à passione cum formæ contrariæ abiectione ortam, & quæ passionem
etiam in sensum inferre queat, de qua Aristot. in priori de ortu & int. cont. 51.
Imò hoc ipse superiùs expresserat, his in verbis, ἐναντίον δὲ τοῦ ὑγροῦ τὸ ξηρόν. διὸ καὶ ὑπὸ τοῦ
πυρὸς πάσχει τι, μᾶλλον δὲ ὑπὸ τῆς γῆς, αὐτῆς γὰρ τὸ ξηρόν. (In humido) aqueo nempe quod con-
sistit, & à calido temperatum est. Est ergo humidum veluti materia & funda-
mẽrum saporum. (A prædicto sicco.) Siccum duplex est, Terreum vnũ à quo
tanquam à terminante patitur humidum: Igneum & calidum alterum, quod
C est veluti permiscens atque agitans. Hinc duo colligere licet, vnum est, dece-
ptos fuisse illos qui aiunt in hac definitione causam efficientem saporũ fuisse
omissam, quòd sat sit definitiones naturales, quæ essentiam rei & quiditatem
exprimere debent, à materia & forma quæ totam rei essentiam constituunt
sumi. Hæc quidem absolutè vera sunt: sed interea negamus nos qui putamus
hanc definitionem omnia causarum genera complecti, in ea efficientem cau-
sam deesse, cùm tam siccum terreum, quàm siccum igneum, de quorũ vtroq;
Aristoteles loquutus est, efficientis rationem subeant. Sed excipiet aliquis:
Siccum est qualitas patiens, ex sec. de ort. & int. cont. 8. ergo non agẽs: imò ex
quarto meteor. i. non vniens sed vnita, non terminans sed terminata nuncu-
patur: confirmatur argumentatio, ex eo quòd materia cuius est pati cum aliis
causis coire nequit, vt ex sec. de phy. ausc. cont. 70. constat. Longa & perardua
quæstio est, ad Meteorologicos pertinẽs. Interea tamẽ ex Philopono & Auer-
roe torã rem istam, in hunc modũ determinamus. Omnes qualitates vel in
generatione mutua elementorum spectentur, vel in mixtione, agentes & pa-
D tiẽtes dici possunt. Et illud quidem patet, quandoquidem terra aquam vertẽs
in sui naturam nõ frigiditate in qua sibi cum illa conuenit, sed siccitate aget;
itemq; de cæteris sentiendum. Aliud verò, facile est declarare. Etenim si mix-
tio effici debeat ex quatuor elementis, oportet vt omnia ad κρᾶσιν quandam,
qui terminus mixtionis est, reducãtur. Verùm nunquam crasis ista nascetur,
nisi primùm omnes quatuor qualitates inuicem agant & patiantur, qui fieri
enim poterit, vt humidum ad crasim siccum reducat, aut ab ipso reducatur,
nisi per mutuam actionem atque passionem? Cæterum illud retinendum est,
humidum & siccum, non principaliter agere. Sed (vt aiunt) secundariò: neq;
enim humidum in siccum, aut siccum in humidum, antea aget, quàm vnum
cum altero permisceatur, in minimasque partes distribuatur: quod calidi, &

frigidi tantùm opus est: agunt ergo humidum & siccum, sed actionis suæ initium à calido & frigido assequuntur. Meritò igitur Arist. hæc, agentia, terminãtia & vniẽtia vocat: illa verò patientia, vnita, terminataq;. Sed nihil prorsus A
ad nos ista, qui iam declarauimus, quomodo siccũ terreum efficiens, quomodo item materia dici queat. Est enim materia quatenus patitur à sicco igneo: est efficiẽs quatenus humidũ terminat & quasi inficit. Neq; coitio ista causarũ repugnat Arist. cùm ad diuersos terminos, oppositósq; referatur. Alterum eliciendum, Nẽpe, non in omni humido sapores fundamentum habere, nõ enim in humido simplicis corporis sed cõpositi solùm. Hoc ex verbis cõtextus patet, siquidem tale humidum à sicco terminari debet, calore permiscente ac digerere. Præterea ratione probatur, de qua in contextu seq. pluribus. Sed hîc duplex oritur quæstio, prior est, an frigiditas ad producendos sapores aliquo modo concurrat: Secũda, an humor ad saporum ortum semper exigatur: B
quandoquidem, multa corpora siccissima, vt piper: & lapides quidam, vt sal: itemque radices siccissimę, puta rhabarbarũ: cineres etiam ipsi qui per exiccationem seu potius exustionem fiunt, tamen amari seu salsi sunt, Sapore prædita esse apparent. Priori quæsito paucis respondetur, frigiditatem per accidens tantùm saporum ortui posse conferre, quatenus scilicet vim caloris humidum aqueum attenuantis ac resoluentis, cum eoque siccum terreum agitantis & permiscentis, adueniens frigiditas retundere ita potest, vt non is deinceps sapor oriatur, qui fortasse non impedito calore oriri potuisset, sed longè diuersus. Alterum quæsitum ita enodãdum: Nunquam corpora illa sicca, licet non omni prorsus humiditate intrinseca destituta sint, saporem edere, nisi aliqua priori humiditate externa perfundantur: imò hic vsus saliuæ proprius est, vt docet Auerroes in secundo de anima com. 102. Vnde ibidem optimè ex Aristot. colligit, omne degustabile, actu vel saltem potestate propinquã, humidum esse oportere. Quod non ita est intelligendum, vt in quibusdã degustabilibus humidũ sit in potestate propinqua: Etenim hoc modo, cùm humiditas sit vna ex causis saporem constituentibus, vel dicere oporteret saporem quoque potestate tãtùm in illis inesse, ex secundo de phy. ausc. cont. 38, vel sapores nullam existentiam nullamque naturam re ipsa seorsim habere, nisi cùm degustantur: quorum sanè vtrunque absurdum est. Hoc igitur vult Auerroes, in omnibus quidem degustabilibus actu saporem inesse, & actu humidum: sed vt in aliquibus dulcis, in aliquibus amarus sapor præualet, ita in aliquibus humidum in aliquibus siccum pro diuersa mixtione dominatur. Semper itaque aliqua humiditas adest, tum in cinere, tum in sale, & reliquis, quæ tamen ob multam siccitatis copiam sit insensilis: Quod eo confirmatur, quòd mixta sunt, in quibus licet ex priori de ortu & int. 89. facultates elementorum æquari debeant iuxta variam mixti exigentiam, ita vt vna alteram non destruat: non tamen prædominium vnius aut alterius tollitur. Humidum igitur in re sicca modicum existens, ab extrinseca humiditate adiutum, & quasi excitatum euocatumque sapore linguam afficit. D
Quapropter non malè concludunt illi, qui saliuam non absolutè ad degustandum, vt multi malè putant, sed ad rectius res siccas degustandas in lingua seu palato à natura fuisse statutam, cẽsent. Alium & fortasse præcipuum illius vsum, Aristoteles in secundo de anima, capit. de sono proponit, loquutionis nempe, quam, humectata lingua quæ sermonis organum est, idcircòque mobilior reddita, commodius edere potest. (Ducit enim sentiendi vim ad id quod antea potestate erat. Quandoquidem sentire non est veluti discere, sed veluti ipsum speculari). Potestate bifariam aliquid dici, &

A ci, & item actu bifariam, omnibus ex Aristotele constat. Dicitur namque vno modo potestate aliquid esse; quod ad aliquid naturalem quandam habet habilitatem, qua illud consequi possit, puta puer vt Grammaticus efficiatur: hæc potestas habitui opponitur, i. cùm quis iam habitum Grammaticarum præceptionum illarumque sciétiam cóparatam quidem animo tenet; non tamen aut quia edat, aut si ita sors tulerit quia dormit, per ipsas operatur, in earumq; perspicientia versatur: Hic habitus, actus prior; respectu istius potentiæ nuncupatur, & quantum ad sensus attinet, à generãte proficiscitur, vt Aristot. in secundo de anim. cont. 59. testatus est. Verùm alter succedit actus, per quem Grãmaticus ipse sua iam promit Theoremata, aut alteri ea tradens, aut secum ipse exercens. Hic verè actus dicitur, cuius ratione prior ille secundum habitum nuncupatus, potestatis rationem obtinet. In sensibus actus iste B non à generante, sed extrinsecus ab obiecto nempe extra existente proficiscitur: Ex his patet, quomodo prior ille actus sit veluti discere, posterior verò veluti iam actu speculari. Ad hũc igitur posteriorem actum sapor gustum deducit, tanquam ad suam perfectionem; est enim perfectio, absolutioq; prioris, i. facultatis gustandi, quam in ipso ortu animal à generãte recepit, de qua te cõsulãtur Arist. cont. 5. 53. 55. 56, & 58. secundi de anim. Deducit autem sapor agendo in ipsum, (qua certè ratione saporem, passionem dici posse non negamus) non tamen propria & vera seu vniuoca actione: hoc enim modo sentiẽdi facultas & obiectum in eodem genere collocanda essent, vt ex priori vol. de ortu, & int. cont. 50. colligitur, quod veritati repugnaret: si quidem sensilia vel propria vel communia, aut qualitates aut quãtitates sunt: sensus verò tam ex parte animæ quàm corporis, substantia, vt ex secundo de anim. cont. 2. 3. & 4. satis constare potest. Alterius itaque generis actio (vt loquitur Aristot.) & C quasi perfectiua dicatur.

Ὅτι δὲ οὐ παντὸς ξηροῦ, ἀλλὰ τοῦ τροφίμου οἱ χυμοί, ἢ πάθος εἰσίν, ἢ στέρησις, δεῖ λαβεῖν ἐντεῦθεν, ὅτι οὔτε τὸ ξηρὸν ἄνευ τοῦ ὑγροῦ, οὔτε τὸ ὑγρὸν ἄνευ τοῦ ξηροῦ. Τροφὴ γὰρ οὐδὲν αὐτῶν τοῖς ζώοις, ἀλλὰ τὸ μιγνύμενον, καὶ ἔστι τῆς προσφερομένης τροφῆς τοῖς ζώοις, τὰ μὲν ἁπτὰ τῶν αἰσθητῶν, αὔξησιν ποιοῦντα καὶ φθίσιν. Τούτων μὲν γὰρ αἴτιον τὸ θερμὸν καὶ ψυχρὸν τὸ προσφερόμενον. ταῦτα γὰρ ποιεῖ καὶ αὔξησιν καὶ φθίσιν. τρέφει δὲ ᾗ γευστὸν τὸ προσφερόμενον. πάντα γὰρ τρέφεται τῷ γλυκεῖ, ἢ ἁπλῶς, ἢ μεμιγμένως. Δεῖ μὲν οὖν διορίζειν περὶ τούτων ἐν ταῖς περὶ γενέσεως. νῦν δ' ὅσον ἀναγκαῖον, ἅψασθαι αὐτῶν. τὸ γὰρ θερμὸν, αὔξανει καὶ δημιουργεῖ τὴν τροφὴν, καὶ τὸ μὲν κοῦφον ἕλκει, τὸ δὲ ἁλμυρὸν καὶ πικρὸν καταλείπει διὰ τὸ βάρος.
D

57 Quòd verò non cuiusuis sicci, sed eius solummodo quod nutriendi vim habeat, passio vel priuatio sapor existat: hinc perspicuum esse potest: quòd neque siccum absque humido, neque humidum absq; sicco: Nullum enim illorum seorsim, nutrimentũ animalibus esse potest, sed quod ex vtroq; constat. Et ex oblatis animali alimentis, ea quæ tactu sentiũtur, auctionem, & decretionem efficiunt: horum siquidem gratia, quatenus calidus & frigidus est, qui offertur cibus. Nam calidum & frigidum auctionis atque diminutionis, causæ sunt. Nutrit autem cibus ea ratione qua gustabilis est, quandoquidem omnia dulci aluntur, vel simpliciter,

vel permixtim. Verùm hęc determinare in libris de generatione oportet.
Inpræsentia autem quantum necessitas postulat, attingere. Calor ete- A
nim auget, necnon artifex est nutricationis, & leue quidem attrahit, sal-
sum verò amarúmque ob grauitatem relinquit.

Vr omnis ambiguitas tollatur; partes quasdam definitionis allatæ expla-
nat. Sed mirum est quàm se Inrerpretes torserint, vt hunc contextum in ali-
cuius certæ rationis ordinem digererent. Quod tamen qui sint assequuti, ii
viderint, qui illorum scripta continenter euoluenres, in nullius verba iura-
runt. Mihi quidem omnia confusè admodum ab illis;(quantùm ad hanc rem
attiner)tradita esse videntur; cùm alioquin(nisi cum Leonico & Thoma con-
textum in plura membra frustra discerpentibus κειβαντιῶν velimus)tàm scopus
quam rationis ordo perspicuè cerni ac tradi queat. Nos itaque constituamus
imprimis, Aristotelem monere, Saporem, nō cuiusuis sicci πάθος esse, sed illius B
tantum quod nutriendi vim habet. Quod ex eo perspicuum fieri posse decla-
rat, quòd nullum simplex vel siccum vel humidū seorsim sumptum, saporem
obrıneat, ob id ipsum scilicet; quòd nullum animal nutrire aptum sir, nisi cum
altero permisceatur. Atqui hæc ratio docere quidem satis poterat, non om-
nis sicci vel humidi saporem esse, non ramen demonstrare, eius tantùm quod
alendi vim habet πάθος haberi. Idcirco, pro huius ostensione Aristoteles nōnul-
la addit quæ huiuscemodi(ni fallor) argumentatione; commodè cōplecti pos-
sunt: Quicquid respicit Gustum veluti eius obiectum, est alimenri passio, sa-
por gustum respicit veluti eius obiectum, ergo sapor est alimēti passio. Maior
& minor ferè patent. Siquidem Gustus necessarius est ꝓpter alimērum, vt in
cō suaue ab insuaui discernatur: pro qua re id tanrùm in præsenria ferè admo- C
net, quod nos in procœmio pluribus explicauimus. Nēpe Gustum quēdam ta-
ctum esse, proptereáque in oblatis alimentis animali, duo spectari oporrere: id
quod Gustum afficit quatenus quidam Tactus est, & id quod eundem afficit
quatenus propriè Gustus nuncupatur. Vt Tactus, à qualiratibus primis mo-
uetur, in quibus sapor existit, & quæ causa sunt augmenti & decrementi in
animalibus: ex illo siquidem augemur, tandémq; alimur, ex quo constamus,
constamus autem ex primis qualiratibus, quorum sensus est ipse Tactus. Vt
Gustus verò, à saporibus afficitur, quemadmodum in definitione saporis pro-
ximè fuit expressum: qui quoque Gustus tendit ad alimentum. Imò cibi alere
eatenus dicuntur, quatenus Gustabiles sunt, nimirum quatenus non omni-
bus cibis aut mixtis alitur animal, sed iis tantùm qui ea qualiratum tempera-
tione constant, quæ sit suæ naturæ conueniens, & ex quibus succus nutrien-
do corpori idoneus procreari possit: atquî sapores sunt huius rei veluti μηνυταὶ,
& indices. Er hoc ipsum est, quod addit Philosophus cùm inquit, omnia ali D
dulcibus, iisque vel simplicibus, vel permixtis: quod etiam, quantum præsens
negocium postulare videtur, in postremis contextus verbis probat. Etenim li-
cet animalia cuiusuis saporis cibaria sumant, semper tamen calor innatus, qui
nutricationis Magister est, & cibaria digerit, distribuitque, leuiores cibi par-
tes, i. dulciores attrahit, illasque parti alendæ assimilarur accommodatque;
partes verò grauiores, id est salsas & amaras relinquit. Contextum diuidere
vanum esser, cùm plures particulas vnica argumentatione complectatur: sin-
gula igitur sigillatim expēdere satius erit. (Quod verò non cuiusuis sicci). Pro-
positio est ex definitione saporis quasi collecta, duasque continēs partes, ne-
ganrem vnam, affirmantem alteram, quarum tamen prior ad posteriorem se-
quitur. Atque hinc factum est, vt illa per hanc breuiter ostensa sit: hæc verò
deinceps

A deinceps, vt exposuimus, copiosius demonstrata. (ἢ πάθος ἢ στέρησις). Quocunque
modo passionis nomẽ sumas, vel scilicer pro qualitate simplici ab alteratione
profecta; vel pro inferente passionem in sensum, nomen illius omnibus sapo-
ribus conuenit: quinimo definitio saporum per id tradita est. Hinc variæ ho-
rum verborum interpretationes. Alexander per passionem, saporem verè nu-
trientem, id est dulcem intelligit: per priuationem autem alios. Motus est, ni
fallor, Alex. ad sic explicãdum, verbis Philosophi, quib⁹ paulò infrà, saporem
salsum & amarum, dulcis priuationes vocat. Sed certè non satis tuta exposi-
tio est: neque verba Aristotelis aliquid illi fauent, vt infrà planum erit. Dica-
mus ergo per passionẽ intelligere omnem saporem mediocrem, debitam ra-
tionem seu proportionem obtinentem: per priuationem verò omnem exce-
dentem. Quæ significatio elicitur ex quinto metaphy. cont. 27. & certè ita in-
B telligens Aristot. aditum sibi patefacit ad discrimina saporum aperienda, ad
quæ mox transiturus est. Quid, si per priuationem minimos & non rectè pro-
portionatos sapores, ferèq; insensibiles intelligeremus? ex eodem loco signifi-
catio petitur, eadémque ita exponendi ratio est, quæ pro alia proximè fuit al-
lata. (Quod neque siccum absque humido). Probatio propositionis quo ad
primã sui partem: quæ hanc vim habet: Nullum non nutriens, saporis subie-
ctũ est: aliquod siccum vt siccum seorsim sumptum est non nutriens: ergo ali-
quod siccum vt siccum seorsim sumptum saporis subiectum non est. Idem de
humido quoq; dicendum. Maior sumitur veluti nota, quia cum altera parte
propositionis mox explicanda erit, atque adeò omissa est. Minor in contextu
ponitur, cui statim probatio annectitur. Probationis vis inde sumitur, quia
omne quod nutritur animatum est, ex secundo de ani. cont. 37, anima verò ad
perfectam mixtionem sequitur, quæ quatuor elementa recipit: omne itaque
C nutritum mixtum perfectum erit; cuius omnes partes eiusmodi quoque sunt.
De primis primam compositionem constituentibus loquamur, quæ simila-
res vocantur. Harum certè gratia nutritio fit: quare partem quoque quæ
illis pro nutrimento addenda est, eiusdem naturæ existere oportet: secus
enim idem cum nutrito, eiusdemque substantię fieri, tandemque illi assimila-
ri nequiret. Hæc patent ex Aristot. in secundo de anim. 45. item ex priori de
cælo 21. Pars ergo quæ additur, mixtum perfectum, i. constans ex quatuor e-
lementis esse debet: hinc constat cur Arist. in secundo de ortu. & int. 50. ali-
bique, illud proferat, Ex iisdem alimur ex quibus conflati sumus. Sed quæret
aliquis: Si nutrimentum, mixtum perfectum esse debet, cur Aristoteles de i-
pso loquens, sicci & humidi tantùm meminisse voluit? Respondent nonnulli,
hîc principia materialia nutrimenti solũmodò respici, & quorum ratione nu-
trimẽtum nutrit. Sed inepta est responsio, cùm & omnia elementa in mixto,
D cùm misceantur materiæ vicem gerant: & Arist. in secundo de anim. 28. om-
nia viuentia humidis, siccis, calidis, & frigidis ali affirmet. cur autẽ hæc, agen-
tia: illa patiẽtia dicantur, sæpius antea repetiimus. Quare dicendum, Arist. hîc
de sapore loqui, in quo ista duo simul vt materialia prĩcipia cõsiderantur. Cõ-
silium ergo illius est, ostendere humidum à sicco, & siccum ab humido non
seiungi, non autẽ de natura nutrimẽti loqui. Cùm verò de ipsa loquut⁹ est, vt
in verbis quæ proximè sequuntur, alias qualitates minimè præteriit. (Et ex o-
blatis alimẽtis animali). Quid hîc præstet Philosophus, & qua ratione, superi⁹
exposuimus. Reliquũ est monere, ea quę tactu sentiuntur primas esse qualita-
tes, quarũ ratione auctio fit atq; nutritio, de qua re nõnulla infrà. (Nutrit au-
tem cibus ea ratione qua Gustabilis). Nõ repugnãt hæc iis quæ diximus: nam
(vt antea quoq; monui) Tactus sensus alimẽti est, quia tã calidũ frigidũq; quã

humidum & ſiccum alimenti conditiones ſunt, vt ex Ariſt. loco ſæpius citato conſtat, ſed quoniam Guſtus ſuaue ab inſuaui diſcernit in ſaporibus, qui primarum qualitatum indices ſunt, idcircò hoc obtinuit, vt ratione ſui cibos alere dicamus. Cæterùm, quòd ita ſint Ariſtotelis verba accipienda, hinc maximè patere poteſt, cibum nutrire aſſerit quatenus deguſtabile eſt: quæro an de cibo iam nutriente, vel de cibo tantummodo animali oblato intelligat: ſi hoc, ſanè non nutrit: ſi illud, certè huiuſmodi non eſt amplius deguſtabile. (Quandoquidem omnia dulci alantur.) Totum hoc planius reddetur ſi de nutritione & auctione nonnulla (paucis tamen quoad fieri poterit) ex libris de ortu & inter. altiùs repetamus. Quomodò idem cibus nutriat, & augeat ſuperius explicauimus. Nunc dicamus quicquid auget, Quātum poteſtate eſſe debet, id eſt, huiuſmodi vt ex eo quantum fieri poſſit: ita quicquid nutrit poteſtate (verbi gratia) caro: (de vera ſemper auctione loquimur quæ animali propriè conuenit). At à quónam ex tali poteſtate alimentum ad actum deducetur? anima certè ipſa, medio organo ſibi peculiari, nempe calore inſito, qui veluti præcurrens alterat, & concoquit, id quod parti nutriendæ ſimile reddendum eſt atque accomodandum. Sequitur poſtremò Actio, id eſt nutritio & auctio ipſa. Hæc Ariſtot. in ſecundo de anim. 41. 49. 50. & Auer. in quinto collig. cap. 3. ex quo etiam cōſtat minus propriè, licet verè: Medicos quàm peripateticos de re hac loquutos fuiſſe. Caloris ſiquidē opera (vt Auerroes ait) indeterminata ſunt: de anima non itē dicent vnquam Medici. Redeo ad rem, non differt alimentum alens ab alimento augente, niſi quatenus vt ſubſtantia eſt, nutricationem efficit: vt quantum quoddam, auctionem: ſemper autem nutritio, augmentum præcedit: ita vt & ſubſtantia quantitatem. Nutritionem verò auctio ſequitur, quanuis non ſemper: Hæc ſiquidem in viuente aliquando quieſcit: illa nunquam, ex Ariſt. priori de ortu & int. cont. 41. Quo argumento Philoponus in ſecundo de anim. 47. alentem augentemque facultatem, non vnam prorſus & eandem eſſe affirmabat. His ita expoſitis, illud monere oportet, Ariſtotelem inter cibum alentem, & augentem, non aliud hîc diſcrimen ponere, ab illo, quod nos proximè declarauimus. Quanuis enim dicat, cibum quatenus calidum augere, quatenus dulce nutrire, id vel ea ratione, intelligendum eſt, quatenus nempe nutrimentum quod rei nutritæ aſſimilari debet, humidum eſſe oportet (alimur enim ex ſanguine) in quo ſapor potiſſimùm exiſtit, vel ea quam antea expoſuimus, quanuis eòdem omnia recidant. Semper enim propriè loquendo, cibus nutrit quatenus ſubſtantia, eaque calida, frigida, humida ſiccaque eſt: ſed ſapores ſunt veluti diſpoſitiones ad nutritionē, quatenus in cauſa ſunt vt conuenientes animali cibi ſumantur: neque enim pro eſculento quæuis res mixta numerari poteſt. Verba poſtrema contextus ſatis hæc omnia nos docere, poſſunt, in quibus Calor tam auctionis quàm nutritionis artifex, nuncupatur. Meritò autem calidi, frigidique tantùm mentio fit: ſiquidem ſunt hæ præcipuæ nutrimenti qualitates: iure etiam his cum auctionis tum diminutionis cauſa tribuitur, quandoquidem veluti calor in alimento exiſtens à calore intrinſeco adiutus, facilius mutare, concoquere, ſegregare, adiungere, aſſimilare, tandémque nutricare & augere poteſt, ita prædominante frigido comprimente & condenſante in alimentis, aut in alendis corporibus, vt in ſenibus & iis qui morbo ſenecta laborant, modica nutritio, ſeu etiam decretio partium ſequitur. Sed quomodonam dulci aluntur omnia? Reſpondeo, partes alimenti tenuiores, quòd hæ ad aſſimilationem aptiores ſint, nutritioni maxi-

mè

mè omnium inseruiunt: huiusmodi vero dulciores quoque sunt. Etenim sic-
A co terreo magis carent, quod salsedinis, amaritudinísque causa est, vt infrà dicemus: humido verò aqueo abundant, quod dulcedinem parit. Ex quo Auerroes monuit, dulcem saporem calido humidóque, amarum verò calido siccóque tribui. Calor itaque insitus, partes istas alimenti tenuiores atque leuiores attrahit: quæ si omninò à contrario segregatæ sint, dulces multùm manent: si verò non omnino, minus. Sat illud esto, ex simpliciter amaro res nequaquam nutriri, cùm calor terreas partes ob grauitatem attrahere, ac superare nequeat. Aristoteles in secundo meteorologico, de salsedine maris loquens, nonnulla nostro instituto vtilia tradit. Cùm enim saporis salsi principium & causam, exhalationem siccam esse exponere instituisset, primùm docet, salsedinem ex quadam commixtione oriri: admixtum verò huiusmodi saporem gignens, aliquid minimè concoctum esse: exemplum afferebat ab Animalibus sumptum, in quorum corporibus, quod crudum maximè est,& non coctum, salsum & amarum est, salsedinemque efficit in his
B quibus admiscetur. Eam ob causam vrinam, & sudorem salsa esse, quoniam & alimenti è quo excernuntur, comparatione (vt concoctionem Medicorum vitemus) concocta non sunt, & corpus aliquod non concoctum in se habent admixtum, nempe siccum terreum: quod certè & in vrinariis vasis subsidere cernitur, & in cute animalis, nisi postquam sudarit egregiè linteo tergatur. Imò non aliter in iis quæ aduruntur vsu venire docet: in quibus quod ab igne non vincitur nec concoquitur, amarum remanet, & salsum, vt Cinis. Et vt ad nos redeamus, hæc sola causa est, cur quantumuis dulcis ab animali cibus sumatur, amari tamen aliquid semper in ventriculo resideat. Iam verò,
C in hoc contextu multa quæri possent. Nos tamen omnia quæ præcipua sunt, non quæstionum sed Theorematum modo paucis, vt omnis repugnantiæ suspicio in Aristotele tollatur, explanemus. Cibum nutrire ait Aristoteles quatenus saporosus seu gustabilis est. Id qua ratione sit accipiendum iam diximus: non ergo ita intelligere oportet, ac si sapor sit adæquata & immediata causa nutrimenti, sed potius veluti comes: cùm sit qualitas quædam ortum ducens ex temperatione humidi cum sicco in tali substantia, quæ verè & propriè nutrit. Humidam autem (cum debita tamen sicci quantitate) esse oportuit substantiam huiusce modi vt accommodari posset. Et quemadmodum Auerroes in quinto Colliget, capite tertio, monet: partes quæ primò nutriuntur sunt partes similares, & cibus qui alere debet conuertitur in humiditatem, similem humiditati fixæ in partibus similaribus, & cum eis permiscetur eodem prorsus modo quo inuicem res liquidæ misceri solent: cum verò hoc modo permixtus erit, tunc acquiret coagulationem & cõstantiam, similem coagulationi & constantiæ nutritæ partis: neque enim alio mo-
D do natura rem dissolutam, in singulis particulis membri, restaurare posset. Ex his patet quomodo ossa humido etiam nutriri dicantur, itemque qua ratione, nulla supersit repugnantia, inter hunc contextum, & quadragesimum septimũ secundi de anima, & quadragesimum primum primi de ortu & interitu. Alterum docet Philosophus, dulci nimirum sapore Animantia ali. Cuius rei gratia animaduertendum est, præter ea quæ superius diximus, Dulce hîc accipi, pro eo quod verè dulce est. Sed interea proportionem inter nutritum & nutribile, nõ modò quod ad dulcedinẽ sed quod ad alia semper spectari debere. Sunt multa dulcia, quæ tantũ abest vt hominẽ nutriãt, quòd eos potiꝰ ad insaniã & mortẽ ducãt, vt de radicis Mãdragorę succo ferũt. Sed quid,

dicet aliquis: Mel dulcissimũ est valde tamen parum nutrit. Item bilis, melancholia, flegma, dulcia nullus certè dicet: ab iis tamẽ omnib9 animal nutritur, secus enim, vno excepto sanguine, alii in corpore animalis superuacanei essent: quod veritati repugnat. Quid item de ossibus? quæ cùm terrea sint, à simili ali debebunt: ergo à terreo aliquo, puta humore melancholico, quod & salsum & amarum est. Postremò, vndénam pisces maris habebunt, vt dulcedinem istam pertrahere queant, ex qua nutriantur? tandémque quid de variis animãtum generibus dicemus, quæ rebus alioqui amarissimis & venenosis ali, tam Aristot. quàm Galenus & Plinius tradiderunt? Hæc ad medicos attinere videntur, pluribúsque pertractanda essent: in præsentia tamẽ ita statuisse sat esto. Veram absolutè sententiam Aristotelis esse: semper enim dulce magis quàm alius quiuis sapor nutrit: ad dulce tamen referas pingue, cuiusmodi est panis, ouorum, carnis. Id quidem breuitati studens omisit in præsentia Aristoteles, infrà tamen admonebit. Quamobrem Galenus quidem in re hac minus fortasse laudandus est, quàm Aristoteles, quòd nempe obscurius nobiscum egerit, non tamen omnino (vt multi existimant) vituperandus. Pro aliis verò obiectionibus addamus, Corpus nostrum ex quatuor primis humoribus seu ex quatuor primis elementis constare, quorum vno carere nõ possit absq; sui interitu: nutriri ex sanguine tãtùm vel aliquo proportione sanguini respõdente, eóq; puriori ac sinceriori qui tamen nullibi seu nusquam purus & non aliis permixtus reperiatur: hic dulcis est, reliqua verò excrementa ad bilem, aut melancholiam, aut phlegma magis accedẽtia, alicuius quidem vsus sunt in corpore humano, vt Medici declarant, non tamen ipsi alendo, propter earum qualitates naturæ aduersarias, conferunt. Quò fit, vt cùm partes animalis aliquando omni alimento destitutæ illis pasci cogãtur, non nisi maximum detrimentũ consequantur, quod Auerroes optimè monuit, vtut Concil. diff. 30. aliter. De phlegmate quidem non eadem prorsus ratio est, quæ per vlteriorem concoctionem sanguis effici potest, id est nutritioni aliquatenus aptum. De ossibus dico, non vt quidam, omnia nempe nutriri sibi simili, quantum ad illam vltimam assimilationem: nam hoc modo frustrà Medici, puta in fractura ossium, victum callo gignendo aptum, id est tenacis & crassi succi, exhiberent. Dicendum est ergo, ex sanguinis puriori parte ali omnia, quia ex eo constant, sed diuersæ partium nutriendarum naturæ semper habenda ratio est, ita vt hanc sanguinis calidioris, illam frigidioris cupidam esse constet. Sunt (aiunt Medici) ista semper in relatione seu comparatione accipienda. Pisces vero maris (quicquid Galenus doceat) sumpta aqua salsa quæ mixta est, & actu nullo modo dulcis, vi caloris illam digerunt, ac distribuunt, partésque in ea dulciores potestate prius existentes, suæq; naturæ conuenientiores, nũc vero actu separatas ad nutriendum retinent, cætera amariora in excrementa vertunt. De aliis animantibus idem affirmo, nutriri scilicet omnia ab iis quæ sumũt ea ratione qua dulcia sunt, coctione enim Coturnix, puta, cicutam talem reddit, vt partes dulces ex ea in alimentum pertrahere queat. Cur verò cicuta delectetur coturnix, aliaque animantia aliis huiusmodi quæ homini venena essent, ratio illa potest afferri, quòd aliquam cum gustu illorum huiusmodi esca conuenientiam habeat. Postremò, videtur Aristoteles affirmare ex vnico elemento animalia non nutriri. Quid ergo de vermibus illis Cypriis dicemus, quos Aristoteles in quinto de historia, anim. cap. 19. viuere in igne & volare per aliquot dies narrat? quod item Plinius in sexto suæ histor. nat. cap. 36, & 38. confirmat? Hoc nimirum: Animalia ista non nutriri aliquo extrinseco, quia in igne non est aliquod humidũ quo nutriri queant: sed

ſed aliquo intrinſeco humido tenaci & craſſo, quod à caliditate ignis in quo
A manent, nõniſi in multo temporis ſpacio, abſumi poſſit. Exemplo ſint animalia quæ in cauernis diutius, abſque cibo extrinſecus ſumpto latent, vt glires, vrſi, ranæ, ſerpentes, aliáque propè innumerabilia huiuſmodi. Atquì in igne ipſo naſci, recenſet Philoſophus, imò igne deficiente, ipſa quoq; mori: vnde ergo humiditas, iſta interna? Certè non omnino pro fabula ſunt habenda quæ Ariſtoteles hac de re narrat, cùm & Autores alii in hoc conueniant, & qui in Cypro fuerunt noſtra tempeſtate, id ſe vidiſſe teſtentur: idcirco dicendum eſt, vt aquam puram non eſſe aſſerimus, in eaque piſces naſci, necnon ipſa deficiẽte mori, quòd ſuæ naturæ ſit maximè affinis, ita ignem hunc apud nos, & præſertim Cyprium illum impurum atque permixtum ex ligniſque aſſiduè iniectis & craſſioribus excitatum, calciris incocti humiditate & craſſi-
B tie adiutum, animalia hæc poſſe per putrefactionem edere, mori verò ſtatim igne déficiente, quia ab extremo ad extremum tranſeant, cui ſua imbecillitate reſiſtere nequeant, cùm præſertim naturæ eorum repugnet. Animalia aſſueta ſub niue viuere idem patiuntur; qui cùm à loco obſcuriſſimo in quo diutius fuerint, ad clariſſimum ſtatim ducuntur, viſu priuantur. Natura in ſumma, has ſubitas & immoderatas mutationes, abſque diſpendio animalis non patitur.

Ὃ δὴ ἐν τοῖς ἔξω σώμασι ποιεῖ τὸ ἔξω θερμὸν, τοῦτο ἐν τῇ φύσει τῶν ζώων καὶ φυτῶν, διὸ τρέφεται τῷ γλυκεῖ. συμμίγνυνται δ' οἱ ἄλλοι χυμοὶ εἰς τροφὴν τὸν αὐτὸν τρόπον, τῷ ἁλμυρῷ καὶ ὀξεῖ, ἀντὶ ἡδύσματος. ταῦτα δὲ διὰ τὸ ἀντισπᾶν τῷ λίαν τρόφιμον εἶναι τὸ γλυκὺ, καὶ τὸ ἐπιπολαστικόν.
C

58 Quod igitur calor externus in externis corporibus præſtat, idem in natura animalium plantarúmque internus efficit, quare dulci aluntur. Sed alii ſapores alimento commiſcentur, eodem certè modo quo ſalſum & acidum, nempe condimenti gratia, atque id ob eam cauſam, vt remorentur, quod in dulci minus nutrit atque excedit.

Quod proximè dixerat de calore inſito leuiores ac proinde dulciores partes ad animalis nutrimentum attrahente, grauiores verò & amariores relinquente, id in præſentia ſimilitudine ab extrinſeco ſumpta, notius reddere cupit. Cæterùm, ſimilitudo iſta commodè ex ipſomet Ariſtot. in priori meteor. ſumi poterit, vbi cauſam efficientem materiamque ignitarum impreſſionum communem inueſtigans, de duplici habitu loquens, ait: Solis calore terram incaleſcere, attenuarique, atque illius vi aliquid ſurſum attolli: quòd ſi ſpiritus naturam habeat, id eſt leuior ſit, eminet: ſi verò ſit humidior, præ
D pondere ſubſidet. Ex quo deinceps colligit, meritò concludi poſſe animalia dulci nutriri: Sed quorſum ſapores alios aut arte componimus, aut à natura productos in eſculentis, amamus: vel quorſum potius alios natura ipſa produxit, ſi vnicus nutritioni idoneus habeatur? Reſpondet Philoſophus, illos condimenti loco addi, ne ſcilicet ſapor dulcis, guſtum nimis afficiens, ſui ſatietatem ſtatim produceret, nauſeámque moueret, ita vt corpus commodè ex eo nutriri nequiret. Obtundunt ergo cæteri ſapores (vt acidum, & ſalſum quibus nos familiariter vti ſolemus) & quaſi remorantur dulcedinis efficacem poteſtatem, quæ deinceps temperatior & mitior reddita, animalis Guſtui iucundior, necnon ſuæ nutricationi idonea magis, euadit.

Adde, multum dulce nimis leue esse: quò fit vt multum quoque nutrire possit. Sapores itaque alii cum ipso mixti, eiúsque leuitatem retundentes, id præstant, ne ita facilè pertrahatur, neue immodico succo repleta corpora, morbis ex plethora prouenientibus exponantur. Verba contextus vtroque hoc modo partem istam explicandam esse, docent. Postrema siquidem verba, explanant priora illa, in quibus τοῦ ἡδύσματος meminerat. Particula ταῦτα δὲ hoc satis supérque demonstrat. Verùm quæ sequuntur, nempe τοῦ λίαν τρόφιμον εἶναι, & τὸ ἐπιπολαστικὸν, non modò nomine τοῦ ἡδύσματος, temperationem dulcis in ipsa degustatione, quem suauem saporem vulgò vocamus, accipiendum esse docent, sed etiam distributionem illius debitam atque εὔλογον, cùm iam iam nutrire, & pertrahi à calore insito debeat. Hanc Thomas interpretationē, illam Alexander est secutus. Sunt qui hîc quærant: Si dulci alimento pasci debeant corpora, qui fieri possit, vt partes eorum inferiores alantur, si quidem leue sit quod nutrit, idcircóque ascendere debeat. Quòd si dicamus, absolutè quamlibet alimenti quod fluxile est, partem, grauem esse, & Aristotelem respectu partis amarioris tantùm, partem dulcem leuem nuncupasse, iterùm de modo quo partes superiores alantur, dubitant. Sed certè quanuis Auertoes in septimo de physica auscultatione, commentario 10. nonnulla hac de re attigerit, Medicorum prorsus quæstio est, quorum munus de facultatibus naturalibus animæ nutrienti inseruientibus aliísque instrumentis facultatibus illis adiuuandis à natura destinatis, adamussim agere, proprium est. Illud à nobis quærendum magis iudico. Quia Aristoteles vbique & præsertim in priori meteorologico docere visus est, halitum è terra eductum, quòd calidior, siccior, tenuior & leuior sit, in locum superiorem conscendere: ex aqua verò euocatum, quòd frigidior, crassior, & ponderosior existat, in inferiorem. Hîc verò contrarium asserere videtur: partes siquidem crassiores & terreas magis in alimento subsidere, humidiores verò pertrahi affirmat. Respondendum est. Primùm inter halitum & halitum non eandem esse tenuitatis, & crassitiei, leuitatis & grauitatis rationem, quæ inter terram & aquam. Nam terra quidem grauior est & crassior quàm aqua: halitus tamen è terra emissus tenuior eo qui ex aqua. Cuius dissimilitudinis ratio esse potest, quòd terra minus frigida quàm aqua, faciliusq; ratione suæ siccitatis (quæ ignis amica est) solidioris que naturæ calorē excipere & continere diutiùs apta, vi caloris magis attenuari, leuiorq; fieri quàm aqua potest. Mox addendū, Calorem insitum animalis qui mediocris est, in singulis partibus, halitum quidem leuiorem ex nutrimento ad se trahere, qui & humidior & siccior, seu terreus magis uel aqueus est, pro diuersa alimenti ratione caliditatísque effectione: semper autem leuior, partibus illis ponderosis, crassis, atque excrementosis, quæ à natura veluti inutiles secernuntur & relinquuntur. Non fit igitur hîc comparatio inter halitum & halitum, in rebus externis: vbi alia ratio pertrahentis caloris, humidíque & sicci patientis, tandemque loci, vnde, & quò pertractio fit, reperitur. Similitudo autem ab Aristotele eatenus tantùm affertur, vt discamus tam halitum terreum, quàm vaporem aqueum, semper ex partibus tenuioribus & leuioribus, euocari.

A B C D

Ὥσπερ δὲ τὰ χρώματα ἐκ τῆς τοῦ λευκοῦ καὶ μέλανός ἐστι μίξεως, οὕτως οἱ χυμοὶ ἐκ γλυκέος καὶ πικροῦ. καὶ κατὰ λόγον δὴ τῷ μᾶλλον καὶ ἧττον ἕκαστοί εἰσιν, εἴτε κατ' ἀριθμούς τινας τῆς μίξεως καὶ κινήσεως, εἴτε καὶ ἀορίστως· οἱ δὲ τὴν ἡδονὴν ποιοῦντες μιγνύμενοι, οὗτοι ἐν ἀριθμοῖς μόνον. ὁ μὲν οὖν λιπαρὸς τοῦ γλυκέος ἐστὶ χυμός. τὸ δὲ ἁλμυρὸν, καὶ πικρόν

πικρὸν σχεδὸν τὸ αὐτό· ὁ δὲ δριμὺς, καὶ αὐστηρὸς καὶ στρυφνὸς καὶ ὀξὺς, ἀνὰ μέσον. Σχεδὸν γὰρ, ἴσα
A καὶ τὰ τῶν χυμῶν εἴδη, καὶ τὰ τῶν χρωμάτων ἐστίν. ἑπτὰ γὰρ ἀμφοτέρως εἴδη ἄν τις θείη, ὥσπερ εὐλόγως τὸ φαιὸν μέλαν τι εἶναι. λείπεται γὰρ τὸ ξανθὸν μὲν τοῦ λευκοῦ εἶναι ὥσπερ τὸ λιπαρὸν τοῦ γλυκέος. τὸ φοινικοῦν δὲ καὶ ἁλουργὸν, καὶ πράσινον, καὶ κυανοῦν, μεταξὺ τοῦ λευκοῦ καὶ τοῦ μέλανος. τὰ δὲ ἄλλα μικτὰ ἐκ τούτων· καὶ ὥσπερ τὸ μέλαν στέρησις ἐν τῷ διαφανεῖ τοῦ λευκοῦ, οὕτω τὸ ἁλμυρὸν καὶ τὸ πικρὸν, τοῦ γλυκέος ἐν τῷ τροφίμῳ ὑγρῷ· διὸ καὶ ἡ τέφρα τῶν κατακαιομένων πικρὰ πάντων. ἐξίκμασαι γὰρ τὸ πότιμον ἐξ αὐτῶν.

59 Cæterùm, quēadmodū colores ex commixtione albi & nigri fiūt, ita sapores ex dulci & amaro. Et proportione quidem, secundum magis aut
B minus singuli sunt, aut seruatis quibusdam mixtionis numeris, motionibúsque, aut indeterminatè. Quicunque autem ex illis commixti, voluptatem patiunt, ii tantùm numeros in mistione seruant. Pinguis itaque dulcis est sapor. Salsus & amarus, idem ferè sunt. Acer, austerus, acerbus acidus, in medio manent. Ferè enim totidem, saporum & colorum species sunt, septem nanque vtrorumque species quis posuerit: tāquam meritò fuscum ad nigrum referatur. Restat igitur flauum quidem ad albū referri, vt ad dulcem pinguis: Purpureus, puniceus, viridis cæruleúsque medii sunt inter album & nigrum, reliqui ex his commixti. Et quemadmodum nigrum albi priuatio est in pellucido, sic salsum & amarum,
C dulcis, in nutrimento humido: quò fit, vt omnium combustorum cinis, sit amarus, ex eis siquidem potabile exiccatur.

Vtcunque aliter Thomas & Leonicus, simpliciter tamen cum Alexādro existimo Aristot. declarasse, quantum sat fuit, saporibus extremis, nunc mediorū ortū pponere, atq; vt id cōmodius præstet, similitudinē & ἀναλογίαν saporū cum colorib⁹ iam explicatis adhibere. Sapores autē cum colorib⁹ in pluribus quasi notis conueniunt. Quarum vna est, ad modum generationis nimirum pertinens, Sapores medios ex extremis, dulci nempe & amaro fieri, vt colores ex albo & nigro. Altera, nōnullos sapores gustui suaues, nonnullos verò insuaues, iuxta εὔλογον scilicet aut ἄλογον mixtionis proportionē esse, ita vt colores partim visui grati, partim molesti, eadem ratione erant. Tertia, totidem ferè saporum, qui numerum seruant, species haberi, quot etiam colorum. Nanque si pinguē saporē ad dulcē referas, vt referre oportet, septē illorū species
D præcipuas reperies. Extremi, erūt dulcis & amarus, quales in melle vuis & absynthio reperiūtur. Medii intercedūt, ponticus seu acer, vt in pipere & sinapi: austerus, vt in aliquib⁹ vini genetib⁹: stipticus seu acerbus, vt in pomis nondū maturis: acidus seu acutus, vt in aceto: salsus, vt in sale, licet hic ad amarum referatur, quemadmodum etiam pinguis, seu vnctuosus vocatus, ad dulcem. Ex quo notat Alex. saporum species, & 6, & 7, & 8 dici posse. Hoc item in coloribus spectari potest. Album & nigrū extrema sunt, medii sunt puniceus, purpureus, viridis, cæruleus, deest flauus seu fuluus qui ad album refertur, quòd illius species quædam habeatur, quemadmodum etiam fuscus, vel terreus nuncupatus, nigrum quoddam esse videtur. Postremum in quo sapores & colores conueniunt est, Eundem prorsus esse respectum inter extremos sapores, qui inter colores extremos. Quemadmodum enim nigrum albi priuatio-

nem vocamus in pellucido,ita amarum est priuatio dulcis,in humido nutriẽ- A
te:argumento est cinis qui amarissimus omnium adustorum idcircò est,quòd
in eo totum humidum dulce sit exhaustum . Contextum in quatuor partes
iam horas distribuere possumus:prima est. (Cæterùm quemadmodum colo-
res).Pro qua idem prorsus dicendũ esse putamus quod de coloribus antea fuit
expositum . imò in saporibus id ipsum ars testari potest: quod Auerroes do-
cet,In coloribus non ita facile. Accedit eò,omnia quæ medium seu mixtum
saporem aliquem obtinuerũt,compositiora esse pluresque ac diuersas magis
facultates obtinere(vt Medici aiunt)quã illa quæ aliquo sapore extremo sunt
imbuta.(Et proportione quidem).Secunda pars.(Pinguis itaque dulcis est sa-
por).Tertia pars,ex qua notãdum sapores,tam sex,quàm septem,& octo dici
posse. Animaduertatur autem Aristotelem septem tantum numero protulis-
se, quãuis enim salsum ad amarum referat, vt pingue ad dulce, non tamen ita
ex amaro & salso,vnicam prorsus speciem efficit,veluti ex dulci & pingui,de B
his siquidem loquẽs, absolutè ait, Pinguem esse dulcem saporem:de illis verò,
Salsum & amarum(quicquid alii dicãt)ferè idem esse:Ex quo eliciẽdum sapo-
rem quidem salsum amaro valde proximum esse,tamen inter sapores mixtos
collocari oportere. De coloribus idẽ affirmat. Flauũ enim ad albũ reducit,ve-
luti fuscum ad nigrum:quod tamen non eodem prorsus modo veluti in sapo-
ribus intelligendum venit. Flauum enim magis ab albo distat, quàm fuscum
(quod alii terreum,alii atrum,alii liuidum vocant)à nigro: idcircóque superi⁹
colorum species enumerando de flauo loquuti sumus, de fusco nihil. Vel igi-
tur per τὸ φαιὸν quid aliud intelligit Arist. quàm atrum & fuscũ (vt Simoni Por-
tio placet)vel Alexander errauit,qui fuscum à nigro veluti speciem diuersam
seiungit. Toridem saporum species Plato in Timæo,& Galenus in quarto de
simpl.med.fac.proposuit: Auicenna tamen,Plinius,& Theophrastus alicubi C
nouem assignarunt,ad hos siquidẽ insipidum,& vinosum saporem vocarũ ad-
dũt:sed rectè illis respondetur,insipidũ non esse saporẽ,sed illius potiùs priua-
tionẽ,vnde aquã iure insipidã vocamus:vinosum verò ad dulce reuocari,cùm
ab ipso secundum magis & minus tantùm differat. Qua prorsus ratione satis-
faciendum erit illis qui obiiciunt,ex dulci puta & austero, diuersam speciem
ab enumeratis effici posse, veluti Aristoteles ex mixtione dulcis & amari no-
uam oriri saporem tradit.nobis enim qui omnẽ medium saporẽ in extremos
resolui putamus,non nouũ proficiscetur saporis genus ab istis septẽ forma di-
stinctum,sed quid ab illis tantùm κατὰ μᾶλλον, καὶ τὸ ἧττον differens,non tamen γλυκύ-
πικρον,vt quidam obiiciũt,si de phy.mixtione loqui velimus. Itẽ de diuersis dul-
cedinũ speciebus,puta mellis,lactis,vini,& aliorũ huiusmodi cũ Theophrasto
& Galeno affirmandum erit. Docent autem pro horũ saporũ exquisitiori ge-
nerationis doctrina Medici omnes,discrimina saporum ab his duobus potissi- D
mùm principiis sumi,nempe à materiæ subiectæ crassitie aut tenuitate diuer-
sa,& à caloris agentis vario excessu vel defectu. Frigidum enim nullũ per se sa-
porem efficere sat constat,ac proinde omnia insipida frigida,& vt plurimùm
etiam crassa esse percipimus. Quæ omnia quàm vera sint,& ad mentem Philo
sophi accõmodata inferi⁹ declarabim⁹. (Et queẽadmodũ nigrũ albi priuatio.)
Postrema par s. quam Alex. vt suprà etiã monuimus non rectè interpretatus
est. Vt verò omnis ambiguitas tollatur, notandũ est Aristotelem non absolutè
affirmare Nigrum esse priuationem albi,sed priuationem ἐν τῷ διαφανεῖ, ita vt ni-
grum sit aliquid verè(vt loquũtur)positiuũ, per priuationẽ verò ignobilius ens
intelli-

A intelligit: causæ siquidem albedinis cùm in suo esse intensiori sint, rationem entis magis obtinent, quàm nigredinis, cùm ibi sint in esse remisso: in qua cõparatione nigredo albi priuatio nuncupatur. Ita amarum non dicitur absolutè dulcis priuatio, sed ἐν τῷ τροφίμῳ ὑγρῷ Si enim amarum cum dulci quod ad nutritionem conferas, priuatiuum vocaueris, cùm nil prorsus eo nutriatur: si verò absolute loquamur, amarũ dulci contrarium positiuum: in nutrimento verò illius στερητικὸν vocabimus: quò magis autem medii sapores ad amarum accedent, eò quoque magis eiusdem conditionis participes erunt. Animaduertatur verbum (ποτιμὸν) id est poculentum, vt est dulce: quo persæpe vsus est Arist. in secundo meteorologicorum, cùm de aqua dulci & salsa loquitur. Cæterùm in huius contextus explicatione quæri ab interpretibus solet, An dulcis sapor amaro veluti extremus opponatur. Partem affirmant eam Aristoteles am-
B plectitur, cui Galenus repugnat. Aduersus Aristotelem hæc argumenta afferri possunt, Extrema sunt contraria, dulce & amarum non sunt contraria, ergoneque extrema. Maior nota est ex decimo metaphysic. vbi contraria ea esse statuitur, quæ in eodem genere maximè distant. Minor probatur, quia cõtraria sunt quæ causas contrarias habent, atqui dulce & amarum non sunt huiusmodi, non igitur contraria. Illud notum est ex sec. de ortu & interitu cont. 56, & 4. met. 40. 41: hoc verò ex eo quòd (quemadmodum medici narrãt) tã dulcis quàm amarus sapor à varia primarũ qualitatũ tẽperatione, in mixto proficiscuntur: temperatio autem vnde dulcedo, & temperatio vnde amaritudo, non sunt sibi inuicem contrariæ, quia non sunt extremæ. Etenim dulce à mediocri calore in humido conuenienter digesto, & cum terreo sicco optimè cõposito, & (vt ita dicam) proportionato: Sapor verò amarus, à calore inmoderato in humido pauco, & cũ multo sicco cõmixto oritur. Vnde Galenus acidũ
C potius & acrem contrarios esse censuit: quòd ille frigidus, hic vero calidus habeatur. Galenum Auerroes quinto collig. & sec. de an. 105. his argumentis torquet, Contrarietas saporum ab eorum essentialibus causis sumi debet: caliditas & frigiditas non sunt causæ saporum essentiales: ergo ab illis eorum cõtrarietas sumi non debet. Maior nota est, causæ siquidem essentiales sunt, quæ rẽ constituunt, & à quibus omnis rei ratio propriè petenda est. Minor probatur, quandoquidem idem sapor à calido & frigido proficisci potest, id est tam in corpore temperationem calidam habente, quàm in eo quòd frigidam habet, reperiri valet, & quasi ab ambabus istiusmodi temperationibus nasci: atqui à contrariis causis essentialibus, idem nunquam efficitur: aliæ igitur causæ propinquiores & essentialiores saporum erunt inueniendæ. Rem verò ita se habere experientia ostendit. Etenim amaritudo in quibusdam fructibus acerbis reperitur, qui certè frigiditate & humiditate indigesta pollent:
D in combustis item rebus, vti pane adusto, vrina, & cinere, in quibus sanè caliditas multa humidum non modo decoquens sed etiam consumens, adest: qui & dulce do in melle caliditatem sequi videtur: in quibusdam autem fructibus acerbis & qui deinceps maturescẽtes amariores fiunt, frigiditatem. Conciliator diff. 145, litem hanc inter Galenum & Aristotelem componere cupiens, inquit Galenum, de saporibus extremis loquentem, aliò quam fecerit Arist. respexisse: hic siquidẽ sapores cõparat quoad actionẽ saporũ intẽsionalem, esse scilicet gratos, vel ingratos: quæ certè contrariæ affectiones sunt, & à causis contrariis pendentes. Ille verò, quod ad ipsam verãmq; actionem in corpore humano, qua nempe aliquid actu realiter in ipso producunt, puta caliditatem vel frigiditatem. Hãc rationem dicendi quod ad Aristotelem attinet, sũpsit Concil. ex Platone in Timæo, & Theophrasto in sexto de causis plant.

Sed noluit Concil. animaduertere Auerroem in loco iam commemorato ob A
hanc ipsam causam reprehendentem Galenum, quòd nimirum de ratione saporum & eorum contrarietate non ex propria temperatione & natura, sed ex aliquo accidenti, nempe ex relatione eorum ad corpus humanum iudicium tulerit, & ab vno saporum effectu, naturam illorum vniuersaliter colligere voluerit. Excusatur Galenus multis modis. Sed nihil ad nos excusationes, qui simpliciter atque absolutè saporum naturam ex Arist. mente nunc perquirimus. Qua sola ratione etiam Platonem & Theophrastũ cum eo reiicimus: nã de Saporibus agere quod ad eorum affectiones, & actiones in Gustum, ad secundũ de anima, non ad hunc locum pertinet. Alii, vt omnibus satisfacerent, quadruplicem saporum rationem proposuerunt: vnam respectu gust⁹: qua ratione Plato in Timæo, Arist. sec. de an. & Auer. 16. de saporibus extremis loquuti sunt: aliã respectu veræ actionis alicui⁹ in homine, quo B
modo Galenus de acido & acri iudicauit, vt exposuimus: tertiam ratione propriæ temperationis in qualitatibus παθητικοῖς: & tunc acidum & amarum extremi dicentur: quandoquidẽ huius temperatio, siccior: illius humidior habeatur: quartam propter nutritionẽ, quam si spectemus dulce & amarũ sapores erunt extremi: siquidem ille maximè, hic verò minimè omnium nutriat, animalique conueniat: quin nutrimẽti priuatio nũcupatus est. Quòd si quis illis obiiciat, istũ modũ considerandi sapores, naturã ipsorum simplicem quã sibi proposuit Arist. excedere: Respondẽt, vt de sono ita & de sapore quodãmodo rem se habere: siquidem quantumuis absolutè considerata saporis natura, nũquã à nutrimento segregari potest, cùm sit illius passio & condimentum. Sed certè duo in istis hominibus sunt reprehendenda, atque illud primùm, Cõsiderationem naturæ saporis, simplicem à nutrimento segregari nõ posse. Etenim, licet sapor nutrimenti passio sit: Sapori tamen hoc accidere dicitur, qua- C
tenus scilicet ex materia apta vel inepta ad nutritionẽ nascitur: atquî ea quæ simpliciter considerantur, præcedunt ea quæ per accidens, & quasi κατὰ τὸ ἀκόλουθον. Potest ergo de saporibus quod ad eorum esse proprium, substantiam, ortum, & subsistentem naturam simpliciter & absque nutrimento ratio explicari. Quid? quòd hoc ipsum in initio huius capitis Arist. confirmauit, non item de sonis: quare qui ita sentiunt, & Arist. & ipsi adeò repugnant veritati. Alterũ in illis reprehensione dignũ est, quòd veram attingẽtes causam ortus saporũ, nempe humidum & siccum terreum, sapores tamen extremos acidũ & amarum constituant, ac si qualitates istæ in saporibus sensu tactus iudicãdæ essent. Quod vt falsum esse appareat, dicamus nos, totam rem determinãtes, Arist. in præsentia de saporibus quod ad eorum naturam & generationem, à suis determinatis & propriis causis agere, quicquid de nutrimento intermiscet, id D
ob maiorem huiuscemodi naturæ declarationem addere. Hæc ipse pollicitus est, & locus exigebat. Alia in sec. de an. & in priori de ortu & interitu, respectu scilicet nutrimenti, fuerunt examinãda. Addamus insuper, iuxta huiusmodi considerationem, Saporem Dulcem & Amarum, extremos dici oportere: causæ siquidem & principia ipsorum constituentia, iámque ab Aristotele inuenta expositáque, contraria sunt. Nam cùm sapor ex permixtione sicci cum humido oriatur. Si humidum dominatur, dulcis sapor obtinet: si siccum, amarus Dominiũ verò istud intelligo in excessu insigni, non tamẽ in quo omnino tollatur oppositum: tũc siquidẽ sapor rationalis & in debita proportione nõ euaderet. Ex quo perspicuũ est, cùm humidũ & siccũ contraria sint, & ab eis secũdũ dominiũ quid producatur, producta ab illis, hac ratione contraria maximè dici. Hæc Arist. adhibita ratione nutriendi declarare voluit, nõ quòd sapores

sed

sed quòd temperatio illa ex qua sapores prodeunt, nutrimento conferant, hu-
A midum siquidem dominans tenuius & leuius est, faciliúsque pertrahi à calore, & parti nutriendæ simile reddi potest: è côtrà siccũ. Hinc facilè patet sapores medios ex sententia Aristotelis, iuxta maius vel minus, alterius horũ principiorũ dominium, inuicè meritò disponi posse: patet insuper quo modo obiectioni initio quæstionis aduersus Aristotelem adductæ, fit satisfaciendum. Restat igitur vt ad sequentia pergamus.

Δημόκριτος δὲ καὶ οἱ πλεῖστοι τῶν φυσιολόγων, ὅσοι λέγουσι περὶ αἰσθήσεως, ἀτοπώτατόν τι ποιοῦσι· πάντα γὰρ τὰ αἰσθητὰ ἁπτὰ ποιοῦσι. καίτοι εἰ καὶ τοῦτο οὕτως ἔχει, δῆλον ὅτι καὶ τῶν ἄλλων αἰσθήσεων ἑκάστη ἁφή τίς ἐστι. τοῦτο δ' ὅτι ἐστὶν ἀδιώατον, οὐ χαλεπὸν συνιδεῖν.

60 Democritus autem, & magna pars physicorum qui de sensu loquuntur,
B absurdissimè sanè id præstant: omnia siquidẽ sensilia, tactilia esse docent. Quod certè si ita est, proculdubiò quilibet cæterorum sensuum, tactus quidam erit: hoc verò dici non posse, facile est agnoscere.

Declarata natura & quasi quiditate saporum, côuertit se ad veteres, eósque in re hac malè sentientes paucis, reprehendit. Altiùs autem exorditur, nempe à communi ipsorum de sensilibus omnibus falsa opinione, quòd vnum erratũ ab altero tanquam à causa pendeat: & quòd hoc ipso absurditas sententiæ ipsorum de saporibus, notior reddi & commodiùs refutari posset. Hoc superiùs cũ iisdem Veteribus agens præstare non potuit, quòd ibi de natura saporũ adhuc ignota quòd ad sua pricipia & ortum attinet, perquireretur: hîc de sapore iam constituto & noto quæstio fiat. Arguit itaque illos & potissimùm Democritum, quòd absurdissima quædam affirmarent, nempe omnia sensuũ
C exteriorum obiecta, tactilia esse. Absurditatis rationem subdit, quandoquidẽ si illud fateremur, Visum, Auditum, Olfactum & Gustum, Tactus quosdam esse affirmare oporteret. Côsequutio nota est: si facultates iuxta sua obiecta eorúmque diuersam rationem, à seipsis mutuò distinguatur: Falsitas verò consequutionis facilè cognoscitur, ex declaratis hactenus ab Aristotele. Ostensum est siquidem, sensum vnumquemque propriam sibi materiam propriúmque æsthetetium cui affixus manet, determinare: atque ita vt sibi in eo cum alio sensu nullo modo conuenire queat. Quid? si sensus omnes sunt vnus Tactus, cur alios ita distinctos, obiecto, instrumento, sitúque, natura procreauit? certè frustra. Atqui à Deo & natura nihil frustra efficitur, vt peruulgatum ἀξίωμα, nulli non in prôptu est. Quid verò fuerit causæ cur Veteres affirmarent,
D omne sensile esse tactile, declarat Alexander, sensionem nanque omnem per exteriora accedentia, corpuscula nempe ab obiecto ad sensum defluentia, effici existimabant. Nos hac de re nonnulla superiùs attulimus, cùm Aristoteles Empedoclem inconstantiæ arguebat: & paulò pòst, cùm apertè colorem defluxionem esse negaret.

Ἔτι δὲ τοῖς κοινοῖς τῶν αἰσθήσεων πασῶν χρῶνται ὡς ἰδίοις. μέγεθος γὰρ, καὶ σχῆμα καὶ τὸ τραχὺ, καὶ τὸ λεῖον, ἔτι δὲ τὸ ὀξὺ, καὶ τὸ ἀμβλὺ, τὸ ἐν τοῖς ὄγκοις κοινὰ τῶν αἰσθήσεών ἐστιν εἰ δὲ μὴ πασῶν, ἀλλ' ὄψεώς γε καὶ ἁφῆς. διὸ καὶ περὶ μὲν τούτων ἀπατῶνται, περὶ δὲ τῶν ἰδίων οὐκ ἀπατῶνται, οἷον ὄψις περὶ χρώματος, καὶ ἀκοὴ περὶ ψόφων. οἱ δὲ τὰ ἴδια εἰς ταῦτα ἀνάγουσιν, ὥσπερ Δημόκριτος. τὸ γὰρ λευκὸν καὶ τὸ μέλαν, τὸ μὲν τραχύ φησιν εἶναι, τὸ δὲ λεῖον.

61 Adhæc communia omnium sensuum sensilia, veluti propria sunt. Magnitudo siquidem, figura, asperum, læue, præterea verò acutum, & obtusum quod in mollibus inest, communia sensilia sunt. Quòd si non omnibus, certè visus & tactus. Quapropter sensus circa hæc quidem decipiuntur, non autem circa propria, vt visus circa colores, & auditus circa sonos. Alii verò, vt Democritus, ad hæc propria sensilia referunt. Ait enim album esse læue, nigrum verò asperum. A

Democritum hîc iterum reprehendi, quòd communia sensilia cum propriis confunderet, sat notum est: hæc verò est reprehensionis ratio; quia (vt iã determinatum fuit in libris de anima) vnusquisque sensus proprium quoddã & peculiare genus obiecti habet, in quo ipse versatur, præterea nullũ. Quod etiam eo confirmatur, quòd sensus, si requisitæ conditiones ad sentiendum seruentur, in propriis obiectis nũquam decipitur, in communibus aliquando: non ergo hæc & illa idem, sed diuersa habenda sunt, cùm à percipiente facultate quæ eadem semper est, varietas ista deceptionis, proficisci nequeat. In postrema cõtextus parte, quomodo Democritus sensilia propria reuocaret ad cõmunia, paucis ab Aristotele exponitur: pluribus ab aliis ex Alexandro. Læue nanque album esse asserebat, quia læuor partium in causa esset, vt claritas vndique æqualiter diffunderetur, vnde color albus. Nigrum verò, asperum, ob inæqualitatem suarum partium sibi inuicem officientium, vnde color ater. Idem de cæteris sensilibus existimabat. Fundamentum harum ineptiarum erat, opinio illa quæ est de rebus ex fortuito atomorum concursu diuersas figuras obtinentibus (quarum πανσπερμίαν Philosophus appellat στοιχεῖα τῆς ὅλης φύσεως.) Sed eam Aristoteles & alii eius interpretes vt Simplicius & Alexander, alibi pluribus absurdum esse demonstrarũt. (ἐν τοῖς ὄγκοις) id est, ad verbum, Tumoribus. Hoc autem idcircò additum est (monente etiam Alexãdro) quoniã qualitates istæ seu affectiones, acutum nempe, & obtusum, æquiuocè se habent in sono, voce, sapore & mole seu magnitudine, quarum illa quæ in sono est, ad auditum pertinet, (vnusquisque enim sensus, & propria obiecta & eorum discrimina omnia, percipere debet) quæ verò in sapore ad Gustum, quæ in magnitudine seu mole ad omnes, seu saltem ad plures, puta visum & tactum. Verùm hîc duplex oritur dubitatio. Prima, quia sibi Aristoteles repugnare videtur: nam in secundo de anima cont. 64. sensilia communia quinque tantùm enumerat, hîc sex, atque ab illis ex parte diuersa. Item, non ab omnibus sensibus percipi hîc vt ibi, sed à pluribus vno fatetur: quæ sententia, cont. 62. & 64. secundi de an. aduersatur. Secunda dubitatio est, An absolutè sit verum, Sensum in propriis sensilibus nunquam decipi. Priori dubitationi, quod ad primã partem, ita satisfaciũt nonnulli, Aristotelem hîc non ex propria sententia, sed iuxta Democriti opinionem loqui. Sed certè hoc resposũm, frigidũ esse, quis non videt? Nam & Aristot. in præsentia, verè atque ex animo Democritũ reprehendit, quòd propria sensilia cum communibus (quę deinceps enumerat) ineptè confunderet: & in Categoriis item, cap. de Qual. asperum & læue, rarum & densum, non qualitatem, sed situm quendam partium indicare ostendit: quem situm partium sensile quiddam commune esse, satis constat. Dicimus ergo, vti superiùs quoque in procemii explicatione: Ibi generaliora & veluti summa capita enumerare, hîc & alibi aliquando, dum speciatim magis agit, particulariora, & quæ ad illos pręcipuos, veluti fontes referũtur: quid enim

A enim aliud sunt, varii isti situs, nisi superficies hoc atque illo modo id est va-
riis formis atque figuris dispositæ? atqui figura vnum est ex quinque sensili-
bus communibus: nulla igitur vel in numero, vel in speciebus, hac quidem
in re repugnantia est. Secundæ verò prioris dubitationis parti, respondere
possemus. OMNIS appellatione, intelligi aliquãdo multos, & cõtrà MVLTI
vocabulo designantur omnes: vti & notat Aristoteles in Poetica his verbis:
Multi videntur tanquam omnes, omnes verò pro multis secundũ metapho-
ram dicũtur. Et certè non semel id quod est ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον id est plerunque, non
semel necessarium nuncupauit: comparata siquidem illa cum iis quæ rato
accidunt aut ἐπαμφότερον id est, ad vtrumlibet, videntur semper esse: imò Aristo-
teles hoc ipso in loco seipsum explicare videtur: nam cùm in 62, & 64. secun.
de anima, sensilia communia ab omnibus percipi docuisset, & id nunc ite-
rum repetiisset, addit εἰ δὲ μὴ πασῶν. Verùm, quoniam in commemoratis lo-
B cis neque metaphoricè, neque per comparationem loquitur, sed absolutè &
simpliciter: idcircò satius est de Themistii sententia statuere, partem quidem
sensiliũ communiũ & magnitudinem & numerũ, non ita distinctè ab aliis, vt
à visu & tactu percipi: non tamen eorum notitiam aliis sensibus prorsus de-
negandam esse. Quòd verò Aristoteles hîc ita se restringat, id eo fit, quia in
præsẽtia hac de re obiter agit, vnde sat fuerit ad id quod instituit aduers⁹, De-
mocritũ ostendendũ, euincere, Sẽsilia istiusmodi pluribus saltẽ sensilibus esse
communia. Altera dubitatio facilè determinari posse, affirmant fere omnes,
si conditiones ad rectam sensionem requisitæ, & à Themistio expositæ propo-
nantur: Optima nempe organi dispositio, Medium non impeditum, Interual-
lum εὔλογον inter sensum & obiectum. Addere quidem duas alias voluit Alexan
der, libro de anima capite duodecimo, Situm scilicet rei sentiendæ accom-
C modatum, & eiusdem cum facultate sentiendæ proportio: neque enim rem
post se positam cernere potest aliquis, aut lumen solis sustinere. Sed postrema
sanè Alexandri ad primam Themistii, prior verò ad postremã eiusdem refer-
ri potest. Sed addendum est aliquid, vt planè quæsito satisfiat. Duplex est sen-
sus obiectum, vniuersale vnum, quod potestati eius respondet: alterum parti-
culare quod actionem respicit. Voco nunc vniuersale, formam ipsam per se,
non autem prout in hac vel illa materia est: verbi gratia, colorem. particulare
verò, puta hoc album, hoc nigrum. Quæ distĩctio elicitur ex Arist in sec. post.
analy. c. vlt. vbi ait sensum esse vniuersalis, Sentire verò singularis: & confirma
tur ratione, Quandoquiden nisi potestati sentiendi obiectũ vniuersale, quod
formam nuncupauimus responderet, Sensus puta visus, rem singularem (vt
hoc album) a se conspectam non excederet, id est conspiciendi aliud album
D aut nigrum facultatem nullam haberet: è contra se haber intellectus, cuius
obiectum, & potestas vniuersalis est. Iam verò actionem sensus, in singularib⁹
solũmodo posse versari: sat constat. His itaque sic positis, absolutè cum Aristo-
tele fateri oportet, Sensum seruatis tribus illis conditionibus nunquam in
suo obiecto proprio decipi, tàm quoad id quod sibi vniuersaliter & veluti for-
ma respondet, quàm quoad id quod sub illo vniuersali continetur. Primum il
lud patet, nunquã enim visus aliquid coloratum esse iudicabit, nisi id aliquo
sit colore imbutum, neque Auditus sonans, nisi sonum aliquod edat: Hoc ipsũ
fatetur Arist. in cont. 63. secundo de anima cùm ait, vnumquemque sensum
iudicare de sensilibus suis propriis neque decipi vnquam, puta visum quòd
color sit, vel Auditum, quod sonus. Quòd autem in huiuscemodi apprehen-
sione deceptio possit accidere, si aliqua ex illis tribus conditionibns absit,
patet ex Galeno tertio de locis affectis capite septimo, vbi illius melan-

cholici meminit, qui Tibicines tubis quos continenter canentes sibi adstare putabat, expelli assiduè iubebat. Alterum satis notum est, quandoquidem A sensus tūc fit aptus ad iudicandū de sensili proprio, cùm in speciem ipsius effi-ctus erit. Effingitur autem non semper verè & perfectè pro ut ab agente, id est, sensili obiecto inducitur: cùm vel ob nimium interuallum, vel medii seu etiā organi ineptam dispositionem impediri queat. Exemplo sit nobis sol ipse, qui ex se quidē ad perfectè illustrandū quiduis aptus est: oculi tamen nostri sua im becillitate tantum lumen recipere nequeunt: quinimò si illi resistere velint obcæcantur. Hinc tot illa errata quæ visui, auditui, & vnicuique aliorum sensuum accidunt. Sed explicandum est, quonammodo ex his discrimen inter sensilia communia propriáque ab Aristotele positum, apparete possit. Quidam ex Philoponi sententia in hanc rem absolutè proferunt, In sensili communi percipiendo licet tres illę conditiones seruētur, nos tamen decipi posse: B exemplum afferunt, hominis qui est in naui celeriter transuecta, cui tàm littus quàm arbores & mōtes, motu assiduo cieri videtur: cùm tamē omnia quie scant. Sed & Philoponi & illorum pace dixerim, illud exemplum has conditiones non seruat. Qui enim videt, in continuo & celeri motu est: quocirca culpa organo ineptè disposito, præterea nulli tribuenda est. Similis certè ratio huius effectus est, Illius cùm scilicet contortis & agitatis oculis, id quod vnicum est, geminum esse apparet. De rectilineis figuris quæ eminus conspectæ, sphericæ apparent, & è contra, vt in dimidio orbe cæsa, linea illuminatum à non illuminato discernens: item quæ angulos habent, angulis carere: quæ mouentur, quiescere: idem semper affirmarem, nempe conditionem alteram deesse, quę à debita interualli proportione sumitur. Quapropter Simplici⁹ à visu ad auditum discessit: Qui enim audit sonū (ait) magnitudinē interualli ipsius nō percipit. Cui astipulātur hæc Philoponi verba, Cùm C plures simul canentes audimus, propter similitudinem, vnam vocē esse putamus. Sed vt absolutè vera sit Philosophi sentētia & omnis scrupulus tollatur, dicamus, cæteris paribus, id est in eadē distātia, mediiq; & organi dispositione; sensum in communi sensili decipi posse: in proprio verò nequaquam, si rectè omnia habēt. Hæc certè nota sunt, neque exēplis egent cùm infinita possint afferri: fundamentum autem est: quia cùm non ita familiare fit sensui, sensile commune, veluti propriū, nō adeò ab illo veluti ab hoc sensus affici valet. Idcircóque Simplici⁹ sensile propriū, primū mouēs appellat: cōmune verò, secundum: & Auerroes illud per se primò: hoc, per se non primò in sensum agere affirmat. Quod ita declaratur, Communia sensilia, licet per se sentiantur, sensum tamen non afficiunt, nisi coniuncta sensilibus propriis: (magnitudo siquidem non cernitur, nisi lucida aut colorata) quod ergo sensu percipiantur D non à se habent, sed illis acceptum referunt. Neque obstat id quod obiici solet, sensile scilicet proprium, sensum afficere nequire, nisi sit sensili communi coniunctum, vt color, qui nonnisi quantus conspici potest. Nam aliud est necessariò sensilia propria communibus esse coniuncta, vt in illis cum quibus actum sentiendi exerceant: aliud est, Sensilia communia rationem formalem agendi, id est sensus afficiendi à propriis sumere. Quemadmodum enim licet ignis absque calore, calefacere nequit, neque calor ipse ab igne seiunctus: calorem tamē rationem agendi igni porrigere verum est: ignē verò subiecti vicem gerere cum quo calefactio exercenda sit: ita & in nostro proposito rē se habere existimandum est. Sed hic tollenda esset ambiguitas, quæ iure doctos omnes torquere potest: nam si sensilia propria notiora sunt, & sub sensum magis cadunt quàm communia, cùm ab illis multæ passiones oriantur in quibus

.i.p Phy-

A Physicus versatur, putà ab albedine disgregatio visus, ab odore refectio, aut quid huiusmodi: à communibus item multæ aliç proficiscātur, circa quas Mathematic⁹ versetur, Exēpli gratia: à motu, regularitas, & ab aliis quantitatib⁹ passiones aliæ. Certè fatēdum erit in Physicis, causas quasdam reperiri certiores sensuiq; notiores, quàm in mathematicis: ac proinde in illis disciplinis magis quàm in his tutiores & potiores posse demonstrationes haberi. Qua igitur ratione verum erit, quod apud omnes tanquam verissimum habetur, Mathematicas disciplinas idcircò in primo gradu certitudinis esse, quia à notioribus nobis & naturæ procedunt? imò quod Simplicius ipse in priori volum. de an. com. 11. ait, Mathematicas scilicet ideò certissimas nuncupari, quia in quantitatibus versentur, aut qualitatibus, quas vel sensus, vel imaginatio percipere potest. Verùm, ne nimium à proposito nostro discedamus, alibi rem
B hanc (quæ alioquin difficillima est) copiosius tractandam relinquamus. Nunc illud dixisse sat esto, materiam à quā Physic⁹ (tam quoad causas, quàm quoad proprietates) immunis esse nequit, totius impedimenti, confusionis, & incertitudinis causam esse. Aliter se habent mathematicorum proprietates & causæ: quæ cùm à materia seiungantur, lucidiores atque magis perspicuæ sunt, ita vt apertè appareat eas suarum proprietatū causas esse. Idcircò Arist. in tertio phy. cont. 71, & 75. docere visus est, nihil prohibere aliquid secundum λόγον verum esse: secundum autem rem, falsum: atquì Motus (vt de ipso in præsentia loquamur) nònne in infinitum vsque velox reddi potest? id certè secundum imaginationem verum est, reipsa tamen falsum: cùm intelligentia determinato tempore cælum suum moueat, ac tanto, seu tali, vt neque tardiori neque celeriori ipsum mouere queat. Sed redeo ad rem nostram, pro qua ad huc quæri solet, quænam facultas illa sit quæ in singulis sensionibus tres illas
C conditiones adesse iudicet. Neque enim videtur Mentem id præstare posse, cùm nil ipsa cognoscat, nisi sensu ipso præeūte: neque Sensum, quandoquidē iudicium de debita distantia, nonnisi collatione quadam atque ratiocinatione ferri queat, atquì exteriores sensus, non discurrunt. Præterea, vel sensus idem sentiret, & distantiam iudicaret, vel alius: non idem, quia nullus est sui iustus iudex, difficillimèque errata propria vnusquisque nouit: non alius, quia vnus sensus operationem alterius non curat, sed quilibet propriam. Respondent Interpretes omnes, tertio de anima, vbi ista quæstio copiosiùs pertractatur, Sensum cognoscere distantiam seu spaciū inter se & obiectum, non tamē per se sed per accidens: neque enim per propriā speciē (quandoquidem distātiam ipsam reddere nequeat) sed per aliud, puta lumen vel ipsum diaphanū. Mentem autem, de conuenientia & proportione distantiæ, tandémque de
D defectu, & rectitudine illarum trium conditionum iudicium ferre, & hoc suo discursu multa conferendo colligendóque, quibus deinceps quicquid ad rē propositam requiritur cognoscere possit: obiiciebatur, nihil Mentem absque sensu operari de hoc infrà copiosius. Nunc rem ita paucis expedio, verā esse obiectionem, quod ad principia cognitionis & terminos ipsos attinet, ex quibus Mens deinceps absque sensu suum ratiocinium ducit: in summa sensus rem ipsam seu distantiam ostendit: an sit conueniens ratiocinatur, & concludit intellectus, sumpta præsertim per sensum congruæ incongruæve sensionis experientia.

Εἰς δὲ τὰ σχήματα ἀνάγει τοὺς χυμούς. καίτοι ἦν οὐδεμιᾶς ἧ μᾶλλον τῆς ὄψεως τὰ κοινὰ γνωρίζειν· εἰ δ᾽ ἄρα τῆς γεύσεως μᾶλλον. τὰ γοῦν ἐλάχιστα τῆς ἀκριβεστάτης ἐστὶν αἰσθήσεως διακρίνειν

περὶ ἕκαστον γένος, ὥστε ἐχρῆν τὴν γεῦσιν, καὶ τῶν ἄλλων κοινῶν μάλιστα αἰσθάνεσθαι, καὶ A
τῶν ἄλλων σχημάτων εἶναι κριτικωτάτην. Ἔτι τὰ μὲν αἰσθητὰ πάντα ἔχει ἐναντίωσιν, οἷον ἐν χρώματι τῷ μέλανι, τὸ λευκὸν, καὶ ἐν χυμοῖς τὸ γλυκὺ, τῷ πικρῷ· σχῆμα δὲ σχήματι οὐ δοκεῖ εἶναι ἐναντίον. τίνι γὰρ τῶν πολυγώνων, τὸ περιφερὲς ἐναντίον; Ἔτι ἀπείρων ὄντων τῶν σχημάτων, ἀναγκαῖον, καὶ τοὺς χυμοὺς εἶναι ἀπείρους. διὰ τί γὰρ ὁ μὲν τῶν χυμῶν αἴσθησιν ποιήσει, ὁ δ' οὐδ' ἂν ποιήσειε;

62 Idem sapores ad figuras reducit, quamuis vel nullius, vel maximè visus sit, cõmunia cognoscere. Quòd si magis ad ipsũ gustũ pertinet: cùm exquisitissimi sensus mun⁹ sit, in vnoquoq; genere minima quæq; iudicare, cætera quoque sensilia cõmunia Gustatũ maximè sentire oportuit, & omnium aliarum figurarum certissimum esse iudicem. Adhæc, omnia B sensilia contrarietatem habent, vt in colore, album nigro, in saporibus amarum dulci, opponitur: atqui figurã figuræ opponi non videtur. Circulus enim (puta) cuinam figuræ ex his quæ plures angulos habent, est contrarius. Præterea, cùm figuræ sint infinitæ, necesse erit quoque saporum nullum esse numerũ terminatũ. Quam enim ob causam, hic quidẽ sensu percipitur, ille percipi nequit?

Iam tertiò, speciatim magis redarguit Democritum quòd sapores ipsos cũ sensilibus communibus confunderet, cùm diceret sapores varios ex variis figuris, id est, ex atomis diuersarũ figurarũ cõcurrentibus effici, & Dulcẽ quidẽ saporẽ ex rotũdis & planis, quòd hæ fortasse ad motũ sint aptiores, & leuiores & (vt ipse loquebatur) διὰ τὸ μάλιστα διὰ παντὸς δυνάσθαι διαδύνειν τοὺς πολύτερυσμούς: Quæ C omnia dulci sapori conuenire, quòd facilius pertrahatur, & partibus alendis accõmodetur, antea fuit demonstratum: Amatum verò ex acutis seu asperis ob contrarias causas. Aduersus hanc igitur dicendi rationem tribus rationib⁹ Arist. argumentatur. Prima probabilitatem quandam habet, idcircóque prætermittitur, iuxta morem. Ea huiusmodi est: Sensilia communia vel à nullo sensu maximè percipiũtur, vel si ab aliquo, certè à visu. Aristoteles idem supra in proœmio affirmabat, nos scilicet hoc sensu communia sensilia maximè percipere. Alexander causam huiusce rei afferre cupiens ait, visum inter cæteros sensus maximè capacem omnium esse: sed obscura causa est, nisi addatur colores qui sunt visus obiectũ peculiare, in omni corpore reperiri, in quo corpore, figura, magnitudo, mot⁹, quies numerusque primò propriéque reperiuntur, ita vt quantitas, quam communia sensilia consequuntur, licet om- D nium qualitatum sensilium subiectum sit, proximiùs tamen ad obiectum visus se habeat quàm cæterorum sensuum: quod constat, quandoquidem color seu lux, omne corpus sequatur aliquam quantitatem obtinens, in quo tamen omni, aliæ sensiles qualitates nequaquàm insunt. In cælo nanque lux est, aliarum verò qualitatum nulla. Addo visum celeriùs agere, & quasi à re ipsa affici: alios verò sensus, vel ab eo quòd à re discedit, vel saltem (vt tactum excipiam) tardius. Non est igitur (vt ad rem redeamus) Gustus qui de sensilibus communibus iudicium rectum ferre possit. Etenim si Gustus hoc munere insignitus esset, vt maximè & exquisitè de figuris istis saporem constituentibus iudicare posset, cùr item alia sensilia communia, præsertimque figuras alias omnes, quæ eiusdem generis sunt, eodem non iudicare modo, posse debuit? certè exqui-

A quisitissimi sensus mun⁹ est, minima quæq; suorū obiectorū propriorū, in quolibet genere nosse, vnusquisq; tamē percipit, Gustū id præstare nō posse. Altera ratio est, à vi contrarietatis sūpta. Omnia (inquit) sensilia (propria intelligas vt exempla demonstrāt, & scopus Aristotelis indicat) contrarium habent, figura non habet contrariū; ergo figura non est propriū sensile. Maior inductione ostenditur, & ratione probari potest: quia sunt qualitates, & eius generis quod contrarium habet, & magis minúsque. Minor probatur in figura circulari, tanquam digniori & notiori: quod tamen de omnibus aliis cum figuris tū quantitatibus retinendum est. Figuræ igitur Circulari nullam esse contrariā eo ostendit, quod si qua illi contraria statuenda esset, ista ex iis quæ angulos habent, & ex lineis rectis constituuntur sumi oporteret, quorum tamen nulla huiusmodi, licet πολύγωνον sit, assignari potest. Patent hæc ex priori de cælo, à contextu vigesimo quarto, vsque ad trigesimum quartū. Verùm obiecerit aliquis,

B Falsam esse assumptionem, & eius quoque fundamentum falsum. Cùm enī figura sit qualitas quartæ speciei, certè habet contrariū. Ego respondeo, figuram duo significare, vel superficiem ipsam lineis terminatam, id est ipsum figuratum secundum longitudinem aut aliam dimensionem, vel ipsammet terminationem, id est affectionem quandam supeficiei. Primo modo quantitas est, sec. qualitas. Ex quo Simplicius in Categ. ita loquutus est, Nō significat hîc Figura, multitudinem linearum & superficierum, sed aliquam superficiei figurationē, quatenus scilicet in angulos, vel quid huiusmodi redigitur. Hæc ille. Sed addamus, figurā quoque vt qualitas est contrarietate carere, vt ibidē exponitur. Sed hæc alibi copiosiùs. Hîc igitur non modo figuram, sed ipsa quoque figurata spectamus, ex quibus sapores, iuxta Democriti sententiam, conficiebantur. Postrema accedit ratio huiuscemodi, Si sapores fiunt ex figuris,

C ergo sapores sunt infiniti. Consequens falsum est, vt superiùs aduersus Ioannem Iand. ostendimus: determinatas enim saporum species habemus. Quod quidem à nonnullis ita mathematicè probatur: quia nempe figuræ ratione laterum atque angulorum crescere possint in infinitum. Sed Aristoteles hîc mathematicè non loquitur, cùm Physicè potius de ortu saporum ex Physicis principiis actúque existentibus ratiocinetur, quæ certè actu infinita dari nequeunt. Aristoteles tamen è re nata (vt aiunt) loquitur, & concedit atomos illas figuratas, vt Democritus sentiebat, infinitas esse, vel saltem infinitis modis posse coniungi: ex quo sequi vult, infinitos sapores constitui, cùm ab infinito infinitum constitui rectè possit. Hæc ex Alexandro. Verùm obiicere statim potuit Democritus, infinitos esse sapores, sed non omnes sub sensum cadere. Occurrit ergo Philosophus, ostendens huius diuersitatis causam illos afferre oportuisse, quod cùm non præstiterint, argumētō esse potest illos cau-

D sam quoque cur sapores ad figuras referrent, prorsus ignorasse. Vnum præter hæc, paucis animaduertere placet, ne quis incautus decipiatur. In priori argumentatione, Aristotelem affirmare videri: Nullius sensus munus esse communia sensilia percipere, aut saltem solius visus: hoc tamen falsum est, vt nos deduximus. Affirmat igitur ibi, maximam & potissimam illorum notitiam vel ad nullum ex sensibus vel ad solum visum pertinere: quod non repugnat iis quæ Aristoteles in secundo de anima docuit, sed sententiæ Democriti, qui cùm sapores quorum sensus peculiaris & præcipuus iudex Gustus est, ad figuras reuocaret, Gustum figurarum iudicem potissimum, consequenter constituebat. Nunc ad alia.

Καὶ περὶ μὲν τοῦ χυμοῦ καὶ γεύσεως, εἰρήσθω· τὰ γὰρ ἄλλα πάθη τῶν χυμῶν οἰκείαν ἔχει τὴν σκέψιν ἐν τῇ φυσιολογίᾳ, τῇ περὶ τῶν φυτῶν. A

63 Cæterùm de sapore & Gustabili hactenus. nam reliquæ saporum affectiones, peculiarem obtinuerunt tractationem, in ea parte physicæ cōmentationis quæ de plantis agit.

Nonnulla tantùm verba sunt annotanda. (γεύσεως). non intelligas saporē quatenus gustum afficit, hoc enim sibi repugnaret, sed saporem iam in actu constitutum quo ad esse, in potestate tamen ad sensionem efficiendam: hoc siquidem verè gustabile est. Aristoteles autem & de ortu saporum ex suis principiis, & de ipso sapore iam constituto nonnihil egit, vt ex superiùs expositis patet. (ἄλλα τὰ πάθη). Intelligit particulariora saporū discrimina, quę iure in tractationem de platis reiicit, cùm in illa de singulis plantis speciatī agat, in quibus distinctæ magis saporum species reperiuntur. Atqui (dicat aliquis) minutas saporum differētias percipere animalis est: cur ergo doctrina ista à speculatione animalium exploditur? Respondeo, Aristotelem hîc de ortu saporum agere, non de ipsorum operatione: ortus verò in plantis certè magis apparet, vt suprà innuit, & ex fructuum varios ac propè innumerabiles sapores obtinentium quotidiana degustatione patet. (περὶ τῶν φυτῶν). Duos huius tractationis libellos habemus, in quorum secundi fine id ipsum agere videtur quod hîc pollicitus est. Alexandri tamen tempore vel hi latebant, vel pro Aristotelicis nō agnoscebantur. B

Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον δεῖ νοῆσαι καὶ περὶ τὰς ὀσμάς· ὅπερ γὰρ ποιεῖ ἐν τῷ ὑγρῷ τὸ ξηρὸν, τοῦτο ποιεῖ ἐν ἄλλῳ γένει τὸ ἔγχυμον ὑγρὸν, ἐν ἀέρι καὶ ὕδατι ὁμοίως· κοινὸν δὲ κατὰ τούτων νῦν μὲν λέγομεν τὸ διαφανές. Ἔστι δὲ ὀσφραντὸν οὐχ ᾗ διαφανὲς, ἀλλ᾽ ᾗ πλυτικὸν, καὶ ῥυπτικὸν ἐγχύμου ξηρότητος. C

64 De odoribus autem eadem ratione considerandum est. Quod enim in humido siccum efficit: id ipsum humidum saporosum in alio genere præstat, in aere & aqua eodem modo. His verò ipsum διαφανὲς commune nunc quidem esse dicimus. Est autem odorabile, nō quatenus perspicuū, sed quatenus saporosam siccitatē diluere atque abstergere potest.

Nexus huius tractationis cum superiori, ex iis quæ sunt declarata perspicuè est. In sententia aliqua adest obscuritas, cùm dicat (τὸν αὐτὸν τρόπον), Thomas explicat, In ortu odorū, veluti in ortu saporum aliquid vt agēs, & aliquid vt patiēs concurrere: illud siccum terreum est vi caloris, hoc humidū in saporibus: in odoribus verò agens est ἔγχυμον, id est humidū cum sicco saporosum, patiēs verò est ἀλλόγενος, quod hîc vocatur τὸ διαφανές. Aliter interpretari videtur Alexan. qui vult similitudinem istam & ad methodum tractationis, & ad causarum affinitatem referri. Nam & à causis seu principiis odorum exorditur Aristot. & eadem erunt quæ saporum principia ipsorum, nempe siccum & humidum, si prius tamen saporosa sint: neque enim odor, quid aliud est quàm qualitas quędā à corpore saporoso elata. Vtraque explicatio vera est, & testimonio Aristotelis confirmari potest, qui superius docuit saporem, & odorem eandem ferè passionem esse. Sed certè quæ Thomas ait, nimis communia sunt, proximiora quæ Alexander, & arti Aristotelicæ conuenientiora. Quæ si sequamur, non modò scopus, sed distributio contextus plana est. Primùm enim sibi de sapore agendum esse proponit eodem ordine, & iisdem principiis. D

m ox

A mox tractationem ipsam aggreditur, ibi: (Quod enim in humido). Vbi docet, Quicquid siccum in humidũ agit in ortu saporum, idẽ ipsummet humidum, siccum, seu saporosum secũdum aliud genus efficere in aere & aqua: quæ duo vnico nomine & communi idcirco in præsentia appellat, τὸ διαφανὲς, propterea quòd cùm ab aqua & aere sapores eatenus tantùm eliciãtur quatenus humida sunt abstergentia saporosi sicci, (humidus enim est aer, humida item aqua) humidum agens cum altero in sermone confundere potuisset, atque inde orationi parere obscuritatem. Proptereáque Aristoteles nequis tale principium ad ortũ odorum peculiariter requisitũ, τὴν Diaphanειαν esse existimaret, addit, passionem istam quæ communis est aeri & aquæ, ab eis tamen inseparabilis, nil ad odores facere. Quandoquidem aer & aqua odores recipiũt, non
B quatenus pellucida sunt, sed quatenus sua humiditate saporosam siccitatem lauant atq; abstergunt. (In alio genere). Alexander geminum horum verborum sensum proponit. Vnus est, Aerem & aquã non quà humida & pellucida sunt seu saporum susceptiua, sed quà aliam quandam naturam generando odori seu recipiendo idoneam habent, odorum causas esse. Alter est, siccum saporosũm in aqua vel aere efficere vt odores prodeant in alio genere, nempe odorabili, & quod natum sit vt ab olfactu percipi queat: nõ enim idem genus est odorabilium & degustabilium. Leonicus vtrunq; sensum probauit. Nonnulli ex recentioribus primum explodunt, secũdum retinent. Sed certè neq; cur illum reiiciant, neq; cur hũc probent, ratio vlla adest. Nam quod obiiciũt, priorem sensum repugnare Aristot. qui docet aerem & aquam sapores parere quatenus abluunt, & sua humiditate abstergũnt, nullius ponderis est: quia
C in contextu non habetur, aquam & aerem sua humiditate absolutè odores gignere (quod ipsum negat Alexander) sed sua ablutione & abstersione saporosi sicci, odorum causas esse, quod non repugnat Alexãdro. Nullus siquidem simpliciter diceret Aquam & aerem vt humida odores producere, cùm vt humida, multa alia queant efficere; puta aqua sapores, quemadmodũ suprà fuit expositũ: at quis fateri verebitur aerem & aquam quà humida abstersiua saporosi sicci, sapores generare? nullus sanè. Obiiciendum itaque Alexandro fuisset potius, Aristotelem in hoc contextu non modò loqui de principio odorum recipiente, ita vt doceat odorem in aere & aqua tanquam in recipiẽte produci, sed de principiis odorum constituentibus: quod patet ex comparatione odorum cum saporum ortu proposita: & verba hoc indicant, siquidem ita habent: Quicquid in ortu saporum siccum in humido præstat, idem humidũ saporosum in alio genere efficere: & hoc quod in alio genere efficit, in aere & aqua agere. Cùm ergo proponat nobis Aristoteles tam causas odorum quàm corpora in quibus illæ recipiuntur, & rationem secundum quam,
D receptio fiat, satius fortasse erit omisso Alexandro dicere, per ἀλλόγονον, siccum ipsum intelligi: quod enim pro saporibus siccum in humido operarur, id pro odoribus humidum saporosum in sicco præstat: quod ἀλλόγονον vocat, id est aliam naturam, ab humido differentem (nomine siquidem generis non semel abutitur Aristoteles). Hæc explicatio confirmatur iis verbis, quæ in postrema contextus parte apponuntur, in quibus docet, naturam illam aeris & aquæ communem, eatenus susceptiuam odorum esse, quatenus abstergit & quasi lauat saporosam siccitatem, quam nomine ἐγχύμου ξηρότητος appellat: ac si diceret Aristoteles, hoc genus secundum quod, humidum sapidum odores in aqua & aere gignit, est ipsum siccum: vtrunq; enim ipsorum, affici potest à siccitate rei odorabilis ὁμοίως, id est, propter eandẽ naturam πλυντικὴν καὶ ῥυπτικήν. Sed quid plura? Sumitur hęc explicatio ex ipsomet Aristotele inferius, vbi docebit

odorem per euapotationem effici, quæ omnis, exiccatione gignitur: ad hoc tamen humor aliquis desideratur: etenim ex simpliciter sicco in quod calidũ nil agere valet, nullus halitus attollitur. Ex quo quemadmodum aqua ex se saporem non habebat, sed ex sicci admixtione, ita siccum ex se nullum edit odorem, nisi humiditatis additione, quod in igne & terra pura cõstare potest. sed hæc pluribus infrà. Animaduertatur autem in præsentia, id quod in initio contextus vocauerat ἔγχυμον ὑγρὸν, in fine vocasse ἔγχυμον ξηρότητα: & rectè: nam licet saporosum & humidum & siccum simul sit, odor tamen ab ipso ratione *A* sicciorum partium efficitur atque eleuatur.

Οὐ γὰρ μόνον ἐν ἀέρι, ἀλλὰ καὶ ἐν ὕδατι τὸ γὰρ ὀσφρήσεώς ἐστι. δῆλον δ' ἐπὶ τῶν ἰχθύων καὶ τῶν ὀστρακοδέρμων. φαίνονται γὰρ ὀσφραινόμενοι, οὔτε ἀέρος ὄντος ἐν τῷ ὕδατι (ἐπιπολάζει γὰρ ἀὴρ ὅταν ἐγγίνεται) οὔτ' αὐτὰ ἀναπνέοντες. Εἰ οὖν τις θείη καὶ τὸν ἀέρα καὶ τὸ ὕδωρ ἄμφω ὑγρὰ, εἴη ἂν ἡ ἐν ὑγρῷ τοῦ ἐγχύμου ξηροῦ φύσις ὀσμὴ καὶ ὀσφραντὸν τὸ τοιοῦτον. *B*

65 Non enim in aere solùm, sed in aqua etiam odor sentitur, quod in piscibus & ostreaceis perspicuum est, quæ in aqua olfaciunt, cùm tamen nullus ibi existat aer, (supersidet enim cùm quid eius genitũ fuerit) neque ipsa respirent. Si quis ergo vtrunque aquam (inquam) & aerem, humidũ esse ponat, erit certè sapor, natura sicci saporosi in humido, & hoc ipsum erit olfactile.

Dixerat ortum odoris in aqua & aere fieri, quod nunc probat & præsertim de aqua de qua magis poterat quiuis ambigere. Nanque in aere & hominem & cætera animantia olfacere compertum est. Probat autem (iuxta nonnullorum sententiam) quod ad odorem spiritualem & realem: Dicamus nos in præsentia, odorem realem nihil aliud esse quàm ipsamet specierum olfactilium multiplicationem, idcircóq; nullum esse inter vtrunq; discrimen. Satius ergo est clarioribus verbis asserere odorem duobus spectari modis posse: vnó quod ad eorum ortum, alteró quodad eorum operationem. Hîc ab eorum operatione, quatenus nempe sensum afficiunt, odorem in aqua fieri demonstrat. *C* Demõstratio verò huiusmodi est, Pisces & ostrecoderma, in aqua olfaciunt, ergo in aqua est odor: cõsequutio nota est, quia vbi sensio, ibi sensile præsens. Assumptio nota est, ex quarto de hist. anim. cap. 8. vbi ostẽditur pisces quidẽ nullum perspicuum olfactus organum ad cerebrum transmeans habere, olfacere tamen. Quod pluribus experientiis comprobatur, escam siquidem non recentem respuunt, sanguinem proprium effusum fugiunt: quem ne odorent in loca longinqua secedunt, solis odoratis è propriis specubus in quibus latẽt, à piscatoribus euocantur, variisque vescis ad quæ solo odore auidè accurrunt ab iisdem capiuntur. Sed instare quis posset, pisces in aqua olfacere ratione aeris in aqua inclusi: Respondet Aristoteles, neque ibi aerem adesse, neque si adesset, pisces vllo modo posse respirare. Primùm ita probat, Intus in aqua *D* non adest aer, ergo pisces non olfaciunt ratione aeris. Cõsequutio patet. Maior experimento comprobatur, quòd aerem intra aquam contineri non posse docet, quin statim subsiliat, atque ad summũ aquæ ascendat. Vtrem inflatum in aqua demersum, & deinceps perforatum pro exemplo adducit Alexander. Secundum, hac ratione astruit. Pisces non respirant, ergo aerem licet in aqua adesset non pertraherent: ex quo sequitur, illos non ratione aeris odorare. Assumptio repetita est in 2. de anim. 76, & in loco citato. Excipiuntur tamẽ in 6. de hist. anim. cap. 12, & 2. de patt. eorundẽ ca. 6. pisces qui fistulã habent, vt Balena & Delphinus, qui spirãt, recipiuntq; aerem, quòd pulmone prediti sint: imò Delphinos rostro emerso dormire ac stertere visos esse, Arist. pdit: & ratio adest

A adeſt(quam attigimus)id ipſum probans: nam reſpirandi ratio eſt à pulmone, piſces non habent pulmonem, piſces ergo reſpirãdi occaſione ſeu ratione carent. Maior nota eſt: cùm reſpiratio ſit motus ipſius pulmonis, & hic ſit præcipuum illius inſtrumentum. Minor patet, quia vſus pulmonis & reſpirationis illis deeſt: cùm enim reſpiratio aerem extrinſecus recipiens eò tendat, vt animalis vitam, calorem illius inſitum quaſi ventilatione temperando, cuſtodiendóque conſeruet, piſces pro aere aquam habent, vnde ſatis refrigerari queant: hæc pluribus Ariſtot. in ſecundo de partibus anim. loco citato, & Galenus in ſexto de vſu part. cap. 2. Piſces ergo ſine reſpiratione olfaciunt, quod Auerroes item in ſecundo de anim. com. 76. protulit: ergo licet ibi adeſſet aer; illius medio non vterentur. Ex his itaque rectè ſequitur, in aqua odorem fieri & recipi poſſe. His ita conſtitutis videtur Ariſtoteles integram odoris naturam colligere, hoc modo, Si odor ſit ex ſicco ſaporoſo in aere & aqua, vt probauimus, & hæc quis humida eſſe ponat, vt nos ponere viſi ſumus, cùm

B πλυντικὰ καὶ ῥυπτικὰ ipſa nuncupauimus: ſequitur, Odorem nil aliud eſſe quàm Naturam ſicci (non ſimplicis à quo ſapor prodit) ſed ſapidi in humido: talémq; naturam id verè eſſe quod olfactile ſeu olfactus obiectum vocatur: ac ſi hîc Ariſt. doceat, in aqua & aere odores etiam quoad eorum ortum effici: eſt enim odor ipſum ſicci ſapidi πάθος, ſeu natura ſicci ſapidi, cuius proprium ſubiectum eſt, natura illa communis aeri & aquæ, quæ πλυντικὴ καὶ ῥυπτικὴ nuncupatur. Veruntamen eget hæc perquiſitiori ſpeculatione, quam nos poſt explicationem contextus ſequentis adhibebimus. Nunc nonnulla verba in hoc noſtro conſideremus. (Ὁ γραῖο δέρμων). De his min⁹ manifeſtum erat, in aqua nullo aere præſente reſpirare pro quibus legatur Auerroes in tertio de part. anim. cap. de pulmone, & Ariſtot. in quarto de de hiſt. anim. per plura capita. (ἀναπνέοντες). Reſpirationem Hippo. in quarta part. aphor. 68, ſpiritũ vocauit, vt ibi Galenus fatetur. Tem-

C poris progreſſu ſpiritus ille in ſpirationis, ac tandem in reſpirationis nomen apud Medicos tranſiit. Motum illum pulmonis ſignificat, qui partim à facultate animali partim à naturali proficiſcitur, quo accipimus & reddimus ſeu inſpiramus & expiramus aerem, vt calor naturalis in corde flabelletur & conſeruetur, fuliginoſumque excrementum ſimul expellatur: de qua re pluribus Ariſtot. & Galenus in ſuis de reſpiratione libellis. (Si quis ergo vtrumq;): Tam aerem quàm aquam humidam eſſe ex ſui natura fatentur omnes, aerem tamen primò vult Auerroes in ſecundo collig. cap. 2. & primo ſuæ cant. com. 15. colligitur autem ex Ariſtot. in ſecundo de ortu & int. cap. 3. & acutè egregiéq; diſputatur aduerſus Galenum, & experimẽta ab Acchill. in 3. de ele. dub. 14.

D Ὅτι δὲ ἀπὸ ἐγχύμου ἐστὶ τὸ πάθος, δῆλον ἐκ τῶν ἐχόντων καὶ μὴ ἐχόντων ὀσμήν. τὰ γὰρ στοιχεῖα ἄοσμα, οἷον πῦρ, ἀὴρ, ὕδωρ, γῆ, διὰ τὸ τά τε ξηρὰ αὐτῶν, καὶ τὰ ὑγρὰ ἄχυμα εἶναι, ἐὰν μή τι μιγνύμενον ποιῇ. διὸ καὶ ἡ θάλαττα ἔχει ὀσμήν· ἔχει γὰρ χυμὸν, καὶ ξηρότητα. καὶ ἅλες μᾶλλον νίτρου ὀσμώδεις· δηλοῖ δὲ τὸ ἐξικμαζόμενον ἐξ αὐτῶν ἔλαιον. τὸ δὲ νίτρον γῆς ἐστι μᾶλλον. Ἔτι δὲ λίθος μὲν ἄοσμος· ἄχυμος γάρ. τὰ δὲ ξύλα ὀσμώδη· ἔγχυμα γάρ. καὶ τούτων τὰ ὑδατώδη ἧττον. ἔτι τῶν μεταλλευομένων, χρυσὸς ἄοσμος· ἄχυμος γάρ. ὁ δὲ χαλκὸς καὶ ὁ σίδηρος, ὀσμώδη. ὅταν δὲ ἐκκαυθῇ τὸ ὑγρὸν, ἀοσμότεραι αἱ σκωρίαι γίνονται πάντων. ἄργυρος δὲ καὶ καττίτερος, τῶν μὲν μᾶλλον ὀσμώδη, τῶν δὲ ἧττον· ὑδατώδη γάρ.

66 Cæterùm hanc affectionem à ſaporoſo proficiſci, ex odoratis & inodoris rebus perſpicuum redditur. Namque elementa, vt ignis, aer, aqua, terra, inodora ſunt, propterea quòd quæ ex eis tum ſicca, tum humida

ſunt, ſaporem non habent, niſi quid illis commixtum ſaporem efficiat. A
Quapropter Mare odorẽ habet, ſiquidem & ſaporem & ſiccitatem ob-
tinuit. Et ſal, Nitro eſt odoratior. argumento eſt oleum quod ex ipſo ex-
trahitur. Nitrũ vero magis terreum eſt. Præterea, lapis odoris eſt expers,
quia ſapore caret: ligna è contra, quia ſapida. & horum etiam minus o-
lent, quæ aquatica. Adhæc, ex metallis Aurum odore vacat, quippe cui ſa-
por nullus ineſt. AEs & Ferrum non carent odore: cum verò exuſtum
habuerint humidum, Scoriæ illorum omnium, inodoræ magis reddun-
tur. Argẽtum & Stannum, quibuſdam metallis odore præſtant, à qui-
buſdam ſuperantur, aquea ſiquidem ſunt.

Quòd ſapor reciperetur in humido iam probatum eſt: quòd verò ſicci ſapi-
di ſit (quæ duæ particulæ definitionem odoris conſtituebant) nunc demon- B
ſtratur. Ratio proponi in hunc modum poteſt: Quæcunque ſapore carent,
odorem etiam non habent, & quæcunque odorem obtinent, ſaporoſa ſunt,
& non è contra: ergo ſapor eſt qualitas natura prior odore, & ad quam odor
conſequitur. Vis conſequutionis inde ſumitur, Propterea quòd illa dicuntur
natura priora & aliorum cauſa, quibus poſitis alia non ponuntur neceſſariò,
ablatis tamen alia auferuntur, ex Poſtcategoriis & quinto metaphy. cont. 16.
Aſſumptio probatur quod ad vtramque partem: probatio plana eſt, & expli-
cationẽ non requirit: tantùm ergo ſingula paucis expendamus. (Nanque e-
lementa). Elementa quia ſapore carent, odoris ſunt expertia. Sapore autem
carent, quia commixtione ſicci cum humido ex qua ſapor prodit, deſtituta
ſunt: quî fieri enim poteſt, vt elementa, i. corpora ſimplicia & pura, quæq; per C
ipſas qualitates conſtitui videntur, mixtionem duarum qualitatum cõtraria-
rum obtinuerint? concluditur ergo, quia ſiccum illorũ, puta terræ & ignis, hu-
mido caret: humidum verò, puta aeris & aquæ, ſicco deſtituitur, elementa in-
ſipida prorſus eſſe. Sed obiiciet aliquis Mare, quod eſt aquæ elementum & ſa-
pore præditum. Reſpondet Ariſt. in Mari adeſſe ſiccitatem, nempe terream
exhalationem cum humiditate permixtam, ex qua deinceps ſapor ſalſus effi-
citur. Hæc in ſecundo meteor. copioſius diſputata ſunt. Sed inſtabit aliquis,
Ergo mare non eſt elementum aquæ. Reſpondeo ex eodem quarto meteor.
Mare non eſſe principium & elementum aquæ, ſed id potius quod ex eo prin-
cipio & elemento ſubſidet & manet, totius aquæ locum occupans, dulciſſima
illius parte atque tenuiſſima à ſole educta atq; ſublata. (Et ſal nitro eſt odora-
tior). Obiectio alia quæ probat terrã eſſe ſaporoſam: nã ſupra ſal quædã terræ
ſpecies vocata eſt. Eòdem ſpectant quæ de lapide dicuntur. Hanc igitur diluit
Ariſt. oſtendens eum prædominio quidem terreum & ſiccum eſſe, humotem
tamẽ admixtũ habere, quod collatione ipſius cùm nitro magis cõſtat, quo ſal D
ſaporoſus magis & odorus eſt, ob ſuũ exceſſum in humido. Argumẽto eſt oleũ,
i. ſuccus qui ex ipſo in maiori copia quã ex nitro quod magis terreũ eſt, excipi-
tur. De ſale autẽ & nitro Plí. li. 31. ca. 7, & 10. Dioſ. li. 5. ca. 84. & 88. Gal. nono vol.
de fac. ſimpl. med. ca. 11. copioſè agũt: vt omittã quæ Ariſt. noſter in 4. meteor.
de iiſdẽ aliiſq; eius generis, cõt. 40, & alibi, & Plat. in Timæo tradidit. Quod au-
tẽ ex ſale oleũ extrahatur, Chimici ſatis declarãt, qui teſte Alber. & Auer. ex
omni lapide oleũ educunt. Oleum tandẽ & quæ illius naturã retinent, magis
aquea eſſe quã terrea, licet à prędominio aerea ꝓpriè ſint, collige ex Ariſt. in
4. met. loco citato, vbi oleũ à frigido craſſeſcere docet, quia partes illi⁹ humidę
in aquã vertũtur, ex quarũ mixtione oleũ cõſtantius & craſſius redditur: à cali-
do itẽ, non quia terreũ ſit, ſed quia vi caloris partes illæ humidę aqueæ tenuio-

res

A res exhalāt, quibus recedentibus, quod crassius aquæ est in oleo manet. Sed e-
gét ista meteorologica speculatione. Nunc ad rem. (Ligna è contra). Secūda
pars assumptionis hīc astruitur: odor enim saporē infert, in consequutione, at
sapor odorem in productione: imò in lignis ipsis discrimen odorum reperitur
ob saporis quoq; quā obtinēt differentiā. Nam quæ multa humiditate atque
indigesta referta sunt, vt omnia quæ in aquis degunt, minimum atque impro-
portionatū (ita enim superius loquebatur Aristoteles) saporem habent: ideóq;
debili quoque odore prædita sunt: è contra quæ humiditatem optimè per-
mixtā & apprimè proportionatam cum sicco terreo habent, qualia sunt quæ
Gummi emittunt, vt pinus, cupressus, abies. Neq; repugnant hæc iis quæ de
sale dixerat: quandoquidem ibi in comparatione nitri loquebatur, & sal ob
copiam calidi temperatum magis magisq; digestum humidum habet. Sal e-
B nim & nitrum à calido coagulata sunt, idcircoque non nisi à frigido humido
dissolui possunt: solus enim calor in aquam salsam agens exprimere & quasi re-
soluere omnem aquam dulcem potest: nam & frigus alioquin aquam salsam
coagulare potest, vt Albertus admonet. (Aurum odore vacat). Vtinā quem-
admodum neque olfactu, neque gustu, ita neque visu, vel tactu, vel auditu
perciperetur: neque enim illius fames multorum mortalium pectora, ad tot
indigna facinora perpetranda cogeret, quot assiduè cogit. Odore verò & sa-
pore ipsum carere patet, cùm minimùm humidum sit, multùm terreum, pu-
rum tamen. Indicio est, illud grauissimum esse, igni expositum non euanesce-
re, non tingere, præterea verò rubigine nulla obduci, quæ ex crudæ humidi-
tatis copia ad exteriores partes exhalatæ metallis accidit: vel (vt omnis scru-
pulus tollatur) dicendum est, materiam quidem metallorū omnium & ipsius
auri aquam esse, sed humidum cum eius sicco perfectissimè commixtum atq;
C compactum esse: ita vt humidum illius à suo sicco nullo modo separari queat,
tenacissimumque inter omnia metalla habeatur. Quocirca Arist. aurum pu-
rū elixari posse rectè negat, in quarto meteor. cōt. 26. Et Medici ineptè aurum
se purum decoquere posse putāt in suis medicamentis, vt ægrotātibus opē fe-
rāt. nil enim ab auro quàm sordidiores quasdā partes sua illa ebullitione sepa-
rāt, quæ sola causa est, vt minoris ponderis euadat. Quæ de Ære & Ferro, Ar-
gento item & Stanno adduntur, eòdem pertinent & nota sunt: id tantùm mo-
neo, Alexandrum fuisse deceptum qui asserat, Argentum & Stannum plus
humoris habere quàm æs & ferrum: tūc enim Aristotelis ratio nulla esset, qui
vult exiccata magis metalla insipidiora & inodora magis esse, vt de auro au-
diuimus, cui deinceps æs & ferrum opponit tāquam humidiora: ideóque ma-
iori sapore, odoréque prædita. in medio Argentum ponit atque Stannum:
minus ergo saporis & odoris habere debent quàm æs & ferrum, minusque
D humiditatis: magis verò quàm aurum, cuius tantùm comparatione, aquea
nuncupantur. Quid, quod argentum ad mixtionem auri quàm proximè ac-
cedit, eiúsque puritati, firmitati, tenuitatíque substantiæ persimile est: quo fit
vt dum liquescit, igne non absumatur, neque attenuetur, vt plumbum & alia:
imò si purum argentum sit, longioribus temporum periodis, in aurum aliqua
ex parte commutari tradant. Atqui minimum & ipsum quoq; rubiginis con-
trahit. Sed nonnulla ex his quæ hactenus habuimus, diligentius tractari po-
stulāt, quòd ipsis rectè cognitis definitionē odoris alioquin obscurè traditam
facilius perceptam iri constet. Primò igitur dubitari solet, vtrum odor in sicco
fundamentum habeat, veluti sapor in humido. Deinde illud in quæstionem
cadit, An cùm odor à sicco saporoso pendeat, tanquam à conficiente causa,
sapor absque odore esse queat. Aduersus affirmātem partem primæ quæstio-

nis, hæc facete videntur. Odoris materia est aer vel aqua, quæ sunt humida, ergo odores in humido non in sicco fundamentum suum habent. Consequutio ex se patet: Maior ex iis quæ superius Aristot. docere visus est. Item adueniente humiditate, puta manè, magis quàm in meridie, auctiores & validiores redduntur odores: qua etiam ratione Aristot. in partic. duodecima probl. 2. ait, apparente Iride ob aquę humiditatem, plantas odorabiliores reddi: Camphora item rosæ, violæ, & alia huiusmodi frigidiora & humidiora, maximè odorata sunt. Sed oppositum huius docet Aristoteles, cùm odorem calidi & sicci esse non semel in suis libris repetit, & experientia hoc comprobat: nam locis & temporibus calidioribus, odores intensiores à stirpibus emittũtur. Pro hac quæstione profliganda dicendum est, saporem & odorem τὰ πάθη quædam seu qualitates quasdem secundas esse, quæ primas sequuntur: humidum nẽpe & siccũ caliditate media quæ digerit, atq; permiscet: diuersam tamẽ vtriusq; rationem esse, quia sapor oritur ex mixtione sicci cum humido vincẽte humido, odor ex eadem vincente sicco ἐγχύμῳ. Quæ causa est, vt odor maiorem exigat caliditatem, à qua excitari queat: sapor verò non tantam: Mixtionẽ verò illam humidi cum sicco ex qua sapor & odor, non semper perfectam esse, declarant, Mare, Fumus, aliaque huiusmodi nõ pauca. Sed huic determinationi nonnulla repugnare videntur, atque illud imprimis: Odor est euaporatio fumosa, ergo nil cum humido habet. Assumptio est Arist. qui hoc ipso argumento, superius, olfactum de natura ignis esse demõstrauit: consequutio nota est, quia huiusmodi euaporationes, vt aliàs ex priori met. ostendimus, quàm proximè ad naturam ignis accedunt. Præterea Arist. probauit quæcunque odorem habẽt habere saporẽ: quî fieri ergo potest, vt quæ ex repugnantibus qualitatibus pendeant, mutuò se cõsequantur? perspicuum ẽst enim, ea quæ plus humidi obtinent, sapida magis esse: quæ verò plus sicci, magis odorata. Priori argumentationi quidam satisfaciunt, dicentes Aristotelem suprà ex sententia Veterum nõ ex propria fuisse loquutum. Mihi verò responsio ista absurda esse videtur: quãuis enim de natura æstheterii ibi ex sententia Veterum Aristot. loquutum fuisse concederemus, nõ tamen id de natura odoris asserẽdum esset. Dicamus ergo ibi Aristoteles prædominium tantùm odoris ostendisse, & id in quo à sapore differt: quod sibi tunc sat erat, cùm de ortu & substantia odorum ex proposito agere nondum decreuisset. Verùm inferius hoc ipsum argumentum copiosius pertractandum erit: nunc ita dimittatur. Ad secundum respondent aliqui, odorem & saporem in eodem esse; sed secundum diuersas partes. Ridiculum responsum, cùm & nos ex eadem parte vtrũque percipiamus: & si illud admitteretur, nulla Aristot. ratio esset: cùm plus vel minus odoris in mixtis arguit, ex ipso sapore præexistente. Alii ergo respondent, in eodem subiecto, & in eadem prorsus parte vtrunque reperiri. Sed hoc à nonnullis ita reprehenditur, Si istud verum esset, sapor non esset qualitas odore prior secundum naturam, nam si vtraq; qualitas in eadem prorsus parte reperitur, iam neutra est altera prior, quod Aristoteli repugnat, qui odores gigni docet ex qualitatibus illis iam saporosis. Idcirco addunt ipsi, ea quæ habent saporem, odorem quoq; habere, secundũ totũ & quamlibet sui partem, indistinctè tamen non exactè, ita vt humiditati totius & partium sapor insit: siccitati verò tam totius quam partium odor. Sed ista sententia adhuc magis quàm prima peccat: si enim res ita habet, non video quomodo vnquã defendi possit, odorem cum victoria sicci manere, aut saporem cum victoria humidi, cum in eodem mixto secundum se totum vel secundum illius partes victoria vtriusq; esse nequeat: quomodo itẽ tueri ista opinio poterit, in odore maiorem

A iorem exigi caliditatem, in ſapore minorem? Dicendum eſt itaque, in eadem
prorſus parte odorem & ſaporem ineſſe, non adæquatè; ſed diuerſa ratione:
vbi enim ſapor eſt, vt in ſubiecto, ibi eſt odor vt à ſubiecto. Cùm ergo aſſeri-
mus, odorem & ſaporem in eadem parte reperiri, intelligimus qualitates, e-
iuſdem partis eſſe: ſapor tamen vt in ea fundatus, odor vt ab ea eductus: id-
circóque ſapor dicitur procedere, quia ibi ſubſiſtit: odor autem ſequi, quia in-
de gignitur. Quare quanuis ſapor dicatur humidi, odor ſicci, ex iiſdem ta-
men qualitatibus efficiuntur, cùm in eadē & ex eadem parte ſint. In ſumma
ſapor eſt qualitas ſubiecti mixtionem ſequens, & in eo innaſcēs: odor verò in-
de generatur, imò eſſe ſuum in ipſo gigni habet, differens tamen à ſono quòd
cauſam in re ſapida ſuæ ſubſiſtentiæ conſtantem & realem habeat: & hoc i-
pſum eſt, quod nos ſuperi⁹ odorem ſicci πάθη in aere, vel aqua vocauimus. Pro
B qua re etiam animaduertendum, Ariſtotelem in hoc libello vbi de his ſen-
ſilibus quod ad eorum cauſas ortúmque agit, diſcrimen iſtud humidi, vel ſic-
ci vincentis inter ſaporem & odorem non ponere: cùm tam hic quàm ille ex
mixtione ſicci cum humido fiat: in ſecundo vero volumine de anim. quia de
illis quod ad ſenſus mutationem loquutus eſt, ſaporem humidi eſſe protu-
liſſe, odorem ſicci. Saporem inquam humidi, quando vt ex contextu cente-
ſimo ſecundo, liquet is guſtum nequeat afficere niſi prius humefiat, quod
ſaltem à lingua optimè præſtari poteſt: odorem autem ſicci, quia per inſpi-
rationem recipitur, quæ nonniſi halitus alicuius attenuati eſſe poteſt, hic ve-
rò halitus naturam rei calidæ & ſiccæ retinet. Quare concludatur: quoduis
corpus ſiccum, cùm deguſtatur liquefieri & humectari oportere: quod ſi e-
tiam valde ſit humidum, odorem per exiccationem & euapotationem emit-
tere. Argumento itaque ſatisfaciendum eſt, negando aſſumptionem, cùm
C qualitates iſtæ odori, & ſapori, non tribuantur, niſi quatenus ſenſum ſuum
afficiunt: ſecus dicendum, cùm de ortu ipſorum agitur. Excipies iterum er-
go nullum eſt diſcrimen inter eos quo ad naturam ſubſtantiamque: Verùm
iam ſuprà reſponſum eſt. Ex his deuenio ad argumenta potiſſima pro quæ-
ſtione adducta. Et ad primum quidem Albertus reſpondet, Odorem eſſe in
aere vel in aqua, quæ humida ſunt, quod ad eſſe ſuum ſpirituale quo ſenſum
mouet: quod verò ad eſſe reale eſt in ſicco. Sed petendum eſt ab Alberto, vt
hunc realem odorem ita à ſpirituali differētem nobis oſtendat: nam ſi in ſub-
iecto ſpectatur, iam ſapor eſt, non odor: ſi verò vt ab ipſo effertur & iam odor
eſt, conſideratur, iam idem & qui realis eſt ſpiritualis habetur, in alioque re-
cipitur. Idcirco liberè affirmandum eſt, materiam ex qua tanquam ex cauſa
odor proficiſcitur, ſiccum ſapidum eſſe, id verò in quo πάθος & natura ſicci hu-
iuſmodi, fit ſeu recipitur, aerem & aquam: idcircóq; Ariſtoteles dicebat, hæc
D duo ſua humiditate ſiccum ſapidum quaſi lauare quo ὀσφραντὰ fierent, id eſt, a
ſiccitate ſapida afficerentur, & ipſamet odorifera redderentur. Ex quo be-
nè ſequitur odorem in humido non fundari vt argumentatio ſupponebat.
Pro ſecunda argumentatione Alexander confugit ad antiperiſtaſim: nam
cùm humiditate illa, aliqua adeſt frigiditas, quæ calorem internum flo-
rum cogit, & vnit: hæc vnita fortior redditur, agenſque in humidum cauſa
eſt euaporationis, cum qua odores ſuauiores & intenſiores deferuntur.
Sed Ariſtoteles aliam videtur rationem proponere in problemate citato.
Inquit enim, tenuem pluuiam, ſuperuenientem ſiccitati florum, ob caldi-
tatem ipſam quæ in floribus ineſt optimè digerentem & temperantem per-
miſcentemq;, cauſam euaporationis & odoris eſſe: ſiquidem ab exuperanti

ficco difficile quid attollitur seu exhalat: à multo vero odores extinguntur, necesse est igitur vt humidum in ortu odorum à calido superetur. ideóque Aristot. ibi docebat, partes orbis terrarum quæ ad Orientem vergunt, odorantia valde producere: quæ verò ad Septentrionem, & quæ ad Meridiem minimùm, cùm in illis nimiùm multa humiditas aquea, calorem opprimens, in his vero pauca & ex qua nullus queat attolli vapor, adsit. Sed non multum differunt hæc ab iis quæ Alexander. De camphora & aliis Concil. responderet, ista eterogenea esse, quocirca partes quoque calidas & siccas habere, ex quibus odor emanet. Sed certius dici potest, cuiuscunque temperaturæ ista sint, odorem quem emittunt semper sicci rationem habere, vt superius quoque diximus cùm de organo olfactus ageremus. Ad secundam quæstionem nunc nos conuertamus: & (quicquid Alexander dicat) concedamus verum esse quod proponitur, quantùm ad cogitationem seu rationem, non autem quantùm ad rem ipsam attinet. Sapor enim illo modo præexistit, hoc vero nequaquam, sed cum ipso odore simul est: positis siquidem qualitatibus illis saporem constituentibus, eodem tempore odor cum sapore consistere potest: secundum cogitationem tamen præerit sapor, cùm præsertim non eodem prorsus modo vterque generetur: namque ex commixtione sicci cùm humido, calido adiuuante, in mixto sapor oritur: ex illo autē iam sapido, qualitates odoriferæ sapidi corporis ex quo efferuntur retinentes, per aerem aut aquam calore medio pertrahuntur: Quinimo fieri potest, in corpore aliquo saporem quidem adesse, non tamen tantam vim vt odor gigni queat.

Δοκεῖ δ' ἐνίοις ἡ καπνώδης ἀναθυμίασις εἶ) ὀσμὴ οὖσα κοινὴ γῆς καὶ ἀέρος, καὶ πάντες ἐπιφέρονται ἐπὶ τοῦτο περὶ ὀσμῆς. διὸ Ἡράκλειτος οὕτως εἴρηκεν, ὡς εἰ πάντα τὰ ὄντα καπνὸς γένοιτο, ῥῖνες ἂν διαγνοῖεν. ἐπὶ δὲ τὴν ὀσμὴν πάντες ἐπιφέρονται, οἱ μὲν ὡς ἀτμίδα οἱ δὲ ὡς ἀναθυμίασιν, οἱ δὲ καὶ ἄμφω ταῦτα. ἔστι δ' ἡ μὲν ἀτμὶς ὑγρότης τις. ἡ δὲ καπνώδης ἀναθυμίασις, ὥσπερ εἴρηται, κοινὴ ἀέρος καὶ γῆς· καὶ συνίσταται ἐκ μὲν ἐκείνης ὕδωρ, ἐκ δὲ ταύτης, γῆς τι εἶδος. ἀλλ' οὐδέτερον τούτων ἔοικεν ἡ μὲν γὰρ ἀτμίς ἐστιν ὕδατος, ἡ δὲ καπνώδης ἀναθυμίασις ἀδύνατος γενέσθαι ἐν ὕδατι. ὀσμᾶται δὲ καὶ τὰ ἐν ὕδατι, καθάπερ εἴρηται πρότερον. Ἔτι ἡ ἀναθυμίασις ὁμοίως λέγεται ταῖς ἀπορροίαις. εἰ οὖν μηδ' ἐκείνη καλῶς, μηδ' αὕτη καλῶς.

67 Quidam tamen censent, odorem esse exhalationem fumidam, terræ & aeri communem, omnésque in hanc sententiam de odore quodammodo descendunt. Quapropter Heraclitus ait, Si omnes res fumus fierent, fore vt nares cunctas dignoscerent. In hanc autem sententiam de odore, ita veniunt omnes, vt hi quidem vaporem, alii exhalationem fumidam, nonnulli vtrunque, ipsum esse dicant. Est autem vapor humor quidam. Fumosa verò euaporatio, communis (vt diximus) aeri & terræ. Atque ex illa quidem aqua gignitur, ex huiusmodi vero halitu, species quædam terræ. Cæterùm neutrum ex his odor esse videtur. Nam vapor ad aquam refertur, fumidus vero halitus in aqua fieri nequit. Atqui odorant etiam (vt superius dictum est) quæ in aqua degunt. Prætereà halitus ille fumidus, similis defluuiis esse dicitur. Si igitur illa non

A recte tradita ſunt, ergo & hæc non recte.

Ad placita aliorum refellenda ſe conuertit, vt quæ ipſe de ortu & natura
odorum (quantùm certè potuit impræſentia perobſcurè tamen) docuit, ve-
riora & firmiora appareant: qui ergo hîc τὸ τί odorum quæri aſſerunt, eſſen-
tiam extra definitionem rei, haberi poſſe credere ſe oſtendunt. Tres ergo Ve-
terum de re hac opiniones profert, quæ tamen ad duas reduci poſſunt. Qui-
dam aſſerebant odoris ſubſtantiam halitum fumidum quendam eſſe, aeriter-
ræque communem: eòdemque alii omnes recidere ferè videbantur, ex quo
Heraclitus ex his vnus aliquando dixit, ſi omnia mundi entia fumus ſeu hali-
tus ille fierent, fore vt Nares de omnibus iudicare poſſent: quaſi diceret, fu-
mum illum ſeu tenuiſſimum ſpiritum nil aliud fore quàm odorem, qui ad ſen-
ſum olfactus pertinet. Erat tamen inter hos aliqua diſcrepantia: nam hi qui-
B dem hunc halitum, vaporem eſſe putabant, hi verò exhalationem propriè
nuncupatam, alii vtrunque. Quid autem inter hæc duo interſit, in priori
meteorologico pluribus explicatum, nunc paucis repetit, Vaporem, eſſe ha-
litum humidum, & aquæ naturam retinens, cum aliqua tamen aëris calidi-
tate, à qua attollitur atque attenuatur. Exhalatio verò quæ καπνώδης ἀναθυμίασις
nunc appellatur, terrea magis eſt aereáque, ab illa autem ſiccitatem, ab hac
caliditatem maiorem ſortitur: quo fit vt leuior fiat, & ſurſum magis attolla-
tur. Hinc horum duorum halituum tot diuerſi effectus, de quibus Ariſtote-
les in meteor. Nunc illorum meminit qui communiores ſunt, nempe Aquæ,
quæ ex vapore frigido condenſante gignitur, & ſpeciei cuiuſdam Terræ, quæ
ex exhalatione eodem frigido conſtringente aut calido incendente procrea-
tur. Has ſententias paucis refellit Ariſtoteles; & primò illam quæ odorem
vaporem eſſe cenſet, eo quòd Vapor ex aqua fiat, imò ipſum nil aliud ſit
quàm aqua attenuata. Indicio eſt, quòd ſi conſtringatur, iterum fit aqua. Ac ſi
C inde velit inferre, Aquam inſipidam eſſe, & quæ ſapore carent odorem nul-
lum obtinere. Quæ omnia, ſuperius declarata, hîc conſultò omittit. Al-
teram ita vrget, Si odor eſſet exhalatio, in aqua nullus eſſet: fieri enim ne-
quit vt huiuſcemodi halitus fumidus in aqua efficiatur, quinimo ibi cùm cali-
dus & ſiccus ipſe ſit, à ſuis contrariis extingueretur. Atqui patet abſurdi-
tas cõſequentis, cùm piſces in aqua odorare paulò antea ſit oſtenſum. Tertia
opinio ex ambabus iam confutatis conſtat, quare ruit ex ſeipſa: refutatur ta-
men ab Ariſtotele, argumentatione vtriſque communi. Si (inquit) odor eſt
exhalatio vel fumida illa ſit vel vaporoſa, ſequetur odores per defluuia ef-
fici: quod eſt abſurdum: conſequutio nota eſt, quia exhalationes iſtæ non
aliud ſunt quàm defluuia corpuſculorum ſurſum elatorum ſeu conſcenden-
tium. Abſurditas conſequentis ex iiſdem patere poteſt, quę ſuperius aduerſus
Democritum de viſu fuerunt allata: Nam preterquam quòd corpora odora-
D ta aſſiduè diminuerentur, tandemque euaneſceret, atque diſſiparentur, olfa-
ctus à ſenſu Tactus non diſtingueretur. (ἀναθυμίασις). Exhalationis nomen ali-
quando quidem commune eſt apud Ariſtotelem, ita vt ſpirationum vtrun-
que genus complectatur, tam ſcilicet aqueum ſeu humidum, quàm terreum
ſeu ſiccum: (qua ratione hoc nomine vſus eſt Ariſtoteles in poſtremis ver-
bis contextus, cùm tertiam opinionem infringit): propria tamen quædam ſe-
paratim vocabula accepit: vt quod à terra redditur ἀναθυμίασις καπνώδης, hoc
eſt fumida exhalatio, aliquando etiam πνευματώδης, i. ſpirituoſa vel flatuoſa, in-
terdum generis nomine, ἀναθυμίασις ſimpliciter dicatur: quod a[illegible] ab aqua attol-
litur ἀτμὶς, i. vapor ſeu vaporoſa exhalatio: quanquã & hoc nomẽ Vapor ita latè

aliquando sumatur, vt vtramque spirationem, quemadmodum & halitus seu exhalatio, significet. Sed mirum est, si significationes istæ propositæ horum nominum seruandæ sint, quomodo Aristoteles in primis verbis contextus generatim de qualibet illarum trium opinionum verba faciens dixerit, in hoc omnes conuenire, Odorem esse ἀναθυμίασιν καπνώδη, aeri terræque cõmunem, cùm præsertim inferius paulò hanc ipsam à vapore distinguat. Certè ex aliorum explicationibus vix habeas quid pro re hac respondeas, nisi ex nostra dicas Aristotelem celebriorem ex illis tribus proposuisse sententiam, ad quam alias referri dicat, quatenus, vaporis natura, non multum ab exhalatione fumida differat, cùm conficientem causam eandem, materiam quoq; non multò dissimilem habeat: Vtriusque enim efficiens, solis calor est, materia, aqua & terra simul, licet in exhalatione longè plus. Terræ & sicci, in Vapore aquæ & humidi contineatur: imò tam sunt mutuo nexu hi duo halitus iuncti, vt alterum alterius aliquid semper comitetur, nec vnquam vicissim inter se prorsus liberentur. Quocirca Aristoteles rem hanc aperire volens, nempe quomodo alii ad hãc sententiam referrentur, speciatim deinceps de vno quoque agit. (Species quædam terræ.) Cadmiam hîc nonnulli significari aiunt, de qua Dioscor. lib. 5. cap. 43. & Galenus nono de simpl. med. fac. item Plinius libro 10. cap. 34. scribunt in fornacibus ærariis ex tenuioribus æris, aut argenti partibus, vi ignis elatis, atque testudini fornacium adhærentibus, effici. Sed non video cur nos ad vnam tantùm cadmiam verba Aristotelis restringere debeamus, cùm præsertim illius ortus non sit naturalis, sed quodamodo ab arte. Quare non itẽ video cur non de omnibus illis speciebus sint intelligẽda, quarum ipse sub finem tertii meteor. meminit, nẽpe quæ ex exhalatione calida & sicca in ipsis terræ visceribus gignũtur, sunt hæc ὀρυκτῶν, hoc est fossilium genus omne, quod ibi à genere τῶν μεταλλευτῶν distinguitur. Cùm genus quidem ipsum, nempe quicquid ex terra fodiendo eruitur, vel terra sit, vel lapis, vel metallum, complectatur: propriè tamen ad lapides & terræ seu pulueris genus accommodatur. Constant Fossilia istiusmodi ex sicca exhalatione ardore incensa. Intra nubes etiam, ex huiusmodi halitu sicco lapides gigni posse, (quam eorũ materiam odor ipse sulphuris & rei adustæ declarat) & vnà cum fulmine in terram iaci, tradunt meteorologici: nec Aristoteles, quanquam nullibi huius rei meminerit, lapidis huiusmodi ortum in loco intra nubes negatet. Sed restant nonnulli scrupuli: quia aliquis pro Veteribus ita fortasse diceret, vapor est corpus mixtum quanuis imperfectum, quocirca licet Aristoteles aquam insipidam esse obiiciat, non tamen hinc habere potest vaporem, saporis & odoris expertem esse: cùm vapor, aqua dici nequeat, nisi facultate, quatenus nempe facillimè in aquam verti potest. Huc accedit, Aristotelem ita argumentari, Aqua est sine odore, Vapor est aquæ, ergo vapor est sine odore. quo argumentandi genere ita certè quis reflectere impetum aduersus ipsum posset. Terra est sine odore, fumus est terra, ergo fumus est sine odore. De exhalatione item fumida, nonnè Aristot. ipse in secundo meteor. tradit, ipsam, quòd salsedine veluti & omnia alia excrementitia affecta sit, mare in quod cum pluuiis magna ex parte decidit, salsum efficere? Præterea qui odorem exhalationem esse putabant, rationem fortasse sumebant ab iis qui in aere olfaciunt; quid igitur in his obiectio de piscibus sub aquam olfacientibus valet? Primum ita è medio tollendum est: Aristotelem meritò Antiquos reprehendere. Quamuis enim vapor sit corpus mixtum, tamen ob multum aquæ prædominium saporem vel odorem nequit habere. Odor enim passio sicci est: & quanuis vapor à sicco, & odor à vapore fumi videatur,

A deatur: tamen vapor sub ratione vaporis nunquam dicetur odor vel πάθος odoris, cùm vapor ex aqua, non quatenus odora, sed quatenus aqua gignatur, neque omnis vapor sit odorus, sed multi inodori existant. Et ad argumentum reflexum dico: Similitudinem argumentandi ratione materiæ nullam esse: fumus siquidem, corporeum quid, Terreúmque magis est, & siccitati adhærens, quocirca magis quoque potest odorem referre: è contra vapor. Addo, Terram hanc nostram non tam proximè accedere, ad simplicem purámque terræ naturam, quàm aqua ad puritatem aquæ accedit. Magis sanè Terra ipsa commixta est (vt in libris de ortu & interitu copiosius declarauimus) impuriorque, & qualitatibus sensilibus magis affecta: idcircóque de Terra & de aqua non æquè concludere licet. De Exhalatione, respondeo exhalationem saporis & odoris causam esse in mari: atquî ibi vt in mixto reB peritur, non vt seorsim posita, qualem Veteres absolutè odorem esse affirmabant. Multa pro Antiquis hîc afferri posse non me latet, quibus eorum opinio ad bonum trahi sensum posset. Sed hodie, vt ait Auerroes in priori vol. de ani. com. 26, & secundo de cælo, 71, opiniones antiquorũ cognoscere non possumus. Quare, quicquid verè in his & in aliis censuerint, notam atque perspicuam omnibus negligentiam illorum, verbáque impropria cùm Arist. nostro potius arguere debemus, quàm diuinantes ineptæ eorũ Philosophandi rationi indulgere velle. Quapropter quod vltimo loco obiiciebatur, facilè etiam diluitur, si di camus: rationem Aristotelis eatenus saltem aduersus Veteres concludere, quatenus ipsi de odoris natura absolutè verba facientes, ea proferre debuerunt quæ per se & de omni, odori conuenirent, non autem ab vno particulari, vniuersalem eorum doctrinam, colligere ac tradere voluisse.

C

Ὅτι μὲν οὖν ἐνδέχεται ἀπολαύειν τὸ ὑγρὸν καὶ τὸ ἐν τῷ πνεύματι, καὶ τὸ ἐν τῷ ὕδατι, καὶ πάσχειν τι ὑπὸ τῆς ἐγχύμου ξηρότητος, οὐκ ἄδηλον. καὶ γὰρ ὁ ἀὴρ ὑγρὸν τὴν φύσιν ἐστίν.

68 Quod itaque humidum aeri & aquæ insitum, aliquid à sicco sapido sumat, ac patiatur, perspicuum est. Est enim aer suapte natura humidus.

Ad conclusionis huius perspicuitatem, & certitudinem magis patefaciendam, Veterum sententiæ interpositæ & refutatæ sunt. Sententia plana est. De ratione verò actionis sicci in humidum, in volum. de ortu & interitu aliàs disputauimus. Neque enim qualitates primæ agentes, æquè agẽtes, aut patientes æquè patientes sunt, cùm actio perfectionem rei sequatur: ideóq; calidum D vt perfectius, magis agat, & siccum minus ab humido patiatur, magísque humido resistat (omne siquidem agens naturale, non minus pro suimet conseruatione resistendo, quàm pro sibi similis generatione, agendo laborat, quicquid Marsil. Patau. & Albertus de Saxon. dixerint.) Argumento est, Humidum facilius in siccum (vt Simplicius admonet) quàm siccum in humidum permutari: hoc declarat (si quid aliud) Hecticarum febrium in corpore humano difficillima curatio, si præsertim ex tertio illo genere fuerint, quod à Galen. in secundo de differētiis febr. cap. 8. & 9. Marasmodes nuncupatur. De aere, qua nempe ratione humidus esse dicatur: loca superius adducta consulantur. Consideranda est particula, πνεύματι, quam nunc Aristoteles pro Aere vsurpat. Aliàs ostendi propriam Spiritus significationem, omnibus in linguis esse ventum, transferri tamen hoc nomen aliquando ad rem omnem quæ sub aspectum seu sensum non cadit, siue corporea ea sit, siue incorporea.

Hinc summi, & præpotentis Dei, hinc naturæ, hinc animæ, atq; hinc humani
corporis spiritus (quem Hippocrates impetum facientem vocat) esse dicitur. A
Atqui aer, ad naturam hanc spiritualem in comparatione terræ, & aquæ, pro-
ximè accedit: qua affinitate & similitudine non semel apud Aristotelē Spiri-
tus nomen sortitur. Declarauit id Aristoteles cùm in cont. 54. prioris vol. de
phy. ausc. Veteres illos laudat, quòd de principiis rerū naturalium loquentes,
atque subiectum aliquod vnum contrariis principiis statuentes, non ignem,
aut aquam ponerent, sed aerem: quippe cuius contrarietates minùs sensu ap-
prehenderentur, quàm ignis, & aquæ. Humidus enim quidem est aer, imò hu-
more ipso potissimùm constituitur, aqua tamen humida magis esse sentitur:
calor etiam aeris, minus quàm ignis sensum mouet. Sed nodus quidam isque
non obscurus soluendus est. Etenim Aristoteles cùm de olfactus organo supe-
riùs loqueretur, odorem, fumidam quādam euaporationē ab igne profectam
esse asseruit. quinimo hoc ipso probabat, æstheterium olfactus igneum esse, i. B
quòd ab huiusmodi exhalatione sicca, realiter afficeretur, cuius tamen con-
trarium disertè hîc aduersus Veteres asseritur. Quid, quòd ab Aristotele in se-
cundo de anim. Odor. τοῦ ξηροῦ vocatur, quæ sanè appellatio, nō speciei seu for-
mæ, sed corpori conuenit. Quæstio isthæc obscura est, & ad explicandum dif-
ficilis, quam ob causam interprætes non vnanimes habuit. Auicenna Plato-
nem sequutus in sexto li. suorum Nat. part. 2. ca. 5. putat omnino odorē cum
defluxionibus seu euaporationibus fumidis quibusdam ad nos manare. Id
confirmat ex pomis, quæ fluentibus ex ipsis odoribus longo temporis spatio
corrugantur, ac si substantia ipsorū in qua odor inerat, per halitum digeratur:
Item quia corpora compacta nimis, non emittunt odorem, nisi aut manibus
primùm calefiant, aut igne ipso, quò resoluantur. Præterea odor impeditur
flante vento, quod certè non fieret, nisi vētus in aliquid reale, & corporeum,
non autem spirituale ageret. Imò Ammonius hoc addebat, nos per graueo-
lentem locum aliquando transeuntes, sudario nares obturare, & aerem qui- C
dem respirare, tetrum tamen nullum odorem percipere: indicat hoc, sub-
stantiam aliquam aere ipso adeo crassiorem, à re olente defluere, vt aditum
ad ingrediendum per sudarii meatus habere nequeat. Maximo tandem indi-
dicio esse potest, vnà cum aliqua substantiæ particula odores emanare, quòd
& temperationem cerebri mutant, (id siquidem à qualitate tantùm corpo-
rea efficitur) & manib⁹ ipsis aliquando odores ad nares extrinsecùs acceden-
tes, aerem dimouentes pellere valeamus. Quæ omnia præterquam quòd su-
perioribus adductis locis, ex Aristotele comprobari queunt; eo etiam con-
firmantur, quòd in contextu sequenti Frigus, odores hebetare & quasi suf-
focare docebit. Hoc sanè nullo modo fieret nisi odores cum fumida quadam
euaporatione diffluerent. Auerroes autem, in secundo de anim. cont. 97. 76,
& 101. vt partem Aristotelis veriorem, (à qua non multum Plotini sententia D
discedit) tueretur, aduersus Auicennam probat, odoris multiplicationem spi-
ritualem tantùm esse, nempe quia aer obsequens, quemadmodum sonis,
coloribusque est peruius, ita odoribus: quos cùm ipse percepit, ad nos trans-
mittit: olfactuique impertitur. Quinimo probat Auerroes media extrinseca,
sensilia cum corporibus in quibus existūt, nullo modo posse recipere. Verùm
aduersus Auicennam sic argumentatur: Multa animalia, à longinquis re-
gionibus ad escam mouentur, ergo odores per fumidam exhalationem non
multiplicantur. Assumptio probatur ex vulturibus ipsis & tigribus, quæ (vt
fertur) cadauera inhumata in aliis vrbibus persentiscunt, imò à quingen-
tis miliaribus aliquando ad ea deuoranda profecta sunt. Consequutio

nota est, etenim à quónam ad illum finem mouerentur? certe à sensu: at quo
A sensu? non sanè tactu, non gustu, non visu, non audiru, cùm obiecta ipsa di-
stantia sint, & auersa, sonóque & voce careant: ergo olfactu. Ex quo sequitur
necessariò odorē cadauerum ad huiusmodi animalia peruenire. Quo posito,
quis locus exhalationi fumidæ relinquetur, cùm illa ad tātam distantiā mul-
tiplicari nequeat? Profectò verum hoc esse fatendum est, cùm præsertim ob-
iectum omne sensile, quod per medium percipitur, æqualiter (nisi quid impe-
diat) vndequaque cōprehendi debeat, ita vt sensile sit veluti ipsum in circulo
centrum. Nisi velimus corpus adeò paruum, quale fumida exhalatio est, nul-
la seruata propotrione, maiorem adhuc extensionem, extensione ignis (quæ
maxima est) suscipere posse. Addit Auerroes, si admittatur sententia ista, fo-
re vt exhalatio illa defluens, aut aerem à loco suo aliò pellat, aut penetret,
B quorum vnum absurdum est, alterum nulla ratio suadere potest: siquidem fu
mida exhalatio, æquè atque aer tenuis est, illiúsque naturæ persimilis. Addit
Ammonius rationem non leuem, ad Platonis & Auicennæ sententiam refutā
dā: Effluxio (inquit) omnis, corpus est, & huius quilibet motus naturalis: nam
vel leue est, & conscendit: vel graue, & ad imum tēdit. Atqui suauem pomi o-
dorem omnes æque sentiunt, suprà (inquam) & infrà, antè retrò, à dextris
& à sinistris, manentes. Concludit ergo Auerroes, Vt colores in Diaphanis
sūt, ita odores in medio esse, id est, natura illa cōmuni aeris & aquæ, odoris suf
ceptiua, spiritualiter recipi. Et quoniam aliquis statim ventos abducentes &
reducentes odores obiicere potuisset, addit, odores similitudinem quidem e-
xistentiæ in medio cum coloribus habere, odores tamen, Esse minùs spiritua-
le, coloribus ipsis obtinuisse (siquidem à causis materialibus magis pendent)
idcircóque ventos aerem aut aquam agitantes, atque ad hanc vel illam partē
C pellentes, odores impedire. Imò hoc ipsum sonis accidit, quos tamen nul-
lus corpora esse affirmabit, cùm à passione tantùm in aere efficiantur. Auicen
na hæc ex parte persentiens, priorem Auerrois argumentationem soluit: Fu-
midam (dicens) exhalationem illam ad tantum interiectū spacium multipli-
cari, non quia extendatur, sed quia à ventis eò propellatur. Nec leuis est solu-
tio (vt quidam putant) licet neque semper ventos flare cùm odores ab itius-
modi animalibus percipiuntur, probare posse videatur Auicenna, neque ra-
tionem reddere, cur non ab hominibus quoque iidem sentiantur odores, vt-
pote ad quos nō minùs quàm ad tigres vel vultures exhalatio pulsa perueni-
re debeat. Cæterùm vt aliquid addamus, quod non minus momenti aduer-
sus Auicennam habeat, iis quæ suprà sunt allata, quid de piscibus in aqua olfa
cientibus afferret? Quid tandem de rebus quibusdam minutis odoriferis,
D quę odorem quidem assiduè emittunt, non tamen euanescūt aut dissipantur,
cùm alioquin id effici oporteret, si defluxus isti assiduè cum odoribus emana-
rent, quemadmodum Arist. ipse in duodec. part. probl. 8. obiicit? Postremò ol-
factus hac ratione Tactus esset, quod est absurdissimum, cùm non modò ra-
tione obiecti, verùm etiam medii à Tactu distinguatur. Ammonius vt has li-
tes componeret, statuit aliquando, nullam istarum opinionum seorsim sum-
ptam esse veram, simul tamen sumptas, omnes admittendas. Ait enim, qui
bus olfaciendi sensus est hebes, vt suibus, defluxionibus esse opus: iis verò in
quibus hic sensus mediocriter viget, vt hominibus, mutationem aeris suffice-
re: eos tandem qui acriter & exquisitè olfaciunt, id sat superque habere, vt aer
sit odoribus peruius. Verùm præterquam quòd Ammonius (suo more) non
sat explicat quid velit, in eò certè reprehendendus est, quòd à diuersitate na-
turæ olfacientis, de substantia seu essentia odorum statuere velle videatur, ita

vt non vna certa determinatáq; odorũ natura sit, sed vnius respectu exhalatio, alterius verò nequaquam. Quapropter, vt inuicẽ has repugnantes sententias A cõciliemus, dicendũ nobis esse puto, duo in odoribus esse spectanda, essentiã nempe ipsorum, eorundémque subiectum & quasi vehiculũ. Essentia est, sapidum humidum in sicco, seu sicci sapidi passio: vehiculum verò est natura communis aeri & aquæ, quæ sua quasi ablutione odores elicit, quos deinceps ad nos ipsos transmittit. Hæc ex ore Aristotelis sumpta sunt, vt patet. sed addendum, in illa ablutione calidum veluti agens concurrere, quod per modũ quasi exhalationis odores omnes à qualitatibus illis materialibus educit. Gignitur ergo odor à calido, educitúrque, abluitur deinceps ab humido aeris & aquæ, à quibus tandem infectis ad nos per partem post partem, vt ad pisces transmittitur. Et hoc ipsum est cuius nos meminisse vult Auerroes, odorem nempe multiplicati quidem spiritualiter: non tamen ita vt color & sonus, cum ille à causis magis materialibus proficiscatur. Excipit autem corpora illa odora, quæ non nisi per rarefactionem odorem emittere queant, vt B thus, myrrha, sulphur, aliáque huiusmodi, quod per accidens & rarò ad multiplicationẽ odorum vsque ad olfactum necessarium esse affirmat. Nulli itaque mirum si Aristoteles aliquando odorem fumidam exhalationem absolutè vocet, non quòd odor sit ipsa fumida exhalatio, aut necessariò cum fumida exhalatione, sed quia odor delatus ab aere & aqua abluente spiritualiter quidem, vt Auerrois argumenta probant, sensum olfactum afficit, non ita tamen quin & materialiter quoque seu realiter aliquantulum inficiat. Imò Aristoteles idem, infra dicet odorem cum spirituali euaporatione recipi, id est cùm aere spiritualem naturam habente. Omitto quæ per accidens fiunt: nam tunc planior adhuc Aristotelis sententia esset. Auerroes item C in tertio collig. capite trigesimo sexto, & in his commentariis ad hæc tantùm respiciens, odorem per substantiam aeream & vaporosam à re odorata defluentem effici, vaporémque istum tam in aqua quàm in aere recipi, absolutè profert. Huic veritati, omnia omni ex parte respondent. Nam & Auicennas rectè loquitur, quatenus nempe odor non omnino spiritualis est, & per modum exhalationis educitur, atque ab olfaciente atttahitur. Et Auerroes non decipitur: siquidem odor propriè non est exhalatio, vt Antiqui affirmabant, neque cum exhalatione necessariò defertur, vt simpliciter docet Auicennas. Hoc patet, quandoquidem ab vno grano musci multus odor assiduè manat, nihilo tamen minoris quantitatis quantumuis temporis interuallo, conspicitur: Satisfacere autem eorum mutuis obiectionibus, ex positis vnicuique facile admodum est. Sed tollendus est scrupulus, qui restat, atque D ex nostra præsertim determinatione oriri videtur. Sequitur enim hac ratione dicendi posita, olfactum quendam Tactum dici oportere, si præsertim conspicua illa & accidentalis euaporatio adsit. Respondent aliqui, Tactum fungi munere suo, medio intrinseco & congenito, qualitatésque primas percipere: olfactum verò extrinseco medio vti, & in qualitatibus secundis versari, quocirca hunc illum dici non posse. Atquì si hoc sat esset, obiectio eadem Aristotelis, & Alexandri aduersus Democritum, qui visum per defluuia effici statuebat, in capite de æsthetorio visus superius adducta, nullum prorsus momentum haberet. Addendum est ergo, olfactum non esse Tactum, quia non realiter, sed spiritualiter tantùm ab odore afficiatur, dum ab eo ad actum sentiendi deducitur, siquidem non propriè exhalatio sit quæ sentiatur. Sed hæc & alia pluribus in secundo de anima disputauimus.

A Ἔτι δ᾽ εἰ ὁμοίως ἐν τοῖς ὑγροῖς ποιεῖ καὶ ἐν τῷ ἀέρι, οἷον ἀποπλυνόμενον τὸ ξηρὸν,
φανερὸν ὅτι δεῖ ἀνάλογον εἶναι τὰς ὀσμὰς τοῖς χυμοῖς, ἀλλὰ μὴν τοῦτό γε ἐπ᾽ ἐνίων συμ-
βέβηκε. καὶ γὰρ δριμεῖαι καὶ γλυκεῖαί εἰσιν ὀσμαὶ, καὶ αὐστηραὶ καὶ στρυφναὶ, καὶ λιπαραὶ
καὶ τοῖς πικροῖς τὰς σαπρὰς ἄν τις ἀνάλογον εἴποι. διὸ ὥσπερ ἐκεῖνοι δυσκατάποτοι
τὰ σαπρὰ δυσανάπνευστά ἐστι. δῆλον ἄρα ὅτι ὅπερ ἐν τῷ ὕδατι χυμὸς, τοῦτ᾽ ἐν τῷ ἀέρι
καὶ ὕδατι ἡ ὀσμή. καὶ διὰ τοῦτο τὸ ψυχρὸν καὶ ἡ πῆξις καὶ τοὺς χυμοὺς ἀμβλύνει, καὶ τὰς ὀσ-
μὰς ἀφανίζει. τὸ γὰρ θερμὸν τὸ κινοῦν, καὶ δημιουργοῦν, ἀφανίζουσιν ἡ ψύξις καὶ ἡ πῆξις.

69 Cæterùm si eodem modo in aliis humidis & in aere, siccũ veluti ab-
lutum efficit, perspicuum est oportere, vt saporibus odores proportione
respondeant, quod vtique in quibusdam contingit. Existunt enim odo-
B res acres, dulces, & austeri, acuti item & crassi. Ad amaros vero putres re-
ferre licet. Etenim quemadmodum illi ægrè potantur, sic odores putres
ingratè odorantur. Ex quibus patet hoc esse odorẽ in aere & aqua, quod
est sapor in aqua. Quam ob causam frigus & congelatio, sapores reddit
hebetiores, & odores euanescere facit, calidum siquidem mouens & ar-
tifex, à frigore & congelatione interimitur.

Ex natura odotum per ὁμοιοπάθειαν saporum inuenta atque exposita, species
eorundem ab eodem fonte haurire atque proponere, itémque nonnulla alia
de iis declarare (more suo) nunc aggreditur. Ait ergo, ex hoc quòd tam princi-
pium efficiens, quàm materiale, itémque efficiendi modus in saporibus atq;
odoribus petsimilis est: primùm illud genetatim colligi iure oportere, species
C nempe odorum, speciebus saporũ affines atque proportionatas esse. Vtrun-
que declarat, licet assumptionem sub obscurè. Quicquid verò Alexander in
sua explicatione afferat, dicendum est: siccum vtrobique veluti efficiens esse,
ibi quidem insipidum, hîc verò iam sapidum. Humidum quoque veluti mate
riam & subiectum, in saporibus, aquæ, in odoribus, tam aeris quàm aquæ. Mo-
dũ item tam saporum quàm odorũ educendorum ablutionem esse. Postremò
calidum vtrobique, licet non in æquali mensura concurrẽs. Hæc omnia Ari-
stoteles quàm paucissimis in ptioribus cõtextus verbis designauit. Cõsequu-
tionem planius declarat, nominibus singularum specierum odotum proposi-
tis. In eo aliquantulum laborat, vt Putrcm odoreni ad amarum referri osten-
dat. Quam ob rem ab vtriusque vsu id probat: quemadmodum enim amati
sapores, gustum lædunt & difficilè hautiuntut, ita odores putres ingrati sunt,
D & ad olfaciendum difficiles. Quæ in postrema contextus parte, ab hac simili-
tudine specierum odoris & saporis deducuntur, eò spectant: vt affinitas odo-
rum cùm saporib⁹ quæ à nobis supetius exposita est, magis, magísque aperia-
tur. Adhibetur tandem confirmatio ab effectu cõmuni sumpta, nempe quia
frigus & gelu, tam sapores, quàm odores obtundit, hoc ipso, quòd calorem in-
terimit, qui causa Agens, imò Artifex ipse vtrorumque habetur. Quomodo
siccum sapidum Agens causa, quomodo item Calor, in odoribus & saporibus
appelletur, antea à nobis fuit expositum: cùm nempe dicebamus, siccum age-
re secundum actionem illam quæ est inter contraria, vel se inuicem interimẽ
tia, vel mixtum producentia, concurrente tamen necessariò causa verè con-
ficiente, & quæ principium vnde motus est, nempe calido (In quibusdam con
tingit) rectè Alexander: nam sapotes, eos tantùm comitantur odores, qui non
sui sed nutricationis gratia in corporibus insunt, vt in sequenti contextu Ari-

ſtoteles ipſe innuit. (πνευστά ἐστι). Reſpirantes abſque inſpiratione nõ olfaciunt: odor itaque qui ſua moleſtia difficilem ſenſionẽ efficit, difficilem reſpirationem meritò reddere dicitur, ſiquidẽ animal huiuſmodi reſpiratione lædatur. A

Εἴδη δὲ τοῦ ὀσφραντοῦ δύο εἰσίν. οὐ γὰρ ὥσπερ φασί τινες, οὐκ ἔστιν εἴδη τοῦ ὀσφραντοῦ, ἀλλ' ἔστι. διοριστέον δὲ καὶ πῶς ἔστι, καὶ πῶς οὐκ ἔστι. τὸ μὲν γὰρ ἔστι κατὰ τοὺς χυμοὺς τεταγμένον αὐτῶν, ὥσπερ εἴπομεν, καὶ τὸ ἡδὺ καὶ τὸ λυπηρὸν κατὰ συμβεβηκὸς ἔχουσι. διὰ γὰρ τὸ τοῦ θρεπτικοῦ εἶναι πάθος, ἐπιθυμούντων μὲν ἡδεῖαι ὀσμαὶ τούτων εἰσί. πεπληρωμένοις δὲ καὶ μηδὲν δεομένοις, οὐχ ἡδεῖαι οὐδ' αἱ ὀσμαὶ καὶ ἡ τροφὴ ἡ ἔχουσα τὰς ὀσμὰς οὐχ ἡδεῖα οὐδὲ τούτοις, ὥστε αὗται μέν, ὥσπερ εἴπομεν, κατὰ συμβεβηκὸς ἔχουσι τὸ ἡδὺ καὶ τὸ λυπηρόν. διὸ καὶ πάντων εἰσὶ κοιναὶ τῶν ζώων. αἱ δὲ καθ' αὑτὰς ἡδεῖαι, τῶν ὀσμῶν εἰσιν, οἷον αἱ τῶν ἀντῶν. οὐδὲν γὰρ μᾶλλον οὐδ' ἧττον πρὸς τὴν τροφὴν παρακαλοῦσιν, οὐδὲ συμβάλλεται πρὸς ἐπιθυμίαν οὐδέν, ἀλλὰ τοὐναντίον μᾶλλον. ἀληθὲς B γὰρ ὅπερ Εὐριπίδην εἶπε σκώπτων Στράτης, ὅταν φακὴν ἕψητε, μὴ ἐπιχεῖν μύρον. Οἱ δὲ νῦν μιγνύντες εἰς τὰ πόματα τὰς τοιαύτας δυνάμεις, βιάζονται τῇ συνηθείᾳ τὴν ἡδονήν, ἕως ἂν ἐκ δύο αἰσθήσεων γίνηται τὸ ἡδὺ ὡς ἓν καὶ ἀπὸ μιᾶς.

70 Sunt autem ſpecies rei odorabilis duæ. neque enim verum eſt, vt quidam aſſerunt, nullas eſſe. Sed quomodo ſint, & quomodo non, determinandum. Eſt ſiquidem vna odorum ſpecies eorum, qui ſecundum ſapores ordinem habent, vt diximus, & qui dulcem amarúmque odorem ex accidenti obtinent. Quoniam enim facultatis alentis paſſiones ſunt, appetentibus quidem dulces ſunt ciborũ odores: ſaturis autem & repletis, neque etiã odores ſunt ſuaues, imò nec cibus ipſe odoratus, ſuauis eſt. C Quocirca (vt iam monuimus) odores ex accidenti dulce & amarum habent, ex quo etiam communes ſunt cunctis animalibus. Eſt porrò altera odorum ſpecies, eorum nempe qui per ſe ſuaues ſunt, cuiuſmodi odores florum, qui nihilo magis aut minus ad cibum alliciunt, aut ad appetentiam quicquam conferunt, ſed contrarium potius efficiunt. Verum eſt enim, quod Euripidem vituperans Stratis ait. Quando lens decoquitur, vnguẽtum ne infundito. Qui nanque noſtra tempeſtate, huiuſmodi vires (odorum ſcilicet) in poculis miſcent, voluptatem aſſuetudine cogunt, donec vtrique ex duobus ſenſibus ſuauitas proueniat, veluti vna, ex vno.

Speciatim magis deſcẽdit ad tractationẽ ſpecierum odoris. primúmq; eos D vituperat, qui, vt Plato in Timæo cùm de guſtu & olfactu agit, ſpecies odorũ nullas ſeorſim ſtatuere videbantur, rem autem alioquin ſubdubiam, hoc modo explicãdam eſſe ait. Duæ ſunt odorũ ſpecies, vna per accidẽs, altera per ſe nuncupata. In ſpecie odorum per accidens, illi odores cõtinentur qui ſuperiùs non reſpectu ſui ſed ſec. anal. ſpecierum ſaporis fuerũt enumerati, nidores ꝓprio magis nomine appellantur. Planius res iſta declaranda eſt. Dicuntur hi ſapores per accidẽs, quia in ipſis dulce & amarũ eſt non meritò ſui ſed ſaporũ ſeu ciborũ in quibus ꝓpriè dulcedo & amaritudo aliúque ſapores medii repetiũtur, vt ſuperiꝰ determinauim⁹. Talẽ ergo appellationẽ ſortiũtur hi odores ratione rei ſaporoſæ, ſeu alimenti, à quo emanant, cuiuſq; ſimilẽ effectum pariũt: eſt enim odor hoc modo conſideratus nil aliud quàm nutrimenti paſſio: quem-

quemadmodum & ſapor,neque ob aliud quàm ob ipſum alimentum ab ani-
A malibus quæritur. Argumẽto eſt,quòd eſurientibus& cibũ appetentibus dul
ces ſunt & ſuaues ciborũ odores: ſaturis autem nauſeã potius amaritudinémi-
que pariũt,queãdmodũ & ſapores. Ex quibus rectè infertur,ad omnia animã-
tium genera odores hoſce pertinere: cuncta ſiquidẽ nutriuntur, & guſtãt, ſen
ſumque alimenti obtinent: imò his ipſis odoribus bruta omnia,cibũ à remo-
tis perſentientes ſibi cõparant. Quod quidẽ intelligendũ eſt non per ſe ſed ex
accidenti: multa ſiquidem animãtia ſunt,quę ſolũ tactum guſtúmque habẽt,
quo hoſce odores iudicare valeant: odores autẽ propriè ad olfactũ pertinent.
Hoc modo viſũ ex colore flauo alboq;,de dulcedine mellis & ſacchari,iudiciũ
ferre dicitur. Altera odorũ ſpecies & hominum propria,nõ in ordine ad eſcu
lenta,aut propter nutrimentum ſed per ſe & ratione ſui conſideratur, quales
certè ſunt odores florum,aliorúmque huiuſmodi. Hi enim nil magis aut mi-
B nus animal ad veſcendum inuitant, nec ob eam cauſam ſuaues vel inſuaues
dicuntur, quòd famelicum animal alliciant,ſed quia ipſi per ſe expetũtur vel
fugiuntur,& iucundi ſunt,vel iniucundi odorantibus, Quinimo è contra po-
tius appetitum ab his odoribus proſterni aliquando poſſe,certũ eſt. Hoc, ob-
iurgatio Stratidis in Euripidem, ſuperuacaneam in condiendis vel tenuibus
etiam carminibus diligentiam adhibentem conueniens,indicat,cùm ait, Dũ
lens coquitur,quæ non multum ſaporis aut delectationis in guſtu habet,ne
permiſceas bene olentia: moleſtiam ſiquidem pariunt, potius quàm ſuauita-
tem,cùm hæc illis non conueniant. Quamuis ſua tempeſtate, multos fuiſſe
narrat Ariſtoteles, qui eſculentorum & poculentorum ſapores odoribus a-
dulterantes,luxui voluptatique corporis nimis indulgerẽt,& guſtus ſuauita-
tem ſtudioſè nimis captarent, vnicóque ſenſu nempe guſtu, voluptate duo-
C rum ſenſuum,nimirum guſtus & olfactus,vna frui vellent, ac ſi illa vnius tan-
tùm ſenſus eſſet. Quod hîc Ariſtoteles de Hominibus ſui temporis tradit no-
tum eſt. Siquidem nil hac noſtra ætate à veteribus acceptum, & quaſi perma
nus traditũ, ſeruatũ magis auctúmque in dies & ad prodigioſum extremúm-
que luxum ab hominibus deductum,in corporis perniciem, animíque, imò
Dei optimi maximi eſcam omnem & potum largientis,contemptum, hoc i-
pſo cernimus. Animaduertenda eſt particula (μίγειν) quæ non pro mixtura
illa tenax,qua chirurgi ad ſananda vulnera aliáque morborum genera vtun-
tur,ſed pro condimento omni bene olente accipiẽda eſt. Λ ox antiquis vſitata
propriéque commiſtionem diuerſorum odorum,addito oleo,ad vngẽda cor-
pora,deliciarum atque luxus cauſa, apud ipſos ſignificans. Non dubium eſt
ergo,Stratidem de lente loquẽtem,more Comico,nomine vnguenti abuſum
D fuiſſe.(τοιαύτης δυνάμεις) ſaporis facultas eſt nutriendi, vt ſuperius docuit: odoris
verò per ſe delectandi & aliquo etiã modo iuuãdi, vt infrà cõſtabit. Illud inſu
per monete oportet,aliud eſſe à re ſapida naſci, aliud ad ſaporem ob eſcas &
nutrimentum conferre: hoc ſiquidem modo, prioris tantùm ſpeciei odores,
illo verò,omnes habent. Præterea odores per ſe,nullum ſi ipſi ſpectentur, ad
eſculenta & poculenta momentum habent, contingit tamen,ſi cum aliis ſa-
pidis nutrientibus coniungãtur,(quod præcipuum Artis coquinariæ munus
eſt) vt cum illis vniti aliquid ad exuſcitandam appetentiam,& nutriendũ ani-
mal,faciant. Nulla ergo in verbis Philoſophi repugnantia adeſt, quanuis hoc
aliqui euincere velle videantur. Quod itẽ de melle adducitur,in quo idem vi-
detur eſſe odor per ſe delectabilis, atque per accidens, cùm vterque in eo in-
ſit, nullum momentum aduerſus Ariſtotelicam diſtributionem habet: ſiqui-
dem in melle, menta, aliíſque huiuſmodi herbis aut floribus, ratione tantùm

materiæ odores isti idem esse dicuntur, re tamen & diuersorum respectu, differunt: odor etenim in melle quatenus nutrit & à re gustabili oritur, per accidens odor nũcupatur: quatenus verò delectat, iuuátque, nullam nutritionẽ respiciens, per se dicitur: & hoc modo tantùm homini proprius est: reliqua nanque animantia, olfactu quidem & ipsa prædita sunt, exquisitéque istiusmodi odores percipiunt, non tamen suauitatem illorum diiudicant, iísque quatenus suaues sunt delectantur. A

Τοῦτ' οὖν μὲν τὸ ὀσφραντὸν, ἴδιον ἀνθρώπου ἐστίν· ἡ δὲ κατὰ τοὺς χυμοὺς τεταγμένη, καὶ τῶν ἄλλων ζώων, ὥσπερ εἴρηται πρότερον, κἀκείνων μὲν διὰ τὸ κατὰ συμβεβηκὸς ἔχειν τὸ ἡδὺ, διῄρηται τὰ εἴδη κατὰ τοὺς χυμούς. ταύτης δ' οὐκέτι, διὰ τὸ τὴν φύσιν αὐτῆς καθ' αὑτὴν εἶναι ἡδεῖαν, ἢ λυπηράν. αἴτιον δὲ τοῦ ἴδιον εἶναι ἀνθρώπου τὴν τοιαύτην ὀσμὴν, διὰ τὴν ψύξιν τὴν περὶ τὸν ἐγκέφαλον. ψυχροῦ γὰρ ὄντος τὴν φύσιν τοῦ ἐγκεφάλου, καὶ τοῦ αἵματος τοῦ περὶ αὐτὸν ἐν τοῖς φλεβίοις ὄντος λεπτοῦ μὲν καὶ καθαροῦ, εὐψύκτου δὲ, διὸ καὶ ἡ τῆς τροφῆς ἀναθυμίασις ψυχομένη διὰ τὸν τόπον, τὰ ῥευματικὰ νοσήματα ποιεῖ, τοῖς ἀνθρώποις πρὸς βοήθειαν ὑγιείας γέγονε τὸ τοιοῦτον εἶδος τῆς ὀσμῆς. οὐδὲν γὰρ ἄλλο ἔργον ἐστὶν αὐτῆς, ἢ τοῦτο. τοῦτο δὲ ποιεῖ φανερῶς. B

71 Hoc itaque odorabile hominis proprium est, quod vero sapores sequitur aliorum quoque animantiũ commune, quemadmodũ antea fuit expositum. Hoc siquidem genus, quia dulcedinem per accidens obtinet, iuxta saporum species diuiditur. Alterum non item, quippe cuius natura per se dulcis, aut amara est. Causa verò ob quam huiusmodi odorum species hominis propria sit, cerebri frigiditas est. Cum enim cerebrũ sit suapte natura frigidum, Sanguísque in eius venulis contentus, tenuis ac purus existat, faciléque algeat, ideóque etiam nutrimenti euaporatio natura loci refrigerata, fluxiones morbificas efficiat, huiusmodi sanẽ odorum species, ad sanitatem tuẽdam producta est. Nullus etenim alius illius vsus est, hoc excepto, qui certè perspicuus est. C

Prior contextus pars admodum plana est. Secunda item in qua causa exponitur cur odores per se vocati, ad hominem propriè pertineant. Nota sunt quæ pro re hac Arist. in secũdo de part. an. cap. 9. alibíque de natura, vsu, structura quantitatéque cerebri hominũ tradiderit: sũma est, cerebrũ frigidissimũ esse membrorum omnium nostri corporis, atque à natura animalibus quidẽ omnib[9] sanguinẽ habentibus tributum, ad temperandã cordis id est spiritus à corde elati, & conscendentis caliditatem, vt ad motiones sensionésque efficiendas aptissimus redderetur, Hominem verò multum cerebri ob multum illius sanguinem obtinuisse. Idipsum item quòd nutriri debeat vt reliquæ animātis partes venis multis sanguine puriori refertis, exilibus tamen, ob suæ substantiæ tenuitatem, præditum esse. Hic itaque sanguis cum ita tenuis sit, facilè à frigiditate cerebri alterari, atque in frigidum crudúmque succum, nẽpe flegma conuerti potest: quod itẽ vapores ab assumptis esculentis & poculentis vi caloris concoquentis ad cerebrum elati pati possunt. Hinc ægritudines illæ quæ à Mediis κάταῤῥοι, βράγχοι & κορύζαι, à defluxionibus descendentibus ortæ, quas Græci cõmuniter κατασταγμοὺς & ῥεύματα vocant. In hunc ergo vsum natura, quę perpetuitati & conseruationi rerum assiduè studet, odores genuit, vt illarum vi cerebrum temperatum, id est ad calidiorem sicciorémque crasim D

redu-

ctum,(quomodo odores hoc præstare possint superius fuit expositum,& infrà
A quoque ex parte declarabitur) istarum ægritudinum causa esse desineret. Qui certè odorum vsus perspicuus est: etenim vt Auetroes in tertio collig. cap. peculiari de olfactu ait, Maior odorabilium pars frigidas ægritudines expellit: omitto nonnullos quos ego noui ita odore florum ac præsertim rosarũ in quibusdam suis ægritudinibus iuuari, vt eo solo in sanitatem restituantur. de qua re copiosius infrà.

Ἡ μὲν γὰρ τροφὴ ἡδεῖα οὖσα, καὶ ἡ ξηρὰ καὶ ἡ ὑγρὰ, πολλάκις νοσώδης ἐστίν. ἡ δὲ ἀπὸ τῆς ὀσμῆς τῆς καθ᾽ ἑαυτὴν εὐώδους, ἡδεῖα, ὁπωσοῦν ἔχουσιν, ὠφέλιμος, ὡς εἰπεῖν, ἀεί.

72 Nam cibus suauis existens tam siccus quàm humidus plerunque morbificus est: odoris autem illius qui per se vocatur, suauitas, vtcunque se
B habentibus vtilis(vt ita loquar) semper est.

Rectè Thomas ait, hîc responderi tacitæ obiectioni. Dicere nãque quis poterat, odores per se nuncupatos, ad sanitatem homini restituendam superuacaneos esse, quòd hoc ipsum à saporibus per accidens, satis præstari queat. Satisfacit Aristoteles, ostendens, odores illos, licet suaues, quia tamen humidiores aut licciores sunt quàm par esset, aut temperamentum animalis desideraret, plerunque obesse. Alios verò, quòd ex optima humidi digestione & crasi odoramenrorum pendeant, vtcunque habeat animal, nunquam non prodesse. Particula igitur illa (τροφὴ) ita erit explicanda, acsi diceret, odores qui cibum, sequuntur, seu cibis analogia respondent. & certè verba quæ sequuntur, ita explicandum esse docent. In illis siquidem, his cibis, odor per se nuncupatus, opponitur. ita verò habent. ἡ δὲ ἀπὸ τῆς ὀσμῆς τοῦ καθ᾽ ἑαυτὴν εὐώδους.

C Καὶ διὰ τοῦτο, γίνεται διὰ τῆς ἀναπνοῆς οὐ πᾶσιν, ἀλλὰ τοῖς ἀνθρώποις, καὶ τῶν ἐναίμων, οἷον τοῖς τετράποσι, καὶ ὅσα μετέχει τῆς τοῦ ἀέρος μᾶλλον φύσεως. ἀναφερομένων γὰρ τῶν ὀσμῶν πρὸς τὸν ἐγκέφαλον διὰ τὴν ἐν αὐταῖς τῆς θερμότητος κουφότητα, ὑγιεινοτέρως ἔχει τὰ περὶ τὸν τόπον τοῦτον. ἡ γὰρ τῆς ὀσμῆς δύναμις, θερμὴ τὴν φύσιν ἐστί. καταχέχρηται δ᾽ ἡ φύσις τῇ ἀναπνοῇ ἐπὶ δύο· ὡς ἐργωμένη, ἐπὶ τὴν εἰς τὸν θώρακα βοήθειαν· ὡς παρέργῳ δὲ, ἐπὶ τὴν ὀσμήν. ἀναπνέοντος γὰρ, ὥσπερ ἐκ παρόδου, ποιεῖται διὰ τῶν μυκτήρων τὴν κίνησιν.

73 Quam etiam ob causam, per respirationem efficitur: non tamen in cũctis animalibus, sed hominibus, & nonnullis ex iis quæ sanguinem habent, vt Quadrupedibus, & quæ aereæ naturæ sunt magis participan-
D tia. Delatis etenim odoribus vi leuitatis caloris insiti ad cerebrum, salubrior sane locus ille redditur, quandoquidem odoris natura calida est. Ad geminum autem vsum Natura respiratione vtitur, & potissimùm quidem atque ex proposito, ad Thoracis auxilium, obiter deinceps ad odorem: inter spirandum nanque quasi ex transitu per nates motio fit.

Si odor per se, delectabilis sit, & non ratione nutrimenti, meritò sequitur, vt alium receptionis & comprehensionis sui modum quàm odor per accidens obtinere debuerit. recipitur ergo per attractionem aliquam seu respitationem, non tamen ab omnibus animalibus, quia non omnia respirãt, vt pisces:

verùm ab homine, & ex iis quæ ſanguinem habent à quadrupedibus, iiſque
etiam quæ de natura aeris magis participant, ita vt cum eo inſpirato odores A
pertrahant. Et apta ſanè iſtorum odorum olfaciendorum hæc via eſt: quan-
doquidem cùm expoſitum ſit in nullum alium vſum iſtos odotes quàm in
cerebri temperationem, eiuſque refocillationem, fuiſſe à natura compara-
ratos, odores qui per ſe calidi ſunt & leues, attolli atque hac ipſa reſpirandi
via ad cerebrum deferri commodè queũt, quibus deinceps ipſum ad συμμετρίαν
conuenientiorem & ſalubriorem habitum traducatur. Sed obiicere quis po-
terat. Vſũ teſpirationis non hîc expoſitũ eſſe videtur, ſed caloris cordis in tho-
race poſiti refocillationẽ temperationémque, vt animalis vita cõſeruetur. Re
ſpondet Philoſophus, illud quidem munus reſpirationis ꝓpriũ, atque præci
puũ, & neceſſarium eſſe (hoc enim ſublato interiret animal): ſed pręter illud,
hoc aliud tanquã vtile obiter præſtat, nẽpe vt animali ad odores pertrahẽdos
via ſit, quatenus inter reſpirãdum ſeu anhelandum, attollũtur, & moueantur B
nares per trãſitum aetis, quo cum odores ſubingrediãtur. (Thoracis auxiliũ.)
Humanum corpus in quatuor præcipuas partes diſtribui ſolet. Caput, Thora
cem, venttem infetiotem, & artus. Thoracem verò partem illam quæ à collo
toti dorſo innitens, oſſéque pectoris (Græci στῆθος vocant) complexus, ante vſ-
que ad ξιφοειδῆ, retrò verò vſque ad duodecimum articulum ſpinæ pertingit.
In eo Cor eſt, quod ex Gal. in quinto de loc. aff. capite primo, principium vi-
tæ & caloris naturalis focus eſt, imò mori nunquam poteſt animal niſi cor i-
pſum aliquomodo lædatur. Sed hoc paucis clariùs explicare à re noſtra fortaſ-
ſe nequaquam erit alienum. Vita (inquit Ariſtoteles alicubi) eſt prima pat-
ticipatio Animæ in calore natiuo: Si ergo anima ſit ipſa vita, dum anima præ-
ſens eſt, animal viuet, cùm primùm abierit, interibit. Pars itaque illa, quæ ſe-
des eſt & fundamentum caloris, Origo vitæ dici meritò poterit. Cor hanc eſ-
ſe affirmant omnes: eſt enim calor natiuus veluti ignis, nunquam ſcilicet idẽ, C
veluti nec flamma permanens, ſed ex humido quo alitur, continenter & ſuc-
ceſſiuè fluens. Quemadmodum autem mundus hic inferiot, abſque motu &
lumine ſuperiori orbiũ conſiſtere aut regi nequit, ita animalis vita abſque aſſi
duo cordis motu, ſpiritibúſq; ab eo genitis partes ſingulas animalis quaſi illu-
ſtrantibus manere non poteſt. Poteſt autẽ calor hic non vno modo corrũpi at
que extingui, ſed pluribus: nam & à contrario, nepe frigido, vt aliis etiã quali-
tatibus accidit, & (quod calori tantùm proprium eſt) à defectu alimenti ac pa-
buli quo alitur: prior ille modus violentus vtique ſemper eſt, & σβέσις appela-
tut, poſterior qui μάρανσις dicitut, & naturalis & violentus eſſe poteſt. Naturalis
quidem: nam omnia corpora natura conſtantia, nulla quoque accedente cau
ſa violenta, aliquando ad ſenectam tandémque ad interitum peruenire, id eſt D
ſuum vitę periodum abſoluere neceſſe eſt: Lapides in puluerẽ temporis pro-
ceſſu diſſoluuntur, Plantę areſcunt, Animalia pereunt: violentus autem (vt a-
lios in preſentia modos prætermittam) cùm calor internus auctus atque in-
tenſior quàm par eſt redditus, totum alimentum ad ſui nutricationem ido-
neum & paratum ſtatim abſumit, atque ita pabulo ſuo deſtitutus extingui-
tur. Huic itaque in eo modo natura, imò Deus naturæ Dominus & Magiſter
in animalibus, per reſpirationem, & tranſpirationem conſuluit. Eſt illa Pul-
monis, ſepti tranſuerſi, & muſculorum Thotacis motio, hæc arteriarũ ambæ
eò reſpiciunt vt calor inſitus animalis ſua ventilatione refocilletur, & conſer-
uetur. Hoc de reſpiratione ſat conſtat: de inſenſili illa tranſpiratione, quam
motionem arteriarum eſſe diximus. Galenus in quinto de locis affect. capite
ſexto, exemplo ſumpto ab animalibus diutiùs in cauernis ſub terram laten-
tibus

tibus à mulieribus ὑστερικῶς πάσχουσι patientibus & à fœtu in vtero matris existente,
A comprobat. Sed tollendus est vnus aut alter scrupulus qui ex propositis ab Aristotele oriri videtur. Odores per se (ait ipse) sunt homini proprii: si hoc verum sit, omnes homines hisce odoribus delectari debebunt: è contra tamen accidit, nempe vt nonnulli grati sint odores, aliquibus hominibus, aliquibus non item, imò ingratissimi & noxii habeantur. Præterea non solus homo odores per se gratos percipere videtur, imò & Bruta ipsa hac ipsa facultate prædita esse apparet: testis est Theophrastus in sexto de causis plantarum capite 5. vbi pardalim cæteris animalibus ita suauiter olere ex sententia nonnullorũ affirmar, vt in senecta sua, suauitatis sui odoris gratia bestias alliciendo, venetur. idem tradit Arist. in 9. de hist. an. cap. 6. vbi ingenium & mores illius prosequitur. necnon 13. part. probl. 4. Canibus insuper odor dominorum suorum gratus est: hoc indicat gaudium, quod & cauda, & ore, & corpore toto præ se ferunt, cùm eis accurrunt, & blandiuntur, nécnon ipsos lãbunt. Vt primus sol
B uatur: dicendum est, odorem suauem ab eadem vbique temperatione re1odorabilis semper oriri, quocirca gratos hac ratione cunctis hominibus esse debere. Sed hominum aliquorum natura plerumque non bene se habens maléque affecta, efficit, vt non modò nulla voluptas aut recreatio, sed molestia læsióque perspicua illis inde proueniat. Addo non omnia propria speciei alicuius eiusmodi esse, vt singulis indiuiduis illius cõueniant: quę tertio & quarto modo se habent, id solummodo sunt assequuta: verùm (ni fallor) nullus vsquam est aut fuit qui odores suaues, fœtidos esse iudicarit, licet multi sint qui ratione forsan excessus facultatum, à gratis odoribus lædatur abhorreátque. Alterum scrupulum, (quicquid Thomas, & Ioannes Iand. multíque alii ex Latinis pro re hac cõplicatè admodum dicãt) ita enodari oportet, Bruta istos quidem odores percipere, non tamen eis delectari: voluptas siquidem dele-
C ctatióque, sequitur perceptionem rei obiectæ, quæ conuenientiam & cognationem cum percipiente habeat. at quænam proportio aut conuenientia bru tis cùm hisce odoribus esse potest, certè non ratione suauitatis, siquidem hoc respectu vel parum vel nihil (vt infrà explanabimus) odoribus egent, nõ ob nutrimentum, ergo nullum ob vsum. Duplex autem voluptatis genus esse norunt omnes: vnum quod externis sensibus, quos animalia omnia obtinent assignatur, alterũ mentis seu intelligentię proprium: quod puta in tecta familię & Reip. administratione, in honore & gloria, in liberorum procreatione, tandémque in Dei opt. Maximi contemplatione versatur. Hic de priori genere sermo est, quod ad corpus pertinet, sensúsque permulcet, atque omnibus animantibus commune habetur. De quo Poeta loquẽs ait, Trahit sua quemque voluptas. & Heraclitus certam & propriam singulis animantibus voluptatem assignatam esse dicebat. Id quidem verum est, sensus in brutis non i-
D ta excellentes & perfectos esse vt in homine, quòd intelligentiæ societate destituti sint, idcircóque recta quidem (vt vocant) id est prima rei perceptione illos frui posse certum est, reflexa tamen, id est quæ habetur dum facultas percipiens quasi in seipsa reuertens suauitatem se consequutam percipit (& hæc quidem mentis solius propria est, vt in priori de an. cont. 47. liquet in homine: tamen ratione mentis etiam sensibus aliquomodo conuenit) nullo modo frui. Sed hæc alibi plutibus. Nunc paucis satisfaciamus, authoritatibus Theophrasti & Aristotelis, nobis obiectis. Pardalim bene olere nullus affirmat, imò pessimè olere homines omnes testantur, quod Aristoteles etiam censet: quare si animalia pardalim sequantur odore illius sub ratio-

ne aliqua nutrimenti(quatenus nempe odor ille, odori alicuius rei nutrientis similis est)vel alterius effectus nobis ignoti, alliciũtur. In cane verò nulla odoris Domini sui delectatio; sed cognitionis & aduentus exultatio est, quam omnibus modis suis illis gesticulationibus ostendit. A

Ἴδιον δὲ τῆς τοῦ ἀνθρώπου φύσεώς ἐστι τὸ τῆς ὀσμῆς τῆς τοιαύτης γένος, διὰ τὸ πλεῖστον καὶ ὑγρότατον ἐγκέφαλον ἔχειν τῶν ζῴων ὡς κατὰ μέγεθος. διὰ γὰρ τοῦτο καὶ μόνον, ὡς εἰπεῖν, αἰσθάνεται τῶν ζῴων ἄνθρωπος, καὶ χαίρει ταῖς τῶν ἀνθῶν, καὶ ταῖς τῶν τοιούτων ὀσμαῖς. σύμμετρος γὰρ ἡ θερμότης αὐτῶν καὶ ἡ κίνησις, πρὸς τὴν ὑπερβολὴν τὴν ἐν τῷ τόπῳ ὑγρότητος καὶ ψυχρότητός ἐστι.

74 Cæterùm huiusmodi odoris genus, naturæ humanæ peculiare habetur, quòd Homo pro magnitudine sua, plurimum ac frigidissimum cerebrum inter cætera animantia obtinuerit. Quæ certè causa est, vt solus (prope dixerim)animalium & sentiat, & floribus aliísque huiusmodi odoramentis delectetur, vtpote quorum caliditas & motio, in comparatione humiditatis & frigiditatis excedẽtis in cerebro, sit temperata. B

Non frustra quæ paulo antè dicta sunt hîc repetuntur. nam & alia animantia, homine excepto, respirãt, cerebrúmque frigidum obtinuerunt, quam tamen solam ob causam, odores per se, homini proprios esse dixerat. Causa ergo istius proprietatis in præsentia magis restringitur. Quæ affert plana sunt. Tãtùm admonere oportet, Particulam illam (ὡς εἰπεῖν) non ea ratione fuisse appositam, quam Thomas tradit, cùm illa in odoribus tãtùm fœtidis locum habeat, prætereáq; à fœtidis & malè olẽtibus, non modò bruta, vt Thomas ponit, verùm etiam homines ipsi corrumpantur. Retinenda igitur est explicatio quam innuit Alexander. Solus(ait ipse)homo sentit hos odores, quia solus verè sentit, cùm eorum suauitate solus delectetur. (Motio), id est actio illorum in sensum: qua particula exploduntur odores fœtidi, quorum motio intemperata cerebrum lædit, nunquã iuuat. (Caliditas). Quid ergo de odoramentis frigidis dicendum, quibus non minus atque calidis valetudinis causa vtimur? Certè nil aliud, quàm quòd vel præcipuum vsum odorum suauiorum atque acutiorum respectu naturæ cerebri Aristoteles respexerit, vel odorum naturam ipsam simpliciter spectarit, quæ calida & sicca est, licet ratione halitus quo cum defertur, & frigefacere, & humectare valeat. C

Τοῖς δ' ἄλλοις ὅσα πνεύμονα ἔχει διὰ τὸ ἀναπνεῖν, τοῦ ἑτέρου γένους τῆς ὀσμῆς τὴν αἴσθησιν ἀποδέδωκεν ἡ φύσις, ὅπως μὴ δύο αἰσθητήρια ποιῇ. ἀπόχρη γάρ, ἐπείπερ καὶ ὡς ἀναπνέουσιν, ὥσπερ ἐν τοῖς ἀνθρώποις ἀμφοτέρων τῶν ὀσφραντῶν, τούτοις τῶν ἑτέρων μόνον ὑπάρχουσα ἡ αἴσθησις.

75 Cæteris autem quæ pulmone prædita sunt, per respirationem alterius generis sensum natura tribuit, ne duo AEstheteria faceret: sufficit nanque illis ita spirantibus, quemadmodum hominibus vtrorumque odorabilium, ita eis alterius solummodo sensum inesse. D

Ne ea quæ hîc Aristoteles docet vel καθόλου non esse fateri cum aliis cogamur, vel in multas absurditates incidamus, hæc nobis verba in hunc modum cum superioribus coniungenda, atque simpliciter explicanda videntur. Hominis quidem proprium est, odoris per se genus, Brutorum verò magis alterum: verùm Bruta non vnius generis sunt, etenim quædam pulmonem habent

A bent, quædam ipso carent: de his infrà, nunc de illis. Ea certè per eãdem spirationem, eundemque ferè modum quo homines, non per diuersum instrumẽtum odorem sibi conuenientem, percipiunt. Quorsum siquidem duo, id est diuersa insttumenta pro re hac in hominibus & brutis faceret, cum vnũ sufficiat? per eandem namque spirationem alterum odorem bruta apprehendunt per quam homines vtrumque. Hęc explanatio præterquã quòd vera est, aperit quoque nobis viam ad contextum sequentem. Collige præterea ex Arist. animalium odorãtium gradus omnes, quos vt proponeret, atque in nõnullis prosequeretur, hæc fortasse voluit interponere. Annotes item cùm Alex. Æstheterii nomen hîc larius vsurpatum. In Græco exemplari, verba illa (διὰ τὸ ἀναπνεῖν) à pręcedẽtibus non seiunguntur. Thomam in hoc sequuti, veluti seiuncta sumus interpretati, & sanè commodius quàm alii.

B

Τὰ δὲ μὴ ἀναπνέοντα, ὅτι μὲν ἔχει αἴσθησιν τοῦ ὀσφραντοῦ, φανερόν. καὶ γὰρ ἰχθύες καὶ τὸ τῶν ἐντόμων γένος πᾶν, ἀκριβῶς καὶ πόῤῥωθεν αἰσθάνεται, διὰ τὸ θρεπτικὸν εἶδος τῆς ὀσμῆς, ἀπέχοντα πολὺ τῆς οἰκείας τροφῆς, οἷον αἵ τε μέλιτται ποιοῦσι πρὸς τὸ μέλι, καὶ τὸ τῶν μακρῶν μυρμήκων γένος, οὓς καλοῦσι τινὲς σκνίπας. καὶ τῶν θαλαττίων αἱ πορφύραι, καὶ πολλὰ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων ζώων, ὀξέως αἰσθάνεται τῆς τροφῆς διὰ τὴν ὀσμήν.

76 Quæ verò non spirant, olfactilis etiam sensum habere, constat. Etenim pisces, & omne insectorum genus, exactè & à lõginquo sentiũt, propter altricem odoris speciem: Cùm etiam lõge à familiari nutrimento absunt. veluti & apes, quòd ad mel efficiunt, & genus quoddam magnatũ formicarum quas nonnulli scnipas appellant. Præterea ex Marinis Purpuræ, & multa alia huiuscemodi animantia propter odorem, acutè escã C sentiunt.

Occasione eorũ quæ superius de piscibus, de ostreaceisq; quibusdã loquutus erat, necnon eorum quæ proximè ad animalium odoranrium gradus explicandos attulerat, ad animalia illa tractanda transit, quæ absque spiratione odorant. Res omnibus modis digna quæ hîc saltem attingeretur. Perspicua verò sunt omnia quæ tradit: probant siquidem omnia pisces, insecta, ostreacea aliáque huiusmodi quòd ad τὸ ὂν odoramenta atque acutè etiam sentire. In exemplis (ἐντόμων γένος) Animalia illa intelligit quorum corpus incisuris pręcingitur, aut ea parte tantùm quæ ad ventrem aut vtraque, nempe tam quæ ad vẽtrũ quàm quæ ad dorsum attinet, nec osseum quicquam discretum aut carneũ, D sed quid inter hæc ipsa mediũ continent, quippe quæ corpore duro, intus pariter atque foris constent, & (paucis tamen exceptis) diuisa diuulsáque viuere possunt: si præsertim cum pectore, aut caput, aut aluus, (quæ tres communes partes in illis perspicuę sunt) remaneat. Eiusmodi vocam[us] apes, crabrones, vespas, de quibus Arist. in priori de hist. animalium cap. 1. & in 4. eiusdem tract. capite primo, 4. 9. & 8. vbi idem quod in hoc contextu repetit, Insecta nempe omnia tam pennas habentia, quam iis destituta sensum olfactus obtinuisse. (Veluti & apes quod ad mel). Aliqui ita accipiũt: Apes moueri nõ ad mel, quãdoquidem ipso non nutriantur, sed ad flores ex quibus depastis mel pariunt. Sed si hæc tetineamus inferenda erit vis Aristotelicis verbis. Præterea in 4. de hist. animaliũ capite octauo disertè affirmatur, apes mel ipsum procul sentire.

Quare verius affirmandum est, apes ad mel ipsum moueri, non quod ipse e-
uomunt, sed quod ex aere decidit, & maxime siderum exhortu: vnde in pri- A
ma aurora folia plantarum melle roscida inueniuntur. De huius natura va-
riæ extiterunt sententiæ: Illud constat, mel hoc primùm terræ halitu infe-
ctum, mox e frondibus ab apibus epotum, randem in luterculos suorũ aluea-
riorum repositum, ad hęc, succo florum corruptum, quasi sordescens, formam
illam mellis quam videmus recipere. Hæc Plin. lib. x 1. cap. 6, & 12. (Et genus
quoddam magnarum formicarum) Varab. censet esse genus illud culicum
quod Mulionũ appellatur, apibus infestnm, de quibus Plin. eodem in libro ca-
pite 18. Sed errat interpres iste, cum hîc de genere non culico, sed formicarũ
non paruarum, sed magnarum sermo sit. Galenus libro nono De simpli-
cibus quoddam animal esse ait, quod in vermiculorum genere ponit, culici-
bus simile, & vitium oculos erodẽs: Ob similitudinem paruitatis istorum ani-
malium, gen⁹ hoc formicarũ, scnibas appellatas esse nonnulli asserũt. Verùm B
in hos idem qnod in interpretem argumentum conuenit: hîc siquidem ma-
gnarum non paruarum formicarum mentio sit. Vtcunque verò sit, Aristote-
les in quarto de historia animalium, capite primo, formicarum quarundam
pennas habentium meminit: perspicuæ sunt istæ omnibus, & non mediocris
quantitatis. Plinius libro vndecimo, capite trigesimo primo, Indicarum se-
prentrionalium formicarum volantium mentionem facit. quas odore mul-
tùm vigere prodit. Alii in Indiæ occidẽtalis prouincia quadam, formicas sca-
rabeorum magnitudine reperiri tradunt. (Purpuræ) de hac Arist. libro octa-
uo de hist. ani. capite secundo & Plinius libro nono capite trigesimo sexto &
pluribus aliis sequentibus, copiosã. Colligendum: pisces olfacere non tamen
quia respirent, sed quia cum aqua simul odores capiant, capiunt autem non
quia pertrahant, sed quia aqua vsque ad olfactus illorum organum ducat odo-
res, ibique persistens sensionem producat: Ita de aere dico, respectu eorũ quæ C
non respirant & in aere degunt.

Ὅτῳ δ' αἰσθάνεται, οὐχ ὁμοίως φανερόν. Διὸ κἂν ἀπορήσειέ τις, τίνι αἰσθάνονται τῆς ὀσμῆς, εἴπερ ἀναπνέουσι μὲν, γίνεται δὲ τὸ ὀσμᾶσθαι μοναχῶς. τοῦτο γὰρ φαίνεται ἐπὶ τῶν ἀναπνεόντων συμβαῖνον πάντων, ἐκείνων δ' οὐδὲν ἀναπνεῖ. αἰσθάνεται μέντοι, εἰ μή τις παρὰ τὰς πέντε αἰσθήσεις ἑτέρα. τοῦτο δ' ἀδύνατον· τοῦ γὰρ ὀσφραντοῦ, ὄσφρησις. ἐκεῖνα δὲ τούτου αἰσθάνονται, ἀλλ' οὐ τὸν αὐτὸν ἴσως τρόπον. ἀλλὰ τοῖς μὲν ἀναπνέουσι τὸ πνεῦμα ἀφαιρεῖ τὸ ἐπικείμενον, ὥσπερ πῶμά τι. διὸ οὐκ αἰσθάνεται μὴ ἀναπνέοντα. τοῖς δὲ μὴ ἀναπνέουσιν ἀφῄρηται τοῦτο, καθάπερ ἐπὶ τῶν ὀφθαλμῶν, τὰ μὲν ἔχει βλέφαρα τῶν ζώων, ὧν μὴ ἀνακαλυφθέντων οὐ δύναται ὁρᾶν. τὰ δὲ σκληρόφθαλμα, οὐκ ἔχει. διόπερ οὐ προσδεῖται οὐδενὸς τοῦ ἀνακαλύψοντος, ἀλλ' ὁρᾷ ἐκ τοῦ δυνατοῦ ὁρᾶν αὐτοῖς εὐθύς. D

77 Verùm qua parte sentiãt nõ æquè perspicuũ est, Quapropter dubita-
bit sanè aliquis, quonã odores sentiant. Siquidẽ spirantibus vno tãtùm
modo odorare accidit, quod quidẽ in omnibus quæ spirãt, apparet. At-
qui illorũ nullũ spirat, sentiunt tamen. Nisi quis alius forsã præter quin-
que sẽsus adsit, quod quidẽ esse nequit. Nãque odorabilis sensus, est ipse
olfactus, illa vero hoc sentiũt, sed fortasse non eodẽ modo, verùm in spi-
rãtibus, spiritus aufert quod superimpositũ est quasi operculũ quoddã,
qua-

A quare hæc cum non ſpirant, odorem quoque non ſentiunt. In iis verò quæ ſpiratione carent, ablatum eſt hoc: Quemadmodum in oculis: quædam animantia palpebras habent, quibus non diductis cernere nequeũt: quæ verò duros obtinuerunt oculos, palpebris carent: quare nullo egẽt diducente, ſed cernunt ſtatim, cum primùm videndi facultas ſibi non impeditur.

Quemadmodum perſpicuum eſt, piſces & inſecta odores percipere, ita non ſatis notum quanam ſui parte, aut quo inſtrumento hoc munere fungantur. Exoritur itaque pro re hac quæſtio, quæ ex verbis Thomæ in hunc modũ commodè proponi atque intelligi poteſt. Quæritur olfactune & ſpiratione animalia iſtiuſmodi odores percipiant, an potius aliquo alio ſenſu, ab omnibus aliis quinq; ſenſibus diſcrepante. Videtur ſanè hoc argumentum cõcludere ſextõ id eos efficere ſenſu. Animalia iſtiuſmodi, dum odores ſentiunt diuerſo afficiuntur modo, quàm dum quamuis aliam ſenſionem exercent, ergo aliquem alium ſenſum præter quinque ad id munus, adhibent. Aſſumptio nota eſt, quòd ad quatuor. Quòd verò ad olfactum probatur, quia olfactus ſpiratione efficitur, qua carent animalia iſta, vt ſuperius fuit oſtenſum. Conſequutio probatur, quandoquidem ſentire eſt pati: ex quo diuerſus ſentiendi modus diuerſam quoque patiendi rationem conſtituit, quæ itẽ diuerſam patiendi facultatem indicat: Confirmatur à ſimili: diuerſus ſiquidem agendi modus: diuerſitatem agentis cauſæ demonſtrat, cùm a calore vehementiori, calefactio vehemẽtior oriatur. Huic tamẽ ſententiæ repugnat argumentatio

C Ariſt. quæ ita habet. Vbi idem ſenſile, ibi idem quoq; ſenſus eſt, In iſta piſciũ atque inſectorum ſenſione, idem ſenſile adeſt, nempe odor, ergo. Propoſitio patet, ſi facultates ratione diuerſitatis obiectorum inuicem ſeiũgi verum ſit: Aſſumptio item perſpicua. Vt quæſtionem profliget Ariſtoteles, tandem ait. Eodem quidem ſenſu cuncta animãtia odores capere, vt poſterior argumentatio colligebat, non tamen eodem prorſus modo. Quam diuerſitatem in primis explicat, mox perſpicua ſimilitudine confirmat. Verùm priori argumento ſatisfaciendum. Dicamus ergo, operationes quidem ſpecificas atque eſſentialiter diuerſas facultatem quoque diuerſam indicare, (huiuſmodi ſunt puta videndi, audiendíque actio) At illas quę accidente quodam tantummodo differunt, nullam eſſentialem diuerſitatem indicare: quod confirmatione ipſa adducta planum fiet: caliditas ſiquidem intenſior non eſt aliquid ἄλλο, ſed quid ἀλλοῖον à minus intenſa, quod item de calefactionibus intelligendum eſt:

D (Spiritus aufert quod ſuperimpoſitum eſt). Explicatur diuerſitas modi olfaciendi. In reſpirantibus nanque natura boni conſulens, olfactus organum adopertum poſuit, in aliis verò detectum. Hinc fit, vt niſi per aeris inſpirati motum operculum illud attollatur, illa nunquam cõmodè aut exquiſitè odores perceptura ſint: omninò igitur egẽt reſpiratione. Quæ autẽ huiuſcemodi impedimẽto ſunt deſtituta, nullũ huiuſmodi adiumentũ ad odores capiẽdos ſibi ſuppeditari poſtulant. In oculis animantiũ eadẽ ratio naturę, animaduertitur. Quæ nanque molliores & humidiores obtinuerunt oculos, palpebras tanquã pro operimento ſunt aſſequuta, vt quæ inciderent, iis prohibere poſſent. Hic illarum eſt vſus. Quocirca & homo & animalia viuipara, geminam habent, & coniuuent vtraque ſolent: ouipara verò quadrupeda, & aues (nonnullis exceptis) vnicam quà conniuent, nempe inferiori. Quæ verò oculos prædurós habent vt piſces, inſecta, & cruſtata animantia, palpebris carent, vſu ſiquidem earum deſtituuntur. Hinc fit, vt (verbi gratia) Homo ſi cernere velit palpebras

prius amoueat: piscis autem cùm primùm suá videndi facultas libera est, & nihilo impediente absque eiusmodi detectione, cernit. Sed quæret aliquis, A quódnam sit illud πῶμα quod in naribus hominum natura posuit: Mox obiiciet, Naturam fuisse iniustam, quòd Animātia perfectiora pluribus auxiliis ad sua munera obeūda egere voluerit, quàm imperfecta: Quinimò quàm paucis indigere, perfectionis est argumentū: pisces ergo hominib⁹ erūt perfectiores. Hac ratione Diogenes Deum beatissimū vocat, quòd nullis prorsus indigeat, & homines illos propius ad Dei maiestatem accedere, qui eam vitam degunt, quæ paucioribus ad se tuendam egeat. Imò hac ipsa ratione solemus nos ex sententia Aristotelis asserere. Mentem contemplādo beatiorem esse, & præstantiorem voluptatem haurire, quàm virtutis officia, perfectè præstādo exæquādóque. Tunc siquidem paucis externis rebus eget: At cùm ciuilibus negociis est implicata, diuitiæ, opes amplæ, gloria atque authoritas accedant necesse est. Verùm (quod magis ad nostrum propositum spectat) Aristoteles B ipse syllogismum perfectum statuit eum, qui nullo prorsus extrinseco adiumento sumpto eget, vt suæ consequentiæ necessitas eluceat. Quæsito satisfaciendum est (omissis quæ nonnulli ad Galeni mentem pro re hac afferūt) verbis Aristotelis, in priori de historia anim. cap. 11. vbi monet, Mobiles nares esse, voluisse naturam: constringi nempe, necnon dilatari. Quare, id certè pro operculo in præsentia erit intelligendum quod spirando mouetur: nempe Narium alæ, quibus quasi integumentis, nates id est viæ ipsæ, spiritus & odoris occultantur. Depressæ verò admodum sunt istiusmodi alæ, vt internas partes, nempe verum olfactus organum rectius tueri valeāt: Quapropter attractione ipsa eleuantur, vt aditus commodior spiritui odoribusque pateat. Obiectio ita tollitur: Non omnem indigentiam, imperfectionem indicare, sed quæ aut C ab æquali aut à minori facultate, ceteris tamen semper paribus, proficiscitur. Pluribus instrumentis eget Mens, quàm sentiens anima, quocirca humano corpori illa coniungitur, non bruto. Nullus tamen Animam sentientem intelligenti præstare affirmabit. Hominis temperatio iustissima est, quapropter sensus haber perfectissimos, id est, exactissimè species quas percipiunt iudicantes ac discernentes, Æstheteriáque admodum temperata, pluribus ergo instrumentis ad hæc conferentibus egere potuit. Quapropter quanuis natura spirationem, per se & primò olfactui conferre voluisset: non tamen ex hoc imperfectionem vllam concludere liceret: imò, excellentioris facultatis, & temperationis instrumentorum argumentum, esset eliciendum. Quare ad Diogenem, sat sit illud sapientis responsum, Si paucis egere summa sit beatitas, beatiores certè pisces, & ranas, hominibus esse iudicandas. Deum D verò ita egere omnibus non potuit agnoscere, vt omnia tamen simul habeat, nulloque prorsus careat. De fœlicitate Mentis quid dicamus in promptu est. Non enim contemplatio, vitæ ciuili ob eam maximè causam præstat: sed quoniam hac ipsa simplicibus & puris mentibus, nos simillimi reddimur. In illis nanque cùm nullæ doloris, nullæ libidinis faces admouentur, nulli incerti casus existant, nec temperantiæ, nec fortitudini, nec prudentiæ locus relinquitur: solùm seipsas Deumque effectorem suum intuentes vitam vsquequaque iucundissimam degunt. Præterea non seruantur in comparatione cætera paria, quandoquidem, Mens contemplando secum quasi viuere dicitur; cùm verò ex virtute agere vult, à seipsa recedit, atque appetitum sibi comitem, corpúsque adiungit. De Syllogismi item similitudine, quid dicamus non est obscurum, eadem siqui-

dem vis est, nempe necessariò colligendi: Quarè syllogismus qui idem absq;
A auxilio valeat, quod alter nonnisi extrinseco adhibito auxilio queat efficere, sanè perfectior erit habendus.

Ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἄλλων ζῴων ὁτιοῦν οὐδὲν δυσχεραίνει τῶν καθ' αὑτὰ δυσωδῶν τὴν ὀσμήν, ἂν μή τι τύχῃ φθαρτικὸν ὄν. ὑπὸ τούτων δὲ ὁμοίως φθείρεται, καθάπερ καὶ οἱ ἄνθρωποι ὑπὸ τῆς τῶν ἀνθράκων ἀτμίδος καρηβαροῦσι καὶ φθείρονται πολλάκις, οὕτως ὑπὸ τῆς θείου δυνάμεως καὶ τῶν ἀσφαλτωδῶν φθείρεται τἆλλα ζῷα, καὶ φεύγει διὰ τὸ πάθος. αὐτῆς δὲ τῆς καθ' αὑτὰ δυσωδίας οὐδὲν φροντίζουσι. καίτοι πολλὰ φυόμενα, δυσώδεις ἔχοι τὰς ὀσμάς, ἂν μή τι συμβάλληται πρὸς τὴν γεῦσιν, ἢ τὴν ἐδωδὴν αὐτοῖς.

78 Eodem quoque modo, nullum ex aliis animantibus, ea auersatur, quæ per se graueolentia odoramenta sunt, nisi fortè quid adsit, quod interi-
B tum illi possit afferre. Ab huiusmodi nanq; ita interitū recipere queunt, veluti homines à carbonum halitu grauedinem trahunt, & plærunque etiam abolentur: Sic à vi sulphuris & bituminosorum alia animalia interimuntur, atque ob passionem, fugiunt illam: de ipsa verò per se odoris fœditate nil curant, (quanquam multæ ex stirpibus odores fœtidos habeant) nisi quid ad gustum escámve illorum intersit.

Absolutis illis quæ sibi declaranda proposuit, de duplici nempe odoris specie, vt planiora omnia maneāt, scrupulum, qui restare videbatur, è medio tollit. Qui fieri nanque potest (dicet quis) vt odores per se ab homine tātùm recipi dicamus, cùm cætera quoq; animantia tetros odores fugere atque ab iisdem abhorrere planum sit? Et de spirantibus quidem non dubium est: de aliis
C verò ex quarto de hist. anim. cap. 8. satis constat. Aristoteles respondens, statuit, Animalia ista, fœtidos odores per se non recipere aut declinare, sed quatenus aliquid ii odores habent, quod illorum naturam lædere, aut corrūpere queat: idem enim illis æque atque hominibus accidere, vt nimirum ab odoribus quibusdam male affici, atque interimi quoque possint. Si hāc interpretationem, quæ meo quidē iudicio verissima & simplicissima est sequamur, neq; vim verbis Aristot. vllam inferre cum Thoma, neq; altiùs quàm par sit, scopi huiusce contextus rationem repetere nobis cùm Alexandro cogemur. Institutum verò suum probat Aristoteles duplici ratione: vna à conuenientia, altera ab effectu sumpta. Omnia singillatim sunt expendenda. (Eodem quoq; modo). quem scilicet de odoribus per se suauibus, respectu brutorum proposuimus. (Nisi fortè quid adsit.) Vt odores per se suaues, non sub ratione odo-
D ris, sed nidoris à brutis percipiuntur (veluti de piscibus in speluncis latētibus, & Anguilla affirmat Aristot.) ita fœtidos fugiunt, sub ratione nocituroru. Indicio est, quòd non omnia graueolentia fugiant, siquidem multa sint quibus bruta delectentur, vt stercus salpæ. de qua Aristot. loco citato, & Plin. lib. 9. ca. 18. (Ab huiusmodi nanque). Sit hæc secunda contextus pars, in qua institutum conuenientia quadam probatur. Nam & homo à fumo carbonum læditur, præsertim si is à carbonibus humidioribus necdū bene exiccatis attollatur: obstruit enim crassitie sua spirit⁹ vias, & caput replet: quo fit vt nullus per spirationi relinquatur locus, & caput, multo eóque acuto halitu (calidus siquidem & siccus est) infarctum, vehementi dolore statim afficiatur. Brutis idem accidit. Pro qua re animaduertatur: Non corrumpi animalia illa vi sulphuris

aut aliorum fœtidorum tanquàm ab odore quodam excedẽte: hoc siquidem A
modo corporaliter in corpus ageret formalis qualitas & spiritualis: præterea ab excellẽti olfactili non modò ratio ipsa & sui Æsthetetii sensusque proportio destrueretur: verùm & totum ipsum animal: quod fieri posse negat Arist. in tertio de anim. cont. 67. hoc namque tactilium excedẽtium solùmodo proprium esse affirmat. Intelligendum ergo est, odores hos animalia corrumpere per accidens, quia nempe cum illis qualitas aliqua tactilis deferatur, qua non modò olfactus, sed & cerebrum necnon organa vitæ lædantur: (atque ob passionem) cùm primùm malè se affici ab eiusmodi odoramentis bruta sentiunt, fugiunt, vt ea declinent quæ sibi nocitura videantur. (De ipsa vero per se). Postrema pars, vbi repetitur quod dictum est, nouaque confirmatio innuitur. Multi (inquit Aristoteles) fœtidi herbarum odores per se sunt, à quibus tamen non sibi bruta cauent, imò eas depascuntur, atque inter ipsas assiduè manẽt: B
quod certè argumento est, odores illos aut herbas malè olentes brutis nullæ curæ vnquam esse, nisi quatenus aliquid ad sua esculenta συμβάλλονται, id est, quaten⁹ fœtidus illatum odor aliquid gustui illorum inimicum, alimentúmq; perturbans secũ adfert: tũc siquidem ab ipsis sibi cauẽt, veluti & antea ipsa διὰ τὸ πάθος, alia noxia fugere declaratum est. Vtcunque Leonicus dicat, & Alexandri Interpres transferat, mihi ista explicatio valde arridet. Dubitat Alexander, quomodo hæc quę proximè fuerunt explicata non repugnent iis quæ superius de imbecillitate sensus olfactus in homine loquuti sumus. Quî fieri nanque potest, vt olfactum illum imbecilliorem dicamus, qui vtrumque odorum generis, illum acutiorem qui vnum tantùm capit: adde odores per se, ab homine sentiri, à brutis qui per accidens vocantur. Respondet Alexãder, non iccirco sequi, hominem acutius olfacere, quia plura olfaciat: comparationem C
item in iis in quibus vtraque pars conuenit locum habere: addamus nos, vtrãque odoris speciem, æquè verum odorẽ dici, cùm eodem prorsus modo vtraq; oriatur, licet hæc per se, illa per accidens delectabilis appeletur, quod certè ad ipsorum naturam nihil addit. Hæc Alexandri à nonnullis reprehẽduntur: sed sanè iniuria: pro qua re tota, ea quæ superius diximus recolantur.

Ἔοικε δ᾽ ἡ αἴσθησις ἡ τοῦ ὀσφραίνεσθαι, περιττῶν οὐσῶν τῶν αἰσθήσεων, καὶ τοῦ ἀριθμοῦ ἔχοντος μέσον τοῦ περιττοῦ, καὶ αὐτὴ μέση εἶναι τῶν τε ἁπτικῶν, οἷον ἁφῆς καὶ γεύσεως, καὶ τῶν δι᾽ ἄλλου αἰσθητικῶν, οἷον ὄψεως καὶ ἀκοῆς. διὸ καὶ τὸ ὀσφραντὸν, τῶν θρεπτικῶν ἐστι πάθος τι. ταῦτα δ᾽ ἐν τῷ αὐτῷ γένει, καὶ τοῦ ἀκουστοῦ δὲ καὶ τοῦ ὁρατοῦ. διὸ καὶ ἐν ἀέρι καὶ ὕδατι ὀσμῶνται, ὥστ᾽ ἔστι τὸ ὀσφραντὸν, κοινόν τι τούτων ἀμφοτέρων, ὃ καὶ τῷ ἁπτῷ ὑπάρχει, καὶ τῷ ἀκουστῷ καὶ διαφανεῖ· διὸ καὶ εὐλόγως παρείκασαι ξηρότητος ἐν ὑγρῷ καὶ χυτῷ, D
οἷον βαφή τις εἶναι καὶ πλύσις.

79 Videtur autem olfactus, cùm impares numero sensus existant, numerúsque impar medium habeat, medius esse cùm tactilium nempe tactus & gustus, tum eorum qui per alia sentiũt, vt visus & auditus. Quapropter olfactile alentium passio aliqua est, hæc verò in eodem genere sunt. Et audibilium & visilium quoque, quocirca tam in aere quàm in aqua odorantur. Quam etiam ob causam olfactile, est vtrique generi quoddam commune, vtpote quod tactili, audibili, & τῷ διαφανεῖ insit, atque hinc intelligitur, meritò odorem, veluti tincturam, & ablutionem quandam siccitati in humido, & fusili, assimilatum fuisse.

Hacte-

A Hactenus Aristoteles de natura atque ortu odorum, nunc obiter ordinem & locum quem olfactus respectu aliorum sensuum obtinuerit, vult declarare. Occasio, ni fallor, inde sumpta est, quòd Antiqui in eo valde laborare visi sint: quapropter cùm quinque sensus ad elementa reuocare cuperent, vnicuique ex aliis quatuor suum elementum tribuebant, de elemẽto verò sensus, huiusce nempe olfactus, mirum in modũ satagebãt. Hunc verò locum seu ordinem ab olfactilium natura sumit, quæ fortasse causa sola est, vt tractationem hanc ad hunc locum distulerit, quæ alioquin superiùs cùm de æstheteriis sermo esset, absoluenda videbatur. Adde, non magis hîc olfactum, quàm olfactilia ipsa disponi. Sed animaduertenda est Philosophi ratio à numeris sumpta, quæ in primis verbis contextus posita, in hunc modum cõmodè proferri potest. Vbicunque numerus impar datur, ibidem numerũ inter extremos medium reperiri necesse est: In sensibus Animalis est & numerus impar, ergo in
B sensibus quendam medium inter extremos est reperire. Maior propositio nota est ex definitione numeri imparis: à Boetio in priori vol. suæ arithm. cap. 3. & 14. in hunc modum proposita: Numerus impar est, quem nullus in æqualia diuidit, quin vnum medium non intercidat. Eodem recidit Pythagorica definitio, vt ibidem cap. 4. constat. & ea quæ ab Euclide initio nóni suorum elem. libri proponitur. Minor ex enumeratione sensuum in secundo de anim. à cont. 66. vsque ad 128. exposita ac declarata: quo etiam in loco sensus quinque esse, neque plures vel pauciores dari demonstratur. Numerum verò quinarium imparem esse atque ex illorum imparium ordine qui primi atque incompositi ab Arithmeticis appellantur, sat notum est. Hoc ita constituto, res ad olfactum restringenda est hoc modo: Olfactilia sunt media inter cætera sensilia, ergo & olfactus inter reliquos sensus medius statuendus est. Con-
C sequutio valet, quandoquidem eadem proportio est vnius relati ad sua ὁμογενῆ, quæ alterius correlati ad ea item quæ sui generis sunt. Olfactilia autẽ media esse eo declaratur, quòd de natura cæterorum omnium sensilium participẽt. Nota est vis consequutionis ex iis quæ Auer. quarto cæli. com. 26. & tertio eiusdem tract. 67. de essentia elementorum annotauit. Participant autem olfactilia de tactili, audibili, & pellucido. Quandoquidem odor fit saporis condimentum: imò qualitas ex mistione sicci sapidi cum humido nascens. saporem verò quoddam esse tactile nemo est qui inficietur: quæ certè de eo potissimũ odore sunt accipienda, qui nutrimentum respicit, & per accidens delectabilis appellatur. Quinimò odorabile passio τῶν θρεπτικῶν dicitur: nutrientia verò nempe alimenta ipsa, in eodem genere cum tactilibus reponuntur. Gustatile siquidem; quod ob nutritionem seu alimenta datum est (vt paulò antè exposuimus) ad tactile reuocatur, conuenit etiam cum audibili & visili, in
D medio: siquidem extrinseco medio, nempe aere & aqua, veluti colores & soni moueatur atque percipiatur. Sed quid pluribus? ortus odorum antea expositus & declaratus hanc nobis ἀναλογίαν demonstrare potest. Dictum est siquidem odorem assimilari ablutioni sicci sapidi in humido: ratione ergo sicci sapidi cum gustatili tactilique conuenit: ratione autem humidi abluentis & quasi abstergentis (quod humidum aeris & aquæ qualitas est) cum sono & colore, qui per aerem & aquam deferuntur. Quæ de olfactili dicuntur ad olfactum erunt accõmodanda. Vt tandem dicamus cum Aristotele olfactum medium esse inter tactum & gustum, qui intrinseco medio vtuntur, itemque inter Auditum & Visum, qui δι᾽ ἄλλου, id est, per extrinsecum medium sentiũt. (ταῦτα δ᾽ ἐν τῷ αὐτῷ γένει). Verba ista sunt cum præcedentibus connectenda, nõ cum subsequentibus vt omnia exemplaria habent. Alioquin obscuriorem atque

vix explicabilē interpretarionem adhibere necesse erit. Quæ etiam sequuntur ita sunt connectēda, τοῦ ἀκουστοῦ δὲ καὶ τοῦ ὁρατοῦ, διὸ καὶ ἐν ἀέρι καὶ ὕδατι ὀσμῶνται. Hoc modo plana sunt omnia & optimè cohærent. Odor, inquit, est passio alimentorum, quæ in eodem genere conueniunt, ad tactum siquidem & Gustum reuocantur: qua etiam ratione (vt Thomas rectè monet) odor per medium internū fieri dici potest. Est quoq; passio visilis & ἀκουστοῦ, quatenus odor in aere & aqua quæ media extrīseca sunt, efficitur. (ὃ καὶ τῷ ἁπτῷ ὑπάρχει καὶ τῷ ἀκουστῷ καὶ διαφανεῖ). Ad tactile reducitur gustatile: nulli igitur mirum, si tactilis solūmodò meminerit, loco autem visilis τὸ διαφανὲς nominauit, vt monet Alexander, quia colorem non nisi simul cum actu pellucido cernere queamus. Adde ipsum διαφανὲς in definitione odoris, quanuis impropriè, non sine tamen aliqua vi aut significatione fuisse positū. (ἐν ὑγρῷ καὶ χυτῷ). Rectè Thomas admonet Aristotelem per humidum, aquam: per fusile, aerem, quorum vtrorumque ablutio in sicco facta odor est, innuere voluisse. (παρείκασεν). Non enim propriè odor ablutio est, sed quasi per ablutionem aeris & aquæ efficitur. B

Πῶς μὲν οὖν εἴδη δεῖ λέγειν, καὶ πῶς οὐ δεῖ, τοῦ ὀσφραντοῦ, ἐπὶ τοσοῦτον εἰρήσθω.

80 Qua igitur ratione species odorabilis statuere oporteat, qua item non, hactenus expositum sit.

Species duas odorum esse ostensum est, vnam per se: alteram per accidens. Ex quo illud patet quod suprà Aristoteles declarare instituit, nempe quomodo odorum species propriæ, atque peculiares seorsim existerent, quomodo item non. Odor siquidem priori modo sumptus, habet quidem species, sed ita vt non habere videatur, cùm ratione nutrimenti tantū in illas obtinuerit. Qua in re malè sentiunt ii qui sequentes Alexandri posteriorem interpretationem (geminam enim affert) putant, odores hos à speciebus saporis iuxta quas distribuuntur, specie non esse distinctos. Hoc siquidē falsum est, quandoquidem qualiscunque sit odor, semper à sapore seiungitur. Hoc vel eo maximè patet, quòd à diuerso sensu per se iudicetur. Alterum verò odoris genus, quod per se suauitatem atq; delectationem cōtinet, quanuis quantū ad remotas suas differentias & proprietates à re sapida oriri dicatur: per se tamen species habet, saporem nullum, nullúmque nutrimentum respicientes. Hoc nullibi Aristoteles negauit, aut negare potuit, licet peculiares istas odorum per se differentias non expresserit, propriáque illis indita nomina non assignauerit. Cur autem hæc omitere voluerit vix dicere possumus, nisi, quia hominem inter perfecta maximè animantia pessimè odorare, nec nisi iucundum & grauem odorem cognoscere, existimarit. Rationem hanc alioquin à veteribus prætermissam atque intentatam prorsus, recentiores & nostræ tempestatis homines nonnulli, tractare voluerunt. Quibus sanè gratiæ quidem agendæ sunt: interea tamen, quæ tradiderūt vt alicui fortasse admirabilia videri possunt, ita non omnia tanquam verissima probanda esse censeo. Sed de his aliàs. D Verùm ex iis quæ diximus perspicuum est, priorem Alexandri interpretationem esse reiiciendam.

Ὃ δὲ λέγουσί τινες τῶν Πυθαγορείων, οὐκ ἔστιν εὔλογον. τρέφεσθαι γάρ φασιν ἔνια ζῷα ταῖς ὀσμαῖς. πρῶτον μὲν γὰρ ὁρῶμεν ὅτι τὴν τροφὴν δεῖ εἶναι σύνθετον. καὶ γὰρ τὰ τρεφόμενα οὐχ ἁπλᾶ ἐστι. διὸ καὶ περιττώματα γίνεται τῆς τροφῆς, ἢ ἐν αὐτοῖς, ἢ ἔξω, ὥσπερ τοῖς φυτοῖς. Ἔτι δὲ οὐδὲ τὸ ὕδωρ ἐθέλει αὐτὸ μόνον ἄμικτον ὂν, τρέφειν. σωματῶδες γάρ τι εἶναι δεῖ τὸ συστησόμενον. ἔτι πολὺ ἧττον εὔλογον τὸν ἀέρα σωματοῦσθαι. πρὸς δὲ τούτοις ὅτι πᾶσίν ἐστι

τοῖς

A τοῖς ζώοις τόπος δεκτικὸς τῆς τροφῆς, ὅθεν ἕλκον λαμβάνει τὸ σῶμα. τοῦ δ' ὀσφραντοῦ, ἐν τῇ κεφαλῇ τὸ αἰσθητήριον, καὶ μετὰ πνευματώδους εἰσέρχεται ἀναθυμιάσεως, ὥστ' εἰς τὸν ἀναπνευστικὸν ἂν βαδίζοι τόπον.

81 Quod autem Pytagoræi quidam affirmāt: Animalia nempe quædam, odoribus pasci, ratione caret. Primùm quia scimus cibum compositum esse oportere, quandoquidem quæ aluntur simplicia minime sint, idcircóque alimenti excrementa gignantur, vel intus in ipsis nutritis: vel extrà vt in plantis. Mox aqua ipsa sola & nulli commixta alere non solet, quod enim aliquid constitutum est, corpulentum quiddam esse oportet. Atqui aerem fieri corpulentum, multo magis à ratione alienum est. Adhæc cunctis animantibus, locus alimenti capax tributus est, ex quo B pertrahens sumit corpus. Æstheterium autem olfact⁹ in capite est: odórque cũ spirabili halitu ingreditur, vt ad spirationis locũ peruenire queat.

Alexander seriem huic contextui assignare contempsit. Leonicus dicere quidem hac de re voluit, nil tamen potuit. Ex Thoma aliquid elicitur, quod ad rem hanc explicandam nonnihil valeat. Docuerat antea Philosophus, olfactum esse sensum inter alios medium: obiicere quis poterat, ex veterum Pythagoricorum sententia, odorem rem esse nutrientem, quocirca olfactum ad sensus nutrimẽti, nempe Gustum & Tactum omninò reuocari oportere. Sed ordinem hunc ni fallor, nos ita rectius expediemus, si dixerimus, Aristotelem quoniam paulò superius monuisset, odorem τῶν θρεπτικῶν πάθος esse, ne quis hinc arrepta occasione, odoramẽta ad nutricationẽ conferre absolurè putaret, antequam finem tractationi imponeret, id planius reddere voluisse, veterum C hac de re sententias refutando. Quæ certè docendi ratio ita est Aristoteli familiaris, vt nulli in eius scriptis exercitato, im præsentia admirationem afferat. Ex hoc nexu scopus patet. Qui tribus absoluitur partibus: In priori, sententia Pythagoreorum proponitur: In aliis duabus, duplici ratione refutatur. (Quod autem Pythagorici quidam affirmant). Prima pars, opinionem continens, quam Alexander non modò Pythagoricis, sed quibusdam etiam Medicis, eorum sectatoribus tribuit. Leonicus vt rem hanc extolleret, Plinii historiam affert, ex septimo eius libro cap. 2. Ad extremos (ait Plinius) Indiæ fines ab Oriente, circa fontem Gangis, Astomorum Gens est, sine ore, corpore toto hirta, quæ frondium lanugine vestitur, halitúque solo viuens, quem naribus trahit. Nullus ipsis cibus, nullus potus est, tantùm radi-D cum, florúmque, & syluestrium malorum quæ secum longiori itinere portat, (ne scilicet olfactus desit) odoribus fruitur & viuit. Hęc certè si vera essent, Pythagoricis cedendum esset, & nullo modo rationes Aristotelis audiendæ: Sed tam ridicula sunt, vt ea proponere ridenda voluisse videatur ipsemet Plinius, qui ea se narraturum esse alicubi præfatur, quibus tamen omnibus ipse suam fidem obstringere nolit. Quæ itaq; de animalibus solo odore viuentibus tradit, simillima iis habenda sunt quæ capite quarto, de mutatione sexuum, nempe maris in fœminam, profert, & eatenus recipienda, quatenus ipse monet. (Primùm quia scimus). Secunda pars, hoc argumentum aduersus Veteres continens, Nullum corpus simplex nutrit: Odor est corpus simplex: ergo odor nõ nutrit. Propositio ita probatur. Quod nutritur compositum est

(si quidem corpus animatum quatenus animatum, vt ex secundo de ani. cõt.
13.14.34.46,&49. patet; id propriè est quod alitur: animatum autem ex triplici A
illa compositione conflatur; quæ in secundo de partib. anim. cap. 1. proposi-
ta est). Ergo & quod nutritur. Consequutio valet quia ex iisdem alimur ex
quibus constamus, vt persæpe diximus. Assumptio verò argumenti ita infe-
riùs probari videtur; quandoquidem odor qualitas quædam sit, quæ per aerē
medium, vt plurimum: vel per aquam recipiatur: quæ aqua aut qui aer odorā-
di officio attractus minimè alere potest. Patet itaque conclusio. (Ideóque a-
limēri excrementa gignantur). Non est noua argumentatio, aut à præceden-
ti disiuncta, sed illius confirmatio. Nutrimentum, inquit, compositum esse
debet: argumento est id, quòd in omni animato dum cibus assumptus pro
nutricatione caloris opera exagitatur, partes vtiles secernūtur, digeruntur &
conuertuntur: reliqua quæ animato minùs conuenientia sunt, & ad nutrien-
dum ineptiora, in excrementa abeunt, quæ mox à natura tanquam inutilia
per certas quasdā partes expelluntur. Hinc illa quæ Medici de triplici conco- B
ctionum specie in animali tradunt. prima, quę in ventriculo fit, & in intestinis
absoluitur, χύλωσις appellata, cùm nempe multiplex & varium alimentum, in
quippiam vnius substantiæ candidum, & ptisanæ cremori persimile vertitur.
Huius coctionis excremētum est quod Gręci ὑποχώρημα vocant: pars nēpe cras-
sior atque impurior, fæcísq; æmula, quæ à ventriculo ad superiora, id est, graci-
liora intestina transit, moxq; in aluum irruit. Secunda coctio dignior quidem
priore, sed tempore posterior in iecinore quidem celebratur, in venis autem
absoluitur. (αἱμάτωσις Græci vocant) cum nempe chylus è ventriculo seu ex in-
testinis superiorib[9] per venas mesenterii haustus, in veram sanguinis speciem
vertitur: quæ à chylo tum colore, tum substantia differt. Huius concoctionis
superuacaneum est, vrina, quæ à iecore & venis in renes, tādémq; in vesicam
profunditur. Item, melancholicus quidam humor ex crassa terrenáque chyli
portione, cōcoctionem subterfugiente genitus, quem lien ad se rapit. Postre-
mò flaua bilis, ex calidissima tenuissimáque chyli parte facta, quæ in vessicu- C
lam fellis reconditur. Tertia verò coctio quæ finis aliarum est, in partibus sin-
gulis fit, non in communem, sed proprium vsum peculiarémque commodi-
tatem: cùm scilicet sanguis mediis venis, per totum animal distributus, ab
vnaquaque parte assumptus, appositus deinde atque adiectus à sua priore na-
tura deficiens, in idoneam alendæ parti substantiam conuertitur. Huius ex-
crementum est sudor, qui est veluti pars serosi humoris ille euecta, tenuiq;
bile perfusa, quique per cutis spiracula exhalatur. Hoc commune est: sunt de-
inceps alia vnicuiq; parti peculiaria superuacanea: pili & vngues partium so-
lidarum, pulmonis sputa: cerebri, quod per nares & palatum defluit & e-
mungitur, aliarúmque partium alia. Quomodo autem in animalibus excre-
menta intus, in plantis autem extrà ex assumpto alimento procreentur, infe-
riùs paulò cognoscemus. Patet ex his quomodo ex excrementorū istiusmodi D
secretione, alimentorū mixtionem & compositionem concludere valeamus.
Quî fieri nanque posset, vt si alimētum acceptum simplex sit, atque eiusdem
prorsus rationis, partim digeratur, retineatur, partim verò segregetur atque
reiiciatur? (Mox aqua ipsa sola). His in verbis minor propositio probatur.
Quod Alexander quoque fatetur, si quis rectè animaduertere velit. Probatio
autē hanc vim, ni fallor, habet: a Odor qualitas quædam est spiritualis, quæ ta-
men, cum aere & aqua hauritur. per ista nanque duo elementa simplicia o-
dor ad nares traiicitur, si quidem illorum ablutio est. Tunc igitur petendum
erit, An animalia odore nutriātur quatenus odor est, an quaten[9] cum aqua si-
mul,

A mul, vel cum aere deferente recipitur. Primum dici nequit, quandoquidem odor sit qualitas(sensu enim percipitur)propterea que substantiam nutriendi à calore insito absumptā resarcire non valeat. Alterum quoque affirmare absurdum est: siquidem aqua est elementum simplex non corpulentum, non constans & solidum (quale alimentum esse debet) multóque minus aer, qui tenuior & fusilior differentiásque sensiles minus obtinens est. Hîc moneo, nomine alimenti id designari, quod iam alit seu alere corpus debet, hoc est apponi, adiicique, tunc siquidem constantiam quandam, crassitiemque per digestionem acquisitam, ipsum si parti alendæ similis esse debeat, habere oportet. Ad quę sanè nūquam aqua vel aer(quicquid Olympiodorus excipiat) perduci potetit. Hæc ex iis quæ superius de orrū saporū diximus, & ex quarto meteorologico, perspicua sunt: quare frustrà aliquis vinum aut quid huiusmodi, aduersus hæc Aristotelis verba obiecerit, vinum nanque mixtum
B est, & humidum, operáque caloris crassescere potest. Sed oritur statim ambiguitas, siquidem Aristoteles coctionem, passionem humidi esse vbique docet. Addo itaque humidum duplex esse, vnum elementi, vt aeris & aquæ, alterum mixti: illud coqui nequit, hoc verò commodè crassescit decoquiturq;. (Ad hæc cunctis animantibus). Postrema contextus particula quæ alterum argumētum in Veteres conueniens cōtinet. Id est huiusmodi. Quicquid animal alere potest aut debet, id ingredi debet in locum alimenti capacem à natura institutū in cunctis animalibus, vt ex eo tāquam ex penaria cella omnes corporis animati partes, cibum loco & tempore sibi sumere possent: Atqui odor locum huiusmodi non ingreditur, ergo neque alere potest neque debet. Propositio nota: etenim nihil natura frustra efficit, quod tamen sequeretur, si ventriculum aut hepar digerendi distribuendíque nutrimenti gratia in animalibus procreasset, aliquid tamen absque illorum opera, digeri, mutari, di-
C stribuíque posset. Assumptio probatur in contextu. nanque ventriculus aut hepar in ventre inferiori est, odoris autem Æstheterium in capite, in quod odor, per modum exhalationis genitus, medio aere deferente, qui naturam spiritualem ob sui tenuitatem redolet, per spirationem hausto, ingreditur: vt ad cerebrum, aut ad pulmones quò spiritus extrinsecus adducti conuolant, peruenire queat: qua etiam ratione Galenus asserebat vinū inter ea quæ corpora nostra nutriunt esse facillimæ concoctionis, oportere tamen vt per ventriculum, hepar aliaque deinceps membra transeat, si nutrire debeat. Sed oritur hîc duplex quæstio, vna, an vera absolutè sit enunciatio illa. Nullum simplex nutrire: Altera an quemadmodum in animalibus ita in plantis, Natura locum statuerit ad alimentum recipiendum, concoquendum, distribuendūque. præterea verò ad excrementa expellenda destinatū. Prioris quæsiti occa-
D sio sumitur ex his quæ Aristoteles in sexto de hist. anim. cap. 30. itemque octauo eiusdem tract. cap. 17. de Vrsis, & Hystricibus tandiu latentibus tradit. Etenim cur animalia istiusmodi tandiu latentia viuant, ratio vix reddi posse videtur, nisi ea simplici aere ali affirmemus. Galenus quoque non semel affirmat, spiritum animalem per respirationem, id est, per aerem per tractum nutriri. Quibus authoritatibus Olympiodorus in quarto meteor. contextu vigesimo primo, hoc argumento fauere voluit. Simplex mixto aduersatur, ergo simplex & mixtum inuicem agere quibunt. Perspicua esse videtur assumptio, caro siquidem (puta) calida est, aqua frigida. Consequutio patet ex priori de ortu & interitu, contextu 50. & 51. licet in duodecimo metaphysicorum quinquagesimo tertio, huic repugnans sententia proferri videatur. Ex his deinceps sequitur, elementa simplicia

in ea quæ compositam naturam habent, commodè posse conuerti, & ecōtra, vt aqua in vinum, vinumque ipsum in aquam cedit. Repugnātem tamē huic A sententiam, Galenus in libris de elementis, & aliment. fac. persæpe protulit, Alimentum nempe mixtum omninò esse oportere. Qua in re quam sibi cum Arist. conueniat ex iis, quę multoties pro re hac citauimus & explicauimus, liquet. Satisfaciendum est autem iis quæ obiiciuntur, hoc modò, vrsi, Hystrices aliaq; animalia latentia non aere, sed intrinsecis humoribus crudis, multo collectos tempore nutriri. Indicio est, ea præsertim vrsos eo tempore adeò pinguescere, vt mouere sese non facilè queant, vt ob eam vel maximè causam latere eos dicas, quò calor insitus vnitus fortiorq; sibi redditus, internam illā pituitam digerere valeat. Galeni verbis respondemus. Spiritum verè corpus mixtum esse: ex sanguine nanque gignitur, non tamen propriè aere nutriri, sed (vt Medici loquuntur) ἀναζωπυρεῖσθαι, id est, refoueri & cōtroborari, quo nomine persæpe Galen⁹ nutritionis voce abusus est. Olympiodori verò tela ita primum retundimus: Si mixtum superans simplici nutriri potest, eadem ratione B simplex vincēs, mixto ali poterit: quod repugnat Arist. in 2. de anim. cont. 41, & 46. Mox dicamus, diligenter animaduertendum esse, ne nutritionem propriè sumptam cum generatione simpliciter & corruptione cōfundamus: Ista siquidē duo, opē sibi inuicem aduersantium qualitatū efficiūtur: Nutritio verò animæ, quare caro corrumpet quidem aquam, & aqua carnē, veluti & ignis lignum, nunquam tamen hæc illa aut illa hac tanquam in sui substantiā conuersa, nutrietur. De vino & aqua quid dicamus in promptu est: si nanq; copiosa cum vino aqua permisceetur, mixta quidem per eius minutissimas partes cum vino remanet, in vini tamen substantiam minimè transit: si autē modica, à calore vini in vaporem cōuertitur, qui deinceps resolui atq; euanescere potest. Decipiuntur ergo Reuerēdi Sacrifici Papistæ, qui ita aquam oderunt, vt in suo illo omnium abominationum capite & impurissimo sacrilegio, nempe C Missa vocata sibi ipsis inuiri persuadeāt, atq; imponant aquam, quam gustate simul cum vino coguntur, in substantiam vini conuerti. Alia quoq; miracula quæ pro re hac proponi solent, puta de mulieribus, quæ triennium absq; cibo potuq; vixerunt, de homine item qui aere & sole nutriretur, aut veluti mēdacia, si naturæ rationem sequi velimus, audienda sunt, aut idem de iis quod de vrsibus statu endum erit. Egregia siquidem, volumina illa Plinii physica, sunt, in quibus ista aliaq; innumerabilia huiusmodi scripta reperiūtur, tantùm tamē quòd ad τὸ ὅτι, non quòd ad τὸ διότι: Nec maiori fortasse laude, nōnulla digna sunt, quæ Arist. in suis illis de hist. de ortu, partibusq; animaliū libris, visa aut audita interserere voluit. Sed ad aliam enodandam quæstionem accedamus. Sic ergo constituimus, in plantis coctiones quidē illas reperiri, nō tamen omnes. Prima enim in ventre terræ à calore ibi cōtento efficitur, quemadmodū D Arist. in 2. de partibus, anim. ca. 3. docet. Ideóq; excrementis illis crassioribus primæ concoctionis carent. Cibum nanq; iam digestum & præparatum à terra; suis sumunt radicibus, qui mox pertractus in radicibus iterum cōcoquitur, tandemq; ad medullam, stipitem, ramos transfertur, vbi alteram nempe tertiam patitur concoctionem. Hinc patet quàm facile sit illos cōciliare, qui morose nimis inuicem altercantur, vt statuant, quænam sit pars vētriculi & oris vicem in plantis gerens. Radices siquidem & oris & venarum munere fungi dici queunt: oris quidem quatenus id primum est in plantis quod alimētum intus primò concoquē dum extrinsecùs sumit: venarum autem, quatenus iam semel extrà concoctum, secundò intus concoquendum atripiunt. Quibus quoque diuersis rationibus, medullam plantarum cum Ventriculi tum Iocinoris

notis munus præstare dici poteſt. Superuacua iſtarum concoctionum, erunt,
A Gummi à plantis defluentes, corpuſcula item quædam cineritia quæ prope illarum radices inueniuntur, nodi tophorum inſtat obtinêtes, cortex, ærugo, foliorum fructuumque lanugo: nam ſi folia & fructus ſemenque excrementa appellare volumus, eò magis ſuperuacua triplicis coctionis apparebunt: Sed non ſunt iſta exactè in plantis exquirenda, cum neque etiam quanam ſui parte radix, alimentum à terra capeſcet, alicui cōſtet: hoc non ſemel Theophraſtus monuit. Imò plantas eſurire, ſitire, nutriri, paſci, digerere, metaphoricè tantùm dici aſſeruit aliquando Albertus. Hinc planum reddi poteſt, quod Ariſtoteles in contexru docebat, nempe in plantis excrementa extrà effici, in animalibus intus: primæ nanque coctionis ſuperuacanea, non in plantis ſed in Terra gignūtur. Quòd ſi ad omnes coctiones ſimpliciter hoc referre vellemus, commodè dici poſſet, in plantis, nullam eſſe partem quæ veſiculæ fel-
B lis, aut lienis munere fungatur.

Ὅτι μὲν οὖν οὐ συμβάλλεται εἰς τὴν τροφὴν τὸ ὀσφραντὸν ᾗ ὀσφραντὸν, δῆλον. ὅτι μέν τι εἰς ὑγίειαν καὶ ἐκ τῆς αἰσθήσεως, καὶ ἐκ τῶν εἰρημένων, φανερόν· ὥστε ὅπερ ὁ χυμὸς ἐν τῷ θρεπτικῷ, καὶ πρὸς τὰ τρεφόμενα, τοῦτ' ἐστὶ πρὸς ὑγίειαν τὸ ὀσφραντόν. καθ' ἕκαστον μὲν οὖν αἰσθητήριον διωρίσθω τὸν τρόπον τοῦτον.

82 Odorabile igitur quà odorabile, nil alimento conferre, perſpicuum eſt: valetudini autem & ex ſenſu, & ex iis quæ antea tradita ſunt, prodeſſe, conſtat. Vt hinc intelligatur, olfactile idem præſtare ad valetudinem,
C quod ſapor in alimēto ad ea quæ aluntur, præſtat. Et de ſingulis quidem æſtheteriis in hunc modum ſtatutum ſit.

Tam Alexander quàm Thomas exiſtimant Ariſtot. cuidam tacitæ obiectioni in præſentia occurrere. Sed non eodem modo vterque obiectionem inducit: Poterat quis (ait Thomas) ex iis quæ proximè à Philoſopho declarata ſunt colligere, odores nullius vſus animalibus eſſe: hîc oſtenditur, eos non quidem alimento, ſed ſanitati conferre. Alexander autem cenſet, aliquem ita aduerſus proximè declarata argumentari potuiſſe: odor, vires & ſanitatem aliquando animali reſtituere videtur, ergo nutrit: idcircòque in præſentia docemur, odorem vſum quidem aliquem ſanitati afferre, non tamen ideo ſequi, odorem nutritioni prodeſſe. Ego verò quemadmodum neutram harum
D ſententiarum omnino reiicio, ita neq; hanc neq; illam probari prorſus oportere puto. Dicēdum eſt igitur abſolutè, hiſce ex verbis quaſi in ſumma quadā colligi quod hactenus de odotum vi, atque vſu diſputatum eſt, nempe odorem nutritioni nihil, ſanitati aliquid aut multum prodeſſe. Hoc verba ipſa cōtextus diſertè indicant: non eſt igitur vt abſque neceſſitate, quaſi diuinantes Philoſophi mentem ad alium ſenſum acutiorem reſtringere velimus. Hinc etiam intelligitur, omnia, aut pleraque ab Alexandro hîc allata ad ſuæ explicationis vim aperiendam vera quidem eſſe, ſed à propoſito aliena. (Odorabile igitur). Hæc pars colligit, quod proximè diſputabatur, idcircòque particula (δῆλον) appoſita fuit. (Quà odorabile). Nam ratione alimenti ſeu humidi ſapidi cui accidit, odorē nutrire, dici nil prohibet. (Valetudini autem). Alia pars, in qua Ariſt. cōplectitur, quod paulò ſuperius fuit rationib⁹ demōſtratum, odorē ſcilicet ſanitati conferre: Quòd verò de ſenſu ait, optimè omniū, Medici

norunt,qui odoramentis aut calidioribus aut frigidioribus pro ratione diuersarum ægritudinum,persæpe vtuntur. Meritò itaque potuit Aristoteles ex his omnibus inferre, Idem præstare in odorabili odorem ad sanitatem tuendam vel recuperandam, quod sapor in esculentis & poculẽtis ad animal alendum præstat. Quæ in postrema parte contextus adduntur, pro huius Tractationis epilogo, perspicua sunt: tantùm monere oportet, Æstheteria solummodo ipsa enumerari, quòd in ipsorum quodãmodo gratiam tractatio de Sensilibus suscepta sit. Omitto quæ alibi de epilogi ratione adduxi. Nunc anteaquam finem huic sermoni imponamus, nonnulla è medio tollamus, quæ molestiam aliquam exhibere audienti posse videntur. Primùm nanque, aduersus Pythagoricos nullum momẽtum haberet Arist. ratio, qua odorem non nutrire demõstrat, si ipsi fortasse, odorem nõ quid simplex, sed exhalationẽ vel vaporem esse exciperẽt. Præterea Gale. in 2. Aphor. 11. & alibi vt in 6. Epid. affirmat, Medicũ cirissimè per odoramenta vires restaurare, atq; deficientibus opem ferre posse. Facilè ista remouebuntur si dicamus, vtcunq; argumentum Philosophi in veteres Pythagoreos conuenire: namq; nutritio vera nõ fit nisi ex vere mixto, cuiusmodi quoque est quod nutritur. Exhalatio autem & vapor, mixta imperfecta esse in ptiori meteorologiæ volumine declaratur. Hæc confirmari iis possunt quæ in quinto de hist. anim. de piscium esca tradit Aristot. Alterum quod obiicitur, ita diluẽdum est: odorem eatenus vires restaurare, atque deficientibus opem ferre, nõ quatenus nutrit, sed quatenus aut alimẽto annexus est, aut suauitate sua cor & cerebrum peculiari quadã vi reficiens, calorem insitum exuscitat, spiritúsque ipsos corroborat, quibus deinceps digestio nutritioq; commodiùs efficitur rectiúsq; absoluitur. Quare Concil. qui in diff. 155, litem hanc aliter dirimere voluit, non erit vlla ratione audiendus: neque enim vnquam sua illa sentẽtia, rationem veræ nutritionis, toties à nobis ex quarto meteor. repetitam, integram seruare poterit: multóque etiam minus verba Aristotelis, in secundo de anim. cont. 28. atque in hoc libello bis repetita, quæ disertè docent, odorem nunquam nisi ex accidenti, aliquid ad alimentum conferre. Cæterùm in eo vel maximè reprehendendus est etiam Concil: qui putet, spiritus animales, naturæ odoris magis quàm aeris esse propinquos, cùm tamen odor accidens, aet vero substantia spirituum substantiæ accommoda & simillima sit. A B C

Ἀπορήσειε δ' ἄν τις, εἰ πᾶν σῶμα εἰς ἄπειρον διαιρεῖται, ἆρα καὶ τὰ παθήματα τὰ αἰσθητά· οἷον χρῶμα, καὶ χυμὸς, καὶ ψόφος, καὶ βάρος, καὶ ψυχρὸν, καὶ θερμὸν, καὶ κοῦφον, καὶ σκληρὸν, καὶ μαλακὸν, ἢ ἀδύνατον; ποιητικὸν γάρ ἐστιν ἕκαστον αὐτῶν τῆς αἰσθήσεως. τῷ δύνασθαι γὰρ κινεῖν αὐτὴν λέγεται πάντα, ὡς ἀνάγκη, εἰ ἡ δύναμις, καὶ τὴν αἴσθησιν εἰς ἄπειρα διαιρεῖσθαι, καὶ πᾶν εἶναι μέγεθος αἰσθητόν. ἀδύνατον γὰρ λευκὸν μὲν ὁρᾶν, μὴ ποσὸν δέ. D

83 Cæterùm dubitabit aliquis, Si omne corpus infinitè diuiduum est, nũquid etiam passiones sensiles? puta, color, sapor, odor, sonus, grauitas, frigus, calor, læue, asperũ, & molle, vel potius hoc fieri nequeat? Singula enim horum sensionem efficere apta sunt, vt quæ omnia hanc appellationem habuerint, quòd sensus mouendi facultatem habeãt. Itaq; si facultas ipsa infinitè diuiditur, sensum quoq; infinitè diuiduũ esse necesse est, omnẽque magnitudinẽ sensilẽ esse. Fieri autẽ nequit, albũ cerni nõ vt quantũ.

Hinc Tertia & postrema totius huiusce tractationis pars, exordium sumit, in qua Philosophus dubitationes quasdam ad ea quæ de sensib⁹, sensilibúsque

A hactenus declarata sunt pertinentes, expedit. Qua in re mos Aristotelicus im
primis animaduertẽdus est. Solet is si quæ inter docendum disputationes in-
uolutæ & ad explicandum minus faciles intercidant, ne minus multa inter-
ponat, in peculiarem aliquem locum eas omnes expediendas atque dissoluẽ-
das reiicere. Id ipsum vel in primis etiam Philosophiæ rudimentis, seruatum
ab Aristotele, licet annotare. Etenim cùm in secundo de Interpretatione vo-
lumine, de speciebus simplicium enunciationum, earundémque mutua op-
positione, necnon ad veritatem falsitatémque habitudine nullis insertis alie-
nis verbis egisset, integrum deinceps caput, in nexibus quibusdam qui resta-
bant expediendis statim consumit. Si quis verò per alia eiusdem volumina tũ
Dialectica tũ Physica, aut Diuina decurrat, facillimè hoc illi vsitatissimũ esse
conspiciet. Res certe non modo quæ annotetur digna, verùm etiam quæ ad
B perspicuitatem doctrinæ in vsum transferatur. Quæ igitur in postrema hac
parte traduntur, ad totam illam doctrinam pertinent, quæ mox ab Aristotele
tanquam præcipuè instituta, absoluta est: ea siquidem aguntur quæ & Æsthe-
riis sensuum, & sensilibus accidentia annexáque sunt. Sunt verò quæ tractan-
tur quæstiones numero Tres, prior sensilia ipsa potissimùm respicit: Secunda
mutationem, qua sensus à sensibili afficiuntur, actúmque sentiẽdi: Tertia, sen-
sum ipsum, sentiendíque vires. Primùm itaque quæritur, an sensilia infinitè
diuidua sint, id est ad infinitas partes sectione deduci queant, ita tamen vt ad-
huc sensilia maneant, sensúmque ipsum possint afficere. Occasio disputandi,
(vt omittam quæ superius de magnitudinibus inuisilibus in capite de colori-
bus aduersus Veteres, obiter & cursim docere coactus est) inde potissimùm su
mitur: quòd sensilia, sint accidentia, idcircóq; in altero semper hęreãt: Hoc do
cebat Aristoteles in priori de phy. ausc. cont. 14. cùm diceret, οὐδὲν γὰρ τῶν ἄλλων
χωριστόν ἐστι παρὰ τὴν οὐσίαν. id est nil præter substantiã per se stare potest: omnia siqui
C dẽ accidẽtia in ea subsistũt: sensibilia igitur omnia cùm corporalia sint (mouẽt
nanque sensum) in aliquo subiecto corpore suum esse habebunt. Atqui cor-
pus omne cùm magnitudo continua sit, infinitè diuiduum, (hoc constitit in
sexto phy. contextu 3. priori de cælo 2. & in priori de ortu & int. 8, & 9) meritò
ergo quæritur an. & sensilia ipsa, puta color, odor, sapor, & reliqua in con-
textu enumerata, infinitæ sectioni obnoxia sint. Ex vtraque autem parte Ari-
stoteles dubitationes affert, vt ipsis deĩde explicatis, verum elucea͏t. Primùm
ergo aduersus partem affirmantem ita argumentatur: Si τὰ πάθη ista sensilia in-
finitè diuidua sunt, necesse est, vim quoque ipsam seu facultatem & efficaciã
afficiendorum sensuum infinitè partiri posse: consequens est absurdum, ergo
ruit id ex quo hoc sequitur. Consequutio probatur, quandoquidem sensilia
sensus suos afficere, ipsósque ad actũ sentiẽdi ducere apta sunt: quare vnaque-
D que particula ex infinitis illis in quas sensile distributum erit, actui sensionis
producendo efficaciam habebit (hoc modo aqua diuisa, illius quoque frigi-
ditatem diuidi dicimus): consequutionis absurditas declaratur, Quando-
quidem si vis & potestas afficiendi sensum, sit infinitè secabilis, sensus quoque
seu ipsa sensio infinitè diuidua erit: ex quo sequetur omnem magnitudinem
quantumuis minimam sensu perceptam iri posse, quod absurdum est: cùm
in sectione corporum naturalium ad partes adeò exiguas deuenire liceat, quę
sensum fugiant: si igitur non omnis magnitudo corporis naturalis sensilis sit,
ergo neque sensio, neque vis afficiendi sensum infinitè secabilis erit: (Fieri au
tem nequit, album esse non vt quãtum). Verba ista adduntur, vt tanquam à
primo ad vltimum concludatur, quod propositum est. Nam si non omnis ma
gnitudo sensilis sit, ergo neque omne sensile, sensui afficiẽdo est efficax: quod

enim in puncto seu velut punctum est, & non in quanto seu veluti quantum, cerni nequit. Thomas rationem affert, cur sensile magnitudinem requirat, in A hunc modum, Sensus est facultas in magnitudine, cùm sit actus organi corporei, ergo & quod agit in sensum, magnitudinem debet habere. Secus enim agens patienti proportione minimè responderet. Idem docet Auerroes sec. de anima contextu sexagesimo quinto, & centesimo trigesimo quinto: Color (inquit) calor, & frigus à quantitate non seiunguntur. Monere hîc oportet, in hoc contextu tanquam absurdum admitti, omnem magnitudinem sensilem esse, cùm tamen alibi doceamur, fieri non posse vt aliqua detur inuisilis magnitudo. Verùm quomodo ista inter se conueniant, inferiùs declarabitur.

Εἰ γὰρ μὴ οὕτως, ἐνδέχοιτ' ἂν εἶναι τι σῶμα μηδὲν ἔχον χρῶμα, μηδὲ βάρος, μηδὲ ἄλλό τι τοιοῦτον πάθος, ὥστε οὐδ' αἰσθητὸν ὅλως, ταῦτα γὰρ τὰ αἰσθητά. τὸ ἄρα αἰσθητὸν ἔσαι συγκείμενον οὐκ ἐξ αἰσθητῶν, ἀλλὰ ἀναγκαῖον. οὐ γὰρ ἔκ γε τῶν μαθηματικῶν. B

Sin autem non sic res habet, fiet, vt aliquod corpus sit, nullum in se
84 colorem, nullam grauitatem, neque vllam ex huiuscemodi aliis perpessionibus habẽs: Quamobrem insensile quoque omnino erit: Hæc siquidem sensilia sunt: sensile itaque ex non sensilibus constabit: atqui necesse est: non enim ex mathematicis.

Partem aliam propositi theorematis, nempe affirmantem, vnica ratione (non triplici vt aiunt) astruere contendit. Ea in hunc modum proponitur. Si πάθη ista sensilia, iuxta diuisionem sui subiecti, id est infinitè non secantur, sequetur, aliquod dari corpus Physicum absque qualitatibus: consequutio nota est: siquidem si sumatur puta lignum aliquod album idque iterum atque iterũ C diuidatur, certè sectio illius in infinitum abibit (positum est nanque alibi omnem magnitudinem infinitè secabilem esse) quòd si albedo quoque infinitè non secetur, sed eius sectio alicubi maneat, atque à sectione ligni excedatur: certè ad aliquas corporis seu ligni partes deueniendum erit quæ albedine careant: consequens autem est absurdum: etenim eo posito, corpus aliquod seu partem aliquam insensilem vt ligno admittere cogeremur. Quandoquidẽ nullũ corpus sub sensum cadat, nisi quatenus qualitatibus, seu perpessionibus istiusmodi: puta colore, grauitate, vestitum est. Quòd verò corpus insensile, vt in ligno admittere, sit absurdum, tribus rationibus conspicuum redditur: Prior est, quia corpus ex suis partibus componẽtibus & in quas distribuitur constat, lignum itaque ex partibus carentibus albedine cõstabit: quò fiet, vt ex insensilibus & intelligibilib⁹ corpusculis, id est mathematicis (omne nãque corpus qualitate sensili haud præditum, mathematicum est) sensilia realia D & physica corpora constituãtur. (Hæc siquidem sensilia sunt). Subobscura videntur verba ob solitam breuitatem: referantur ergo ista ad qualitates illasquas enumerauerat, ac si ita loqueretur: Si datur corpusculum aliquod carẽs hisce qualitatibus, illud insensile erit, cùm corpus nullum sit sensile, nisi quatenus istis perpessionibus præditum est, quæ verè sensiles sunt. (Atqui necesse est). Nempe, sensile ex sensili componi. (Non enim ex mathematicis). Voco, ait Alexander, corpora mathematica quæ reuera non subsistunt, sed animi tantùm notione comprehenduntur ab omnibus effectionibus seiuncta. Adde, hinc absolutè id colligere non oportere, quod Auerroes in tertio de physicæ, auscul. comment. sexagesimo, colligendum, statuere visus est,

nempe

A nempe in opinione tantùm res Mathematicas positas esse. Quanquam enim cogitatione concipiuntur, in rebus tamen naturæ insunt, nec falsò concipiũtur, sed vt earum natura postulat. Tutiùs id quidem elici posset, quod Simplicius sequutus Alexandrum in proœmio in primum Analyticum, in tertio de ani. com. 36. statuit Mathematicam nempe, non verè esse Philosophiam, neque habere causas, quia substantias non inuestigat. De qua re aliàs.

Ἔτι τίνι κρινοῦμεν ταῦτα καὶ γνωσόμεθα; ἢ τῷ νῷ; ἀλλ' οὐ νοητά, οὐδὲ νοεῖ ὁ νοῦς τὰ ἐκτὸς μὴ μετὰ αἰσθήσεως ὄντα.

85 Præterea, quónam ista diiudicabimus & cognoscemus? num mente? Atquî non sunt intelligibilia, neque intelligit mens quæ extrà sunt absB que sensu.

Non affertur noua & peculiaris ratio (vt putant) ad probandum sensilia πάθη infinitè diuidua ponere oportere, sed ad ostendendam absurditatem in quam secus sentientes incidere mox demonstratum est. Nempe dari corpus Physicum absque qualitatibus, ac proinde corpus sensile ex insensilibus & mathematicis corpusculis cõstitui. Quærit itaque Philosophus, insensilia ista quomodo perceptum iri queant: nullo sanè respondere oportet, quare prorsus inexploratũ corpus in natura reperietur. Nulla autem via huiusmodi corpora cognosci posse demonstratur, quòd neque sensu, neque mente (quarum facultatum altera, res omnes cognoscũtur, præterea nulla) percipi queāt. De sensu autem patet ex superiori contextu, probatur itaque de mente: Quãdoquidem Mens ea quæ exteriùs posita sunt, id est sensilia & corporea sine adiuncto sensu, percipere non potest. (Num mente?) Quam facultatem νοῦν appellat Aristoteles eandem ipsam nos Mentem, vt scholæ Intellectum dicunt. C Malè ergo, nonnulli ex recentioribus Latinis excogitarunt, inter Mentem & Intellectum discrimen esse: quòd Intellectus sit facultas cum homine ipso genita, Mens autem seu intelligentia ipsa in actu, extrinsecus accedat. hoc inquàm falsum est: cùm in tertio de anima Arist. multis in locis & præsertim cõtextu quinto, de Mente seu Intellectu potestatis agens, nomine νοῦν vtatur. Hanc Mentem quæ pars animæ rationalis est, vt in tertio de anima 17. liquet, in sui primo ortu, nempe cùm homini coniungitur, & cùm primùm capax vocari incipit, omni cognitione speciei saltem materialis, prorsus carere tradit Arist. in eodem volum. cont. 3. 4. & 14. Necessitas igitur cogit, si intelligat, vt species quę rerum simulachra sunt ab aliqua externa facultate, nempe à Phantasia, exterioribúsque sensibus accipiat. Phantasmata nanque in Intellectu, idem præstant quod sensilia in sensu, vt tertio de anima cont. 30. liquet. D Sunt verò Phantasmata sensilia ipsa à sensibus exterioribus recepta, mox Phãtasiæ exhibita, in qua deinceps cõseruata, vi & efficacitate Mẽtis Efficientis, illustrata, segregata que à materia vniuersalia euadũt, atque mentẽ capacem seu ad suscipiendũ idoneã, à qua vniuersè intelliguntur, exornant. Quare non intelligit mens nostra capax, nisi rerum formas & species extrà accipiendo: extrà, inquam, respectu ipsius Mentis capacis, cui omnia sunt extrinseca, & aliqua ratione sensilia, vt alibi declarauimus: non Efficientis quæ speciebus quibusdam intelligibilibus sibi coæternis prædita est, & nihil noui vnquam recipit. Hîc neque de obiecto Mẽtis, neque de natura intelligibilium agitur, quocirca ista ad Idearum Platonicarum confutationem referre (quod Thomę placuit) altiùs est ascendere, quàm mens Aristotelis ascendat.

Ἅμα δὲ ἀλλ' εἰ ταῦτα ἔχει οὕτως ἔοικε μαρτυρεῖν τοῖς τὰ ἄτομα ποιοῦσι μεγέθη. οὐ-

τω γὰρ ἂν λύοιτο ὁ λόγος. ἀλλ' ἀδιαίρετα. εἴρηται δὲ περὶ αὐτῶν ἐν τοῖς λόγοις τοῖς περὶ κινήσεως. A

Rursus si hæc ita habent, videbimur eis assentiri, qui insecabiles magnitudines ponunt. ita nanque ratio dissolui posset. Verùm hæ admitti nequeunt. Cæterùm de iis in tractationibus de Motu disputauimus.

Altera ratio ad eandem absurditatem explicandam. Nam ponere corpus sensile ex insensili constitui, est quodammodo in sententiam illorum descendere, qui magnitudines indiuiduas dabant, puta Lcucipi & Democriti, qui atomos inuexere, itemque Xenocratis qui magnitudines hasce indiuiduas cõcessit: ne aut Zenoni manus daret, aut sectiones in infinitũ fateri cogeretur: quorum opinio in sexto physico. à contextu primo vsque ad vndecimum con futata est, atque hoc ipso etiam argumento, quòd continuum nullum ex indiuiduis & parte vacantibus componi possit. (Ita nanque ratio dissolui posset) nempe, magnitudines illas indiuiduas, suapte natura & seorsim nulla huiuscemodi perpessione præditas esse, copulatione tamẽ mutua effici, vt huiuscemodi qualitates adipiscantur, corporaque sensilia fiant: hoc idem prorsus Democritus & Leucippus, de suis illis atomis affirmabant. Sed vide, an particulam (λόγος) ad argumentationem priori loco pro parte negante allatam, referre velis, hoc enim commodè, & non ineptè etiam facies, vt acutius intuẽti patere potest: Ac si dicat, obtinere posse videtur argumentatio hæc posterior, si priori in hunc modum satisfiat. (De motu). Intelligit libros de physica ausc. quos aliquando de principiis, ob priores quinque (vt Adrasto & Simplicio placet) aut quatuor (vt Porphyrio) aliquando de Motu, ob posteriores iii. vel iiii, aliquando etiam πρώτους λόγους vt ex priori de cælo cont. 20. liquet, ob communẽ (ni fallor) & ad vniuersam naturam attinentẽ tractationem, inscribere voluit. B C

Περὶ δὲ τῆς λύσεως αὐτῶν, ἅμα δῆλον ἔσται, καὶ διότι πεπέρανται τὰ εἴδη καὶ χρώματος, καὶ χυμοῦ, καὶ φθόγγων, καὶ τῶν ἄλλων αἰσθητῶν. ὧν μὲν γάρ ἐστιν ἔσχατα, ἀνάγκη πεπεράνθαι τὰ ἐντός. τὰ δ' ἐναντία, ἔσχατα. πᾶν δὲ τὸ αἰσθητὸν ἔχει ἐναντίωσιν, οἷον ἐν χρώματι λευκὸν καὶ μέλαν, ἐν χυμοῖς γλυκὺ καὶ πικρὸν, καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις δὴ πᾶσίν ἐστιν ἔσχατα ἐναντία.

Porrò solutio horum nexuum, cum explicatione causæ, cur species coloris, saporis & soni, cæterorũmque sensiliũ finitæ sint, appparebit. Quorum nanque sunt extrema, quæ interiacent terminata esse necesse est. Cõtraria autem sunt extrema, atque in omni sensilis genere contrarietas est, vt in colore album & nigrum, in saporibus, dulce & amarum, in aliis item omnibus contraria extrema reperiuntur. D

Ad perspicuitatem disputationis, errorésque plurimos vitandos controuersiásque dirimendas quotuplex id fit de quo differitur cõsiderare, vtilis ad modum, & paratissima via est. Sectionem ergo infinitã τῶν παθῶν αἰσθητῶν, non vno modo sumere possumus: vel enim vt sectionem generis in species, (formalem vocant) vel vt continui in partes, quemadmodum albedo cùm iuxta diuisionem superficiei diuidi dicitur, vel (quod in præsentia potissimùm quæritur) vt efficientis sensionem, quatenus nempe, in parua, in minori, & adhuc infinitè in minori quantitate, actum sentiendi producere porest. De priori igitur diuisione primum differit Aristoteles, ea fortasse ratione motus, vt id quàm primùm declararet, quòd iam antea obiter

de

de sapotibus loquēs, aduersus Democritum attulerat, finitum scilicet esse spe
A cierum saporum aliorumque sensilium numerum. Vt omittam, quæstionem esse propositam, an ista καθ' αὑτὰ iuxta corporis in quo sunt, diuisionē secētur. Sunt autem ista singularia & indiuidua quæ verè sensilia sunt, non species & genera, vt Arist. in categoriis, capite de substantia declarauit. Etenim (ait) si non in aliquo singulorum corporum erunt, nec omnino in corpore. Ideóque Idem sui satis memor id nobis quodammodo in primis contextus verbis in memoria reuocare velle videtur, cùm inquit, vna cū solutione quæstionis propositæ fore, vt alterum planum reddatur. Nempe, cur species coloris, saporis, aliorúmque sensilium finitas statuere oporteat. Summa est: Sensilia καθ' αὑτὰ si vt genera in species secentur, infinitè secari non posse: numerabiles nanque sunt ipsorū species non infinitæ. Hoc adhibita huiuscemodi ratione probat: Quæcunque habent extrema, id est vltima terminantia, eadem media finita obtinere necesse est, quæcunque qualitatum sensilium genera extrema termi-
B nantia habent: ergo quæcunque qualitatum sensilium genera, media finita obtinere necesse est. Maior probatur ab Alexādro, ab opposito: Si nāque medio infinita sunt, iam non poterūt pertransiri: idcircóque extremis terminātibus carebunt: secus enim infinitum, terminatum esset. Totiúsque & perfecti appellationem sumere posset, quod Aristoteli repugnat: qui in tertio phy. contextu 64. hoc ipso argumento Melissum vrget, qui Totum seu vniuersum infinitum statuit. Totum nanque est id cui nulla pars deest, & quod finem habet: cùm Totum & Perfectum, vel idem sint, vel naturam quàm maximè affinem habeant. Minorem probat Aristoteles in contextu, quia in vnoquoque qualitatis genere est contrarietas: quod inductione confirmatur, præterea etiā testimonio eiusdem Arist. in priori de phy. ausc. cont. 50. & sec. de ortu & int. cont. 7. Atqui contraria sunt, quæ sub eodē genere quàm maximè distāt, vt li-
C quet, ex decimo meta. 13, & 14. ergo vbi est contrarietas, ibi terminatio. Siquidē maximè & nomine, seu maioris & minoris distantiæ ratio proportióque in infinito nō habetur. Patet ex 3. de phy. ausc. Hinc ergo colligitur prima quæstionis dissolutio, sensilium nimirum passionum, genera non esse infinitè diuidua, id est, infinitatis specierū seu mediorū expertia esse. Obiicit aduersus hæc Burid. in quæst. xviii. in hūc modum: Linea finita, puta bicubitalis, duo habet extrema, nempe duo puncta ipsam terminantia, infinita tamen media seu lineæ partes inter duo illa extrema interiacentia sunt. Respondet concedendo in linea illa infinitas esse partes: potestate, non actu. Potestate inquam, quatenus linea magnitudo infinitè diuidua est: in continui siquidem diuisione ad extremum peruenire non licet. quocirca hac ratione media illius sumpta, finita nequaquam erunt. Sed obiicitur iterum in infinito actu & secundum speciem, Colores (ait Aristoteles, & sapores medii ex extremorum mixtio-
D ne oriuntur. Atqui albedo, puta, & nigredo infinitè augescere & minui possunt, atque secundum infinitas proportiones actu permisceri. ergo & infinitas species medias gignere. Quicquid ad hæc Buridanus & alii dicant, videtur mihi respondendum, obiectionem complicatam esse: ideóque explicari oportere. Nam si album & nigrum sumas vt princia sunt intercedentium colorum, illa vt pote quæ actu sunt, accipere necesse est: ergo vt finita actu infinitū, vt ex tertio de phy. ausc. liquet. Atqui ex finito actū nūquā gignetur. Hoc genere argumentationis vsus est Arist. in eodem tertio volumine & in priore de ortu & int. contex. 16. de materia prima loquens. Concludere itaque licet ex coloribus illis extremis, infinitos medios nunquam profecturos. Cùm ergo obiicitur, album & nigrum secundum infinitas proportiones com

misceri posse.hoc erit absolutè negandum, si album & nigrum velut finitos
colores sumi statuatur. A

Τὸ μὲν οὖν συνεχὲς εἰς ἄπειρα τέμνεται ἄνισα, εἰς δὲ ἴσα, πεπερασμένα. τὸ δὲ μὴ καθ᾽ αὑτὸ συνεχὲς, εἰς πεπερασμένα εἴδη.

88 Continuũ igitur in infinita quidem inæqualia secatur, in infinita verò æqualia.quod autem per se continuum non est, id in species finitas diuiditur.

Quicquid Alexander & Thomas hîc afferant, censeo Aristotelem in hac
particula, alterã sui quęsiti partẽ expedire. Quęritur an passiones istæ, infinitè
secẽtur sectione continui in partes. Respondet, primùm passiones istas per se
continuas nequaquam dici, cùm continuitatis ratio non nisi in magnitudine
& per se subsistenti spectetur, sed per accidens, quatenus nempe in continuo B
hæret. Quapropter per accidens iuxta diuisionẽ sui subiecti cõtinui, diuidi in
partes infinitè posse (infinitè nempe continuum ipsum secabile est) quanuis
per se nõ nisi in species finitas formaliter secari antea fuerit explicatum. Hæc
paucis Arist. ideóque subobscurè: ob id nimirum, vt existimo, quoniam alibi
hæc copiosius sint pertractata, & hîc eatenus ista attingenda fuerint, quatenus
aditum ad tertiam quæsiti præcipuam partem explicandam suppeditarent.
In verbis sunt quædam expendẽda. (Infinita quidem inæqualia). Exponitur
quomodo continuum ipsum per se infinitè secabile, & non secabile dicatur.
Pro qua re animaduertẽdum, Nullam dari magitudinẽ actu infinitam,
vt ex tertio phy. & priori vol. de cęlo, liquet: finitam itaque magnitudinem in
finitè secabilem potestate tantùm non actu dici: potestate inquam non sic,
vt interdum actu esse queat, quomodo æs statua est potestate, sed vt dies &
ludus dicuntur potestate cùm sunt, id est, in successione quadam: Cõtinuum C
nanque è continuis constat, quare & in continua diuiditur, siquidem in ea diuidi
tes nata est, è quibus est orta. Cùm igitur continuum omne in continua
diuidatur, magnitudóque sit quiddam continuũ, fit vt magnitudinis diuisiones
non cessent, omníque magnitudine finita, alia minor esse possit, vt in tertio
de phy. ausc. docemur. Diuisiones autẽ istæ continui simul non fiunt, sed
altera post alteram, sempérque alia efficienda remanet (hoc enim infinitæ sectionis
ratio exigit). Atque hic fit, vt infinitum indiuisione potestate dicatur
non actu, nisi actu id dici quispiam velit, eo modo quo dies & ludus, quæ duo
actu non sunt, quia simul totus sit dies, aut totus actu ludus, sed quòd pars ludi
fiat, aut diei pars sit, reliquis succedentibus partibus. Atquî infinitum hoc potestate,
in diuisione magnitudinis, quomodocũque diuidendo, non habetur. D
Sed tantùm si τῷ αὐτῷ λόγῳ, id est eadem proportione diuisiones fiant; hîc εἰς ἄνισα
sectiones vocat, sed eodem vterque sermo recidit. Nam si diuidendo partes sumas
in eadem proportione, hoc est, quæ eãdem ad totam quæ remansit, magnitudinem,
habeant proportionem, quam prima pars sumpta, ad totam initio
habebat, inæquales partes, & perpetuò, minores assumes. Veluti si ex magnitudine
decem cubitorum, partem auferas decimam, & sic deinceps magnitudinis
eius quæ remanet, partem decimam auferas, eandem proportionem
seruas, partésque inæquales efficis: quò etiam fit, vt sectio in infinitum
possit abire, cùm pars decima ab eo quòd manet, semper possit auferri. At si
εἰς τὰ ἴσα diuidas, id est, si sumas partes æquales mole magnitudinis, ei quæ primùm
sumpta est, finem habebit necessariò, Sectio. Nam si ex magnitudine
decem cubitorum, æqualem semper partem ei quæ initiò sumpta est auferre
velis

A Velis(puta cubitum semper vnum)noua diuisione ad postremam diuisionem pernenies:quòd si decimum detrahas cubitum, iam magnitudo tota consumetur.Illud insuper animaduertendum est,cùm dicimus continuum infinitè diuiduũ esse,id ratione materię cùm qua est,inquã materię,vt ens est & quatũ continuũ,non vt hanc maiorem;& illam minorem formam appetit esse intelligendum.Hîc quæri à nonnullis solet.An verum sit,continuũ esse id quod infinitè diuiduum sit,cùm alibi vt in Categoriis,in priori vol. de cælo,& in 5. metaphy. alio modo definiri videatur: præterea an corpus continuum verè possit infinitè secari.Cæterùm quoniam neque in hac particula continuum ꝓpriè definitur,ac vix duo aut tria verba alterius instituti gratia de ipso habẽtur,ab vtraque quæstione declaranda,dissoluendáque supersedere æquum esse ducimus:priorémque in loca citata,posteriorem vero in tertium de Physica ausc,aut in primum de cælo reiici oportere.Tantùm scrupulus est euellendus,qui præteriri non potest,Quomodo enim continuum infinitè diuiduum
B potestate dicimus,si potestas ista nũquam in actum queat exire? certè frustrà, vt priori de cælo contex. 32. liquet, quod est absurdum dictu . Quicquid Zimara, & alii de actu perfecto & imperfecto, de potestate naturali, & logica, de simultate item potestatis,& potestate simultatum ex Auerroe sec. de ortu & inte.cont.9.afferant,mihi in hunc modũ quæstionẽ explicari summopere placet. Docet Arist.alibi.Rationẽ Infiniti in eo esse positã, vt aliud perpetuò & aliud sumatur,sempérque maneat aliquid sumendũ,nunquã verò totum sit sumptũ:imò verò si diuidamus,diuidere infinitè liceat,aliámq; semper & aliã diuidere partem:quocirca vocat infinitum potestate,ὡς ὕλην. Hæc nanque omnium quidem formarũ capax est,& potestate omnia fieri potest, sed tamẽ non simul,& quatenus habet aliquas formas eatenus actu esse dicitur: quatenus verò alias respicit,potestate.Itaque dicimus magnitudinem esse potestate infinitè diuiduam,& cùm ratio,seu essentia infiniti , in eo consistat, quod
C à nobis proxime fuit expositum, tunc actu infinitè diuidi magnitudinem censeri, cùm noua pars ita sumitur, vt altera tamen adhuc sumenda remaneat.

Ἐπεὶ οὖν τὰ μὲν ὥσπερ εἴδη λεκτέον, ὑπάρχει δὲ συνέχεια ἀεὶ καὶ ἐν τούτοις, ληπτέον ὅτι τὸ δυνάμει καὶ τὸ ἐνεργείᾳ ἕτερον, καὶ διὰ τοῦτο τὸ μυριοστημόριον λανθάνει τῆς κέγχρου ὁρώμενον, καίτοι ἡ ὄψις ἐπελήλυθε, καὶ ὁ ἐν τῇ διέσει φθόγγος λανθάνει, καίτοι συνεχοῦς ἀκούει τοῦ μέλους παντός. τὸ δὲ διάστημα τὸ τοῦ μεταξὺ πρὸς τοὺς ἐσχάτους λανθάνει. ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις αἰσθητοῖς τὰ μικρὰ πάνυ. δυνάμει γὰρ ὁρατά, ἐνεργείᾳ δὲ ὅταν χωρισθῇ. καὶ γὰρ ἐνυπάρχει δυνάμει ἡ ποδιαία τῇ διπόδῃ, ἐνεργείᾳ δ' ἤδη διαιρεθεῖσα. χωριζόμεναι δ' αἱ τηλικαῦται ὑπεροχαί, εὐλόγως μὲν ἂν διαλύοιντο εἰς τὰ περιέχοντα.
D ὥσπερ εἰ καὶ ὁ ἀκαριαῖος χυμὸς εἰς τὴν θάλατταν ἐκχυθεὶς ἦν. οὐ μὴν ἀλλ' ἐπειδὴ ἡ τῆς αἰσθήσεως ὑπεροχὴ οὐ καθ' αὑτὴν αἰσθητή, οὐδὲ χωριστή (δυνάμει γὰρ ἐνυπάρχει ἐν τῇ ἀκριβεστέρᾳ ἡ ὑπεροχή) οὐδὲ τὸ τηλικοῦτον αἰσθητὸν χωριστὸν ἔσται ἐνεργείᾳ αἰσθέσθαι, ἀλλ' ὅμως ἔσται αἰσθητόν. δυνάμει τε γάρ ἐστιν ἤδη, καὶ ἐνεργείᾳ ἔσται προσγενόμενον.

89 Quoniam igitur passiones istæ veluti species appellandæ sunt, in quibus continuitas quoque semper inest,ponendũ est,id quod est in potestate & quod est in actu nõ idẽ esse.Quò fit vt decies millena grani milii pars sub aspectum non cadat, quanuis cernatur . Et qui in Diesi

ſonus latet quamuis tota cantio cum continua totum ipſum ſit, exaudiatur. Diſtantia autẽ quæ inter extrema clauditur, fugit. Itẽ cætera ſenſilia, admodũ exilia ſe habent. poteſtate ſiquidẽ cernũtur actu vero cùm fuerit ſeiũcta. Poteſtate nanque pedalis linea in bipedali ineſt, actu verò cùm iã ſe gregata eſt. Seiunctæ autem, tales exuperantiæ, ob nimiam exilitatem meritò in continentia reſoluuntur, vt ſi minimus ſapor in mare effundatur. Cæterum quia ſenſus exuperantia per ſe, atque ſeiuncta, inſenſilis eſt (exuperantia nanque poteſtate in exquiſitiori ineſt) ideo huiuſmodi ſenſile ſeparatum actu ſentiri non continget, verùm nihilominus erit ſenſile, poteſtate ſiquidem iam eſt, actu futurum cùm acceſſerit. A

Soluit in hac particula, tertiam & potiſſimam quæſtionis partem. In primis autem iis paucis repetitis quæ proximè expoſuit, duo ad hanc rem aperiẽdam vtilima colligit atque ſupponit, &: vnũ quidem ipſe proponit: alterum ex ſuis verbis nobis colligendum relinquit. Cùm igitur, ait, paſſiones iſtas in ſpecies diuidi oſtenderim (μὴ καθ' αὑτὸ, tamẽ, ſed quatenus in continuo hærent) vnum ponendum eſt, iſtas nempe ſpecies, ſeu partes, duobus modis conſiderari, quatenus nempe poteſtate, & quatenus actu Senſiles dici poſſunt. Alterum quod poni oportet, illud certè eſt: partes iſtiuſmodi ſenſiles, vel qua μικρὰ πάνυ ſunt, id eſt, in minima pellendi ſenſus efficacia quam poſſint habere, vel qua ὑπεροχαὶ, id eſt, in exilitatis exuperantia: ita vt ſeiunctæ à toto ſubſiſtere nequeant. Spectari eſſe priores Latini, actu partes vocant: facultate partes, poſteriores. His poſitis, ita videtur ſtatuere: partes iſtæ paſſionum ſenſilium minimæ in continuo ipſo poteſtate certè ſentiuntur. Nam viſus puta albedinem conſpiciens, ab illa albedine actu, vt quoddam totum eſt, non ab hac vel illa eius parte tantùm afficitur terminatúrque. Idcircóque Ariſt. ait: Decies millena milii pars non cernitur, licet totum ipſum milii granum quo decies millena illa pars continetur, conſpici queat. Item Simphoniam quidem vnam totam ex multis conſonantiis in ſono conflatam, audiet quis, non tamẽ particulare, quodlibet, minimumque illius Symphoniæ diſcrimen, puta Diæſim percipiet: facultate quidem fortaſſe, quatenus nempe in continuatione illa Symphoniæ continetur, non tamen actu, niſi cum ſeparata atque extra continuationem exaudiatur. Exemplo ſit nobis, quòd lineam pedalem in bipedali ineſſe affirmare ſolemus, poteſtate nimirum, cum ſeparata tamen actu quoque exiſtat. At ſi exuperantias iſtiuſmodi, id eſt, partes quæ in exceſſu exilitatis ſunt, quis ſumat, eáſque ſeparatim & non vt partes continentis, ſpectare velit, ita vt actu illas ſeiungas, non ampliùs conſpicuæ ſunt. Deuenire nanque oportet diuidẽdo ad minimum album, minimúmque ſapidum: Quòd ſi vlterius ſeces, neutiquam permaneat ſed in continens reſoluatur, puta aerem vel aquam, quemadmodum ſi quis in mare ſeu multam aquã aliquantulum ſucci ſapidi infundat, is certè ſuccus naturam propriam non ſeruabit: quinimo euaneſcens in naturam & vim aquæ conuertetur. Quò fit, vt cõcludatur iſtiuſmodi ὑπεροχὰς αἰσθητὰς queque nõ niſi à fcultate ſenſum etiã acerrimũ & exquiſitũ pellere aut afficere queũt: ſeparatas, ſenſiles non eſſe niſi facultate, & tũc actu effici cùm toti, vel alteri cupiã adiũgantur, atque accumulentur. Hæc vna vt ſimpliciſſima, ita veriſſima huius contextus interpretatio eſſe, mihi videtur. Quæ ſi nonnulla verba ſubabſtruſa in contextu poſita, paulò exquiſitiùs explicemus, planior adhuc reddi poterit. (In quibus cõtinuitas

B

C

D

A tinuitas quoque semper inest)quia sunt in cõtinuo, (Veluti species)ita proximè illas vocauerat,impropriè tamen cùm partes potius appellandæ fuissent: nam & hoc nomen, Secta continui in quo ista πάθη hærent,sortita sunt.(Ponẽdum est).Distinctio nota,cùm ipsam ad naturalis Philosophiæ quæstiones dissoluendas vbique ferè adhibeat Aristoteles,Hîc refertur ad sensile actu,& potestate sensile,quanuis nonnulli ad partes continui potestate, nempe quæ in toto solummodò subsistunt,& partes continui actu, quæ seorsim etiam subsistere queunt,referri velint:Omnia eodem recidunt,vt intelligenti patet: dilucidior tamen,& verbis Arist. accõmodatior est sententia nostra, statim nanque de sẽsili actu, potestateq; sensili verba facit.(Et qui in Diæsi). In sono quã maximè (respectu aliarũ qualitatũ)ratio cõtinuitatis appatet:in sono inquam cantionis Musicæ,cuius mensurã,tempus esse,sat constat.Pro intelligentia verò eius quod Arist. hîc δίεσιν vocat,consulatur Boetius,li. priori suæ Musices ca.1.& li.3.ca.1.8.Sat sit nobis in præsẽtia Diæsin,nil aliud esse quàm dimidiũ
B semitonii, id est, quartam Toni partem,principiúmque soni apud Musicos, veluti punctum lineæ apud Mathematicos propemodum haberi.(Interuallum).Genus est Diæsis,vt ex capite primo eiusdẽ primi Boetii, & octauo tertii patet.(Potestate nãque pedalis linea) In linea bibedali cõtinetur pedalis non actu sed facultate:etenim tota actu bipedalis est,at si diuidatur actu pedalis efficitur. Possent ista confirmari per quartam propositionem libri prioris ele. Euclidis. (Separatæ autem tales exuperantiæ). Si spectemus quæ Aristoteles in sec.de an. contex.100,& 123,item 3. eiusdem tract.67, & 68 tradit, nomine exuperantiæ non nisi sensile vehemens, & quod maximam afficiendo sensui efficaciam habeat, intelligemus: atqui certe hîc è contrà est accipien-
C dum,nempe partem illam minimã quæ in diuisione superesse dicitur, & quæ ad sensum pellendum, nullius est efficaciæ.(Exuperantia nanque potestate, in exquisitiori inest).Ni fallor, probatio est à maiori, ac si ita ratiocinetur, Exuperãtiæ istiusmodi,respectu quoque exquisiti sensus facultate sensiles sunt: quò ergo magis respectu sensus minus exquisiti?Sed quæritur quónam modo Aristoteles,hac quæstionis explicatione posita & stabilita ad partium aduersantium argumenta respondere queat. Vt huic quæsito commodius satisfiat paucis tota Philosophi sententia repetenda est. Quæritur an effectiones sensiles infinitè diuiduæ sint.Respondetur,Si per se spectentur,quatenus nempe diuisione generum in species,secantur,infinitè non diuidi: si verò quatenus in continuo sunt,iuxtáque illius diuisionem secantur,potestate quidem in in
D finitum abire,ita vt minor queque,& adhuc illa minor,sensilis in toto ipso sit, non tamen actu,id est, separata,cùm hoc modo ad quasdam partes secãdo deuenire necesse sit: quæ si vlterius secentur,euanescunt,atque in continens resoluantur.Quibus statutis ad argumentationem prioris partis dicendum est, sensum,& sensionem eodẽ modo diuiduam infinitè esse,quo ipsa πάθη sensilia, nos libenter concedere: facultate nimirũ, Ideóque quamuis ad partes adeò minimas,vt sensum actu fugiant,deueniendũ in diuisione sit,istas tamẽ facultate sentiri,quatenus nimirum aliis accedentes sensum pellere queunt. Magni verò interest(vt hoc obiter non prætereundũ tamen doceamus)Magnitudines qualitatũ omnium expertes,& insẽsiles actu,seorsimque subsistẽtes dare,ex quibus coeũtibus aut inuicẽ superimpositis sensile quid efficiatur(quod Democ. aliisque placuit(& magnitudinẽ date cũ aliqua quidẽ affectione sensili ratione sui,adeò tamẽ exili atque exuperante,vt ratione exilitatis non sentiatur.Imò de hoc ipso minimo in 1.de phy.ausc.cõt.36,&37.aduers⁹ Anaxag. loquut⁹ est. Sẽper autẽ illud retineatur,tã cõtinuũ quã cõtinui affectiones seu qualitates infinitè diuiduas potestate tamen solũmodo ex Arist. sentẽtia dici.

Hæc Alexander. Ad partis item alterius argumenta dicendum est: Nullo
modo iuxta Aristotelis determinationem sequi: Corpus aliquod insensile A
ex insensilibus, & mathematicis constitui, aut incognitum esse: nam par-
tes istas passionum sensilium, actu sensiles esse fatemur, cùm tori sunt ac-
cumulatæ, potestate, cùm seorsim sumuntur, licet tunc qualitatibus etiam
sint affecta: atquì in istiusmodi exuperantias totum non nisi potestate diuidi
potest. Ioannes Gand. hîc nos vrget, quærens quomodo fieri queat, partem
millenam grani milii, in grano posse conspici, non separatam, cùm eius-
dem naturæ seorsim sit, atque coniuncta, sed facilè resistitur: nam partes il-
læ seorsim sumptæ essentialiter quidem eiusdem sunt naturæ, cùm sensi-
li qualitate sint affectæ, eandem tamen operationem non habent, cum ob
suame xuperantem exilitatem sensui afficiendo & pellendo nisi accessione a-
liatum partium iuuentur, nequaquam aptæ sint. Sentiendi etenim vis, quæ
à forma naturali, suúmque esse in indiuiduo habente, tanquam à suo funda- B
mento fluit: determinatum gradum habet, neque infinitè abire sua effi-
cacia potest. Posttemò illud animaduetti cupio, partes quas Atistoteles τὰ
μικρὰ πάνυ appellat, potestate in toto conspicuas esse affimari, seorsim verò actu,
quas verò ὑπερεχὰς appellat, seorsim potestate sensiles, coniūctas verò actu. Hęc
habuit (ni fallor) nō vt Mathematicos pūgeret, (quod Thomæ placuit) sed vt
discrimen inter partes minimas sensiles, & exuperantias qualiratum sensi-
lium declararet, starúmque in sectione ipsarum quatenus sensum pelle-
re aptæ sunt, poneret: Nihil præterea sibi inuicem ista repugnant, vt intelli-
genti patet. Quare valeant, qui discrimen hoc assequi, sensúmque Aristotelis
(alioquin non obscurissimum) agnoscere in hac parte non potuetunt: valeant
item Latini, qui Sophistam agentes, cum Calculatore in tractatu de primo &
postremo instanti asserunt, minimum visile non dari, ex Aristotelis sententia,
licet maximum non visile libenter admittāt. Valeant inquam hi. quum Ari- C
stot. in hoc cont. ens (vt ita dicam) positiuum, non priuatiuū ponat: quod mi-
nimam ad pellendum sensum vim habet: itémque sec. de an. cont. 41. doceat,
omnium natura constantium, maximum & minimum, certámque magnitu-
dinis & paruitatis rationem esse. Declaro: omnis forma naturalis, vt agat cer-
tam quādam determinatamque exigit quantitatem. Neque enim caliditas in
puncto, quicquam aget. Idem de arte dicendum est, quandoquidē instrumen
torum suorum staturam habeat magnitudinē, præter quam nil agere queat.
Obiiciet fortasse aliquis, cur nam Arist oteles minimum tātùm sensile huc in-
uexit, non maximum. Respondendum est, non vt præstantiam sensus indica-
ret (quod multi putant) sed quoniam de diuisione qualitatum, non de earū ac
crectione verba faceret, quæ sanè minimum versus tendit. Hūc accedit, Mini-
mum sensile ex parte potius sensilis quodammodo dari, quatenus nempe i-
psum minima pellendo sensui efficacia est: Maximū verò, ex parte tātùm sen D
sus qui maius aliud sensilē sustinere nequit: quod tamē ipsum ex se afficiendo
sensui valde aptum est.

Ὅτι μὲν οὖν ἔνια μεγέθη καὶ πάθη λανθάνει, καὶ διὰ τίν' αἰτίαν, καὶ πῶς αἰσθητὰ, καὶ
πῶς οὔ, εἴρηται. ὅταν δὲ ἤδη ἐνυπάρχῃ οὕτω τοσαῦτα, ὥστε καὶ ἐνεργείᾳ αἰσθητὰ εἶναι, καὶ μὴ
μόνον ἐν τῷ ὅλῳ, ἀλλὰ καὶ χωρὶς ἢ πεπερασμένα, ἀνάγκη εἶναι τὸν ἀριθμὸν, καὶ χρώματα,
καὶ χυμοὺς, καὶ φθόγγους.

Quòd itaque magnitudines quædā & affectiones sint, quæ sensū latēt,
& quam ob causam, atque vt sentiri, & non sentiri queāt, dictū est. Cùm
autem iam tantæ inerunt alicui, vt actu sensiles sint, & nō modò in toto,
verùm

A verùm seorsim quoque existãt, necesse est: hæc colorem, inquam, saporẽ sonosque numero finitas esse:

Epilogum facit, quæstionis propositæ determinata capita repetens. (Quæ sensum latent). Egregiè notat Alexãder, hæc dici, ne videatur illorum sententia admitti, quæ corpora sensilia ex atomis insensilibus, nullámque passionem aut qualitatem in seipsis habentibus, constitui putauit. Habent itaque minutæ istæ partes sensiles passiones: sed exiliores quàm par sit, ad sensum per se afficiendum. (Et quam ob causam). Ob nimiam nempe exilitatem, idcircóque exuperantiæ istiusmodi, εἰς τὰ περιέχοντα euanescunt. (Atqui vt sentiri & non sentiri). Partes quæ secundum se seorsim possunt existere, actu separatæ, potestate seiunctæ conspiciuntur: veluti Diæsis in Symphonia, econtrà exuperantiæ illę sensiles: separatæ siquidẽ potestate tantùm sunt visiles, tũc actu reddũtur, cum alteri accedũt, vel accumulãtur. (Cũ autẽ). Est ista perbreuis cõclusio, ad

B quæstionis dissolutionẽ clarius explicãdã, in hoc epilogo addita. Hęc est autẽ (ni fallor) illius sentẽtia: Quęsitũ est, an affectiones sẽsiles, cùm iuxta diuisionẽ continui diuidantur, sint infinitè secabiles: ita vt actu sensiles maneãt. Respõdetur, duobus positis quę superius exposita sunt: nẽpe partes tantùm illas actu sensiles dici, quæ seorsim quoque à toto sentiri queunt: præterea, continuũ, si in partes quæ seorsim queãt existere, diuidatur, nequaquã infinitè secari: Respondetur, inquã, τὰ πάθη ista sensilia, si nõ modò in toto verũ etiã seorsim cõspicua esse debeant, necesse est, ipsa finitè, & nullo modo infinitè secabilia esse.

Ἀπορήσειε δ' ἄν τις, ἆρ' ἀφικνοῦνται ἢ τὰ αἰσθητά, ἢ αἱ κινήσεις αἱ ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν, ὁποτέρως ποτὲ γίνεται αἴσθησις, ὅταν ἐνεργῶσιν εἰς τὸ μέσον πρῶτον, οἷον ἥ τε ὀσμὴ φαί-

C νεται ποιοῦσα καὶ ὁ ψόφος. πρότερον γὰρ ὁ ἐγγὺς αἰσθάνεται τῆς ὀσμῆς, καὶ ὁ ψόφος ὕστερον ἀφικνεῖται τῆς πληγῆς. ἆρ' οὖν οὕτω καὶ τὸ ὁρώμενον καὶ τὸ φῶς; καθάπερ καὶ Ἐμπεδοκλῆς φησι, ἀφικνεῖσθαι πρότερον ἀπὸ τοῦ ἡλίου φῶς εἰς τὸ μεταξύ, πρὶν πρὸς τὴν ὄψιν, ἢ ἐπὶ τὴν γῆν. δόξειε δ' ἂν εὐλόγως τοῦτο συμβαίνειν. τὸ γὰρ κινούμενον κινεῖται πόθεν ποῖ, ὥστε ἀνάγκην εἶναι τινὰ χρόνον ἐν ᾧ κινεῖται ἐκ θατέρου πρὸς θάτερον. ὁ δὲ χρόνος πᾶς διαιρετός. ὥστε ἦν ὅτε οὔπω ἑωρᾶτο, ἀλλ' ἔτ' ἐφέρετο ἡ ἀκτὶς ἐν τῷ μεταξύ.

91 Dubitauerit autẽ aliquis, An vel sensilia ipsa, vel motiones à sensilib⁹. profectæ, (quocũque modo sensus efficiatur) ita perueniant, vt primùm in mediũ agant, veluti in odore & sono fieri animaduertitur? Etenim qui proprior est, prius odorẽ percipit: præterea post ictũ sonus exauditur. Visile ergo ne, ipsúmque lumẽ hoc eodẽ se habent modo? vt Empedocles af-

D firmat, lumen à sole prodiẽs, prius ad mediũ quã ad visum aut ad terram peruenire? Quod quidẽ nõ præter rationẽ accidere existimatur. Cũ quæ mouentur, alicũde aliquo moueãtur, ideóque tẽpus quoddã intercedere necesse sit, quo ab vno ad alterũ moueãtur. Atqui tẽp⁹ omne secabile est. tempus igitur aliquod fuit, quo radius non cernebatur, sed adhuc per medium ipsum ferebatur.

Secunda quæstio discutienda: An scilicet sensilia prius Medium pellant atque afficiãt, mox Æstheteriũ: an vtrúmque simul. vnde verò huius quęstionis ꝓponẽdæ occasio sumi potuerit, si quis ea quæ de Æstheteriis antea exposita sunt in memoriã reuocet, facilè nosse poterit. Hîc verò ab illis dissẽtio, qui quęstionẽ hãc ad tres tãtũmodo sensus restrĩgũt, visum, nẽpe, auditũ & olfactũ

cum tamen sit vniuersalis, id est, ad omnes sensus pertineat: alioquin enim,
Gustum & Tactum absque medio effici, dicere videremur, quod Aristotelis A
doctrinæ repugnat. Argumentatur itaque Philosophus ex vtraque parte, pri-
múmque, obiectum in medium prius agere, exemplo, authoritatéque, mox e-
tiam ratione demonstrat. Et quárum ad exemplum, affert sensus in quibus id
perspicuum magis esse videtur, olfactum nempe & auditum, olfacimus nan-
que prius vicinum odorem, quàm remotum, ergo in tempore: ergo primùm
afficitur medium ab obiecto, mox ipse olfactus. Si nanque secus esset, odor re-
pente nares peteret, & tam cominus quàm eminus olfacientes eodem tem-
poris interuallo afficeret. In auditu item se res habet, ictus vnà cum sono effi-
citur, neque enim disiungi queunt: si quis tamen paulò distantior maneat, i-
ctum prius conspiciet, mox sonum audiet. Patet hoc, & vnusquisque id po-
tuit multoties experiri. De coruscatione, quæ quod ad generationem atti-
net, tonitruo posterior est, prius tamen sentitur, eandem Aristoteles alibi
sententiam tulit. Hæc in summa indicant, species olfactiles & audibiles, B
per medium aliquo temporis interuallo prius ferri, quàm sentiantur. Quæ-
rit deinceps an idem visui accidat. Statuit authoritate Empedoclis, visile ea-
dem prorsus conditione visum afficere. Ipse nanque ait, Lumen à sole profi-
ciscens, ad medium peruenire, id est, medium prius afficere, antequam ocu-
lum vel terram attingat, acsi diceret, illuminationem successiue fieri. Addi-
tur demonstrans ratio, qua authoritas quidem Empedoclis imprimis stabi-
litur, ad quoduis tamen sensile potest accommodari, Omnis (ait) motus fit in
tempore, hoc est, successiuè, illuminatio est motus, ergo fit successiuè, ergo vi-
sile prius medium pellit quàm visum. Propositio alibi exposita est, nempe in
quinto de physica auscultatione contextu tertio & septimo. Omnis (in-
quit) μεταβολὴ est ex quodam in quiddam: declarat autem hoc, nomen μεταβολή:
siquidem μετ' ἄλλό τι post aliud aliquid, & hoc quidem prius significat, illud po- C
sterius. Confirmari insuper potest definitione ipsa motus. in tertio eiusdem
tractat. posita. Etenim si motus sit actus mobilis, eo quòd mobile, successio-
nem in motu habeat, necesse est: secus nanque non κίνησις, sed potius κινούμενον ἦν
diceretur: & iure, quandoquidem quod mouetur, prius est in termino à quo
quàm in termino ad quem: ergo prius in medio, quàm in fine: ab vno nan-
que ad alterum extremum absque medio transire non licet, alioquin siqui-
dem, mutationem momentaneam cõcedere, simúlque moueri, & motum es-
se aliquid, fateri cogeremur. Accedit temporis definitio, in quarto, contextu
101. ab eodem Philosopho posita: Est enim motus mensura, secundum
prius, & posterius. Assumptio probatur, quandoquidem illuminatió altera-
tio quædam est, ergo inter contrarios efficitur terminos, ergo visile non po-
test esse simul in termino à quo & terminum ad quem: quia sic in contrariis D
terminis simul reperiretur, ergo per medium transit. Si excipias, illuminatio-
nem, motum esse localem, idem & magis erit affirmandum. Semper enim
tempus in motione aliquod intercedat necesse est ὁ δὲ χρόνος πᾶς διαιρετός. Quo-
modo contextum distribuere queamus hac nostra explicatione constat.
(ἢ τὰ αἰσθητὰ ἢ αἱ κινήσεις αἱ ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν). Prior pars. in qua quæstio proponitur. O-
mnes Alexandrum sequuti, censent Aristotelem in hac parte, non modò ad
propriam de modo sensionis producendæ sententiam, in quæstione pro-
ponenda se restringere, verùm etiam aliorum opinionem de huiusmodi
recomplecti, vtpote que eandem patiatur ambiguitatem. Idcircóque illud
τὰ αἰσθητὰ interpretantur sensilia, seu sensilium species: illud verò αἱ κινήσεις ἀπὸ
τῶν αἰσθητῶν, interpretantur corporea defluuia, ab obiecto ad oculum in visione
disce-

A discedentia. Hoc Democritus, illud Aristoteles docuit, vt superius expositum est. Sed sanè explicatio ista tandiu retineri non debuit. Ea nanque posita frustra Philosophũ ac temere Quæstionem huiuscemodi proposuisse asserendum esset. Cui nanq; dubium, Corporea illa defluuia cùm corporea sint, quibus per se localis motus conuenit, in medium prius quàm in Æstheterium agere debere? Monuimus antea, Motum localem à termino in terminum esse, id est, ab extremo ad extremum, quandoquidem termini motus sunt ipsius extremitates: ergo per medium fieri, (extrema nanque sunt inter quæ aliquid intercedit, nec simul manent) ergo prius ad medium quam ad Æstheterium peruenire: patet ex quinto de phys. ausc. cont. 22. vbi medium motus ita definitur, vt sit id quod agens & mutans aptum natum sit prius attingere, afficetéque quàm extremum. Decepti autem sunt isti (ni fallor) primùm eo, quòd Aristoteles κινήσεως ἀπὸ τῆς αἰσθήσεως nomine vsus fuerit, mox alio, quòd verba illa
B addiderit ὁποτέρως ποτὲ γίνεται αἴσθησις. Sed nihil ista nos turbent, aut cogant nos affirmare Aristotelem hîc à seipso discedere, & ad aliorum sententias se accommodare, cùm id vix audeat alicubi facere, nisi antequam veritatem, ac germanam rei sententiam explicauerit. Iam Democriti sententia hoc ipso in libello explosa est, quorsum itaque iterum ipsa abuti? per κινήσεις ergo, non defluuia, sed actionẽ ipsam Sensilis in Sensum intelligamus, in secundo de anim. cap. 5. & cont. 123, sentire ipsum, seu actionem ipsam Sensilis in Sensum, κίνησιν appellat: superius item in cap. de æstheteriis, loquens de visu ait, ἢ διὰ τοῦ μεταξὺ κινήσεως ἐστιν ἡ ποιοῦσα τὸ ὁρᾶν. & in cap. de colore, aduersus Democritũ & Leucippum, ὥστ᾽ εὐθὺς κρεῖττον φάναι τῷ κινεῖσθαι τὸ μεταξὺ τῆς αἰσθήσεως ὑπὸ τοῦ αἰσθητοῦ γίνεσθαι τὴν αἴσθησιν. Sensilia ergo (inquit) vel sensilium motiones: & non absq; re: dubium nanque est, an actio Sensilis in Sensum idẽ quod Sensile sit: & an Sẽsio propriè à sensili produ-
C catur, an ab illi^9 actione: quæ disquirere, atq; statuere ad libros de anima pertinet. Hûc itẽ refero verba illa ὁποτέρως ποτὲ γίνεται αἴσθησις. licet ad sequentis contextus sententiam, optimè quoque possint accõmodari. (Primùm in medium agat). Prioritas tẽporis quæritur non naturæ: de hac enim nullum dubium est, quin obiectum prius medium sua specie afficiat, mox ipsum Æstheterium seu sensum. (Veluti in odore & sono). Quæstio (vt monui) locum habet in omnibus sensibus: omnes siquidem per medium efficiuntur: quod medium ab organo sentiẽdi differre, sat suprà ostensum est: proponitur tamen olfactus & auditus tantùm, quia cũ medio extremo vtãtur, medium prius quàm Æstheterium affici in ipsis magis constat. (Etenim qui proximior). Secunda pars. (Visile ergo ne). Videtur Arist. de visu tantùm agere, non de aliis, in quo multi lapsi sunt: sed agnoscendum est iam tandem, in visu rem non ita perspicuã
D esse, idcircóq; seorsim de ipso dubitationem afferri. (Vt Empedocles). Tertia pars quæ authoritatẽ continet. (Quod quidem non præter rationem). Postrema: & integram Quæstionis partem, ratione muniens. Sed exoritur quæstio, eò quòd Philosophus doceat motum omnem in tempore esse: nam neq; sine eo esse, neq; sine eo potest intelligi, cùm præsertim Auerr. in 12. metaph. com. 29. dicat Tempus vel idem esse quòd motus, vel aliquam motus passionem: idem octauo de phy. ausc. 10. Oppositum tamen docere videtur idem Auerr. quarto de phy. ausc. com. 97. vbi docet, Tempus sine motu intelligi non posse, (& hoc rectè siquidem per motum definitur, & differentiæ tẽporis constitutiuæ sunt prius & posterius, à quorum vno ad alterum sine motu transiri nequit). Motum tamen sine tempore imaginatione concipi posse, cum tempus quod ipsi accidit, natura præcedat. Zimara repugnantiã tollit, duplicem abstractionem proponens, vnam quæ formatio, alteram quæ fides ab Auerr.

appellatur: illa efficitur in prima intellectus operatione: hæc in secunda. In A priori abstractione potest considerari prius, relicto posteriori, ex Auerr. duodecimo metaphy. com.39. cùm ait, Intellectum aptum natum esse seiungere quæ non sunt reipsa seiuncta: Quocirca cùm tempus non constituat essentiam motus, sed potius motui accidat, Mens absque mendacio motum à tempore seiungere seu abstrahere potest. In posteriori abstractione, cùm verus motus sine tempore esse nequeat, motum à tempore, seu tempus à motu seiungere, peccatum esset. Sed tollatur à nobis hæc repugnantia facilius. Arist. in eo cōt.97. docet. Motum sine tēpore esse, accidere posse, cùm scilicet mutamur quidem, mutationem tamen non animaduertimus. Exemplo sunt illi, quos fabulæ ferunt in Sardo insula apud Heroas dormire, quibus, etiam si longissimum tempus dormiant, cùm nullius mutationis sensum, quandiu dormiant, habeant, nullámque animo mutationem versent: tempus nullum B cùm à somno fuerint excitati, præteriisse videtur. Hæc ita confirmantur, quandoquidem si humana species è natura tota tolleretur, motus nihilominus maneret, tempus verò nullum esset, si vera sunt quæ Aristot. in quarto physico. contr.98, & 100. & Auerr. in disp. aduersus Alga. p. in sol. dub.15. tradiderunt: Tempus nempe Animæ opus esse.

Καὶ εἰ ἅπαν ἀκούει ἅμα καὶ ἀκήκοε, καὶ ὅλως αἰσθάνεται καὶ ᾔσθηται, καὶ μή ἐστι γένεσις αὐτῶν, ἀλλ᾽ εἰσὶν ἄνευ τοῦ γίνεσθαι, ὅμως οὐδὲν ἧττον. ὥσπερ καὶ ὁ ψόφος ἤδη γεγενημένης τῆς πληγῆς, οὔπω πρὸς τῇ ἀκοῇ. δηλοῖ δὲ τοῦτο καὶ ἡ τῶν γραμμάτων μετασχημάτισις, ὡς γινομένης τῆς φορᾶς ἐν τῷ μεταξύ. οὐ γὰρ τὸ λεχθὲν φαίνονται ἀκηκοότες, διὰ τὸ μετασχηματίζεσθαι φερόμενον τὸν ἀέρα. ἆρ᾽ οὖν οὕτω καὶ τὸ χρῶμα καὶ τὸ φῶς; οὐ γὰρ δὴ τῷ πῶς ἔχειν τὸ μὲν ὁρᾷ, τὸ δὲ ὁρᾶται, ὥσπερ ἴσα ἐστίν. οὐδὲν γὰρ ἔδει πού ἑκάτερον εἶναι. τοῖς γὰρ ἴσοις γινομένοις οὐδὲν διαφέρει, ἢ ἐγγὺς, ἢ πόρρω ἀλλήλων εἶναι. C

92 Et si omne simul audit & audiuit, &, vt semel dicam, sentit & sensit, nulláque istorum generatio est, sed sunt absque hoc vt fiant, nihilosecus se habent, quàm sonus qui ictu facto, nondum ad auditum peruenit. Id item ostendit, literarum transfiguratio, ac si in medio translatio efficiatur. Nam quod prolatum est, minimè percepisse videntur, siquidem aer delatus transfiguratur. Num ergo color, & lumen ita se habent? Etenim non vtcunque habent: hoc cernit, illud cernitur, vt sunt æqualia. Nam vtrunque alicubi esse non oporteret. Æqualia siquidem, nil refert, proxima inuicem an longè distantia esse. D

Superius dixerat, quocũq; modo tandem sensus afficiatur, id semper verum esse videri, nempe Sensilia prius afficere medium quàm Sensum. Quod nũc copiosius explicat, ne quis fortasse respondens, Sensionem, seu actum sentiendi momento effici, atque indiuisibiliter in Sensu recipi, ita vt simul sit inchoatio actus sentiendi, perfectáque illius energia, argumentationem propositam eludere se posse existimaret. Neque enim (inquit Aristoteles) si in Sensu species Sensiles indiuisibiliter & absque motu recipiantur, aut Sensio momento efficiatur, totúmque suum esse simul habeat, ita vt simul quis sentiat & senserit: idcirco in medio quoque sine motu, species Sensiles recipi, sequitur. Alia nanque speciei Sensilis in medio, alia sensio-

rei seu eiusdem speciei in sensu ratio est. Quod vt ostendat, iterum affert, quæ
A mox de sono dixerat: percipimus siquidem prius ictum quàm sonum. Ad maiorem etiam confirmationem, loquutionem inducit, quam literarum transfigurationem appellat, quòd qui loquitur, varias linguæ suæ motu figuras in aere exprimat, seu potius aerem ipsum motibus variis figuret: hanc igitur transfigurationem, seu ἐνάρθρωσιν non æquè, propiores & remotiores percipiunt: hi nanque sonum quidem sentiunt, non tamen perfectam distinctámque vocis figurationem, vt qui propius audiunt. Hoc certè argumentum certissimum est, quo quis demonstret sonum medium prius pellere quàm sensum: quandoquidem qui cominus audit, medii vicem gerit, respectu illius qui eminus: quare si respectu eius qui ex remoto loco audit, sonus & loquutio, prius medium quam Sensum ferit, respectu quoque illius qui propius, ita res habebit. Idem euenit in colore & lumine: neque enim, in qualibet distãtia, sed in determinata: neq; vtcunque posita, sed in situ cõuenienti ista conspiciuntur.
B Quemadmodum nanque loquutio eminus auditur, absque tamen literarũ distincta transfiguratione, ita colorata absque vllo singularum partium discrimine à longe aspiciuntur. Quæ Aristoteles pro his, nempe colore & lumine attulit, subobscura sunt: Idcircóq; primùm illustranda, quibusdam ex quinto volum. metaphy. ca. 20. repetitis: mox singula expẽdenda. Duplex relatorum genus ibi Aristoteles proponit: Per se vnum, nempe quod ex natura sua huiusmodi est, & quocunque modo sit, rationem relati semper retineat. (Hoc genus, ratione sui fundamenti: in tres præcipuas species distribuit: in Relata secundum mensuram quantitatis, vt duplum, æquale simile, in Relata secundum actionem & passionem seu Qualitatem, vt omne actiuum, omnéq; passiuum: postremò in Relata secundum mensuram perfectionis, quæ in omni genere locum habent, veluti Sensile, scibile, intelligibile). Alterum per accidens, hoc est quod rationem relationis non à propria natura, sed ab altero, puta à genere, à denominante, ab accidente obtineat. Quæ omnia Auerr. in
C commentario his verbis expressit, Duplex est (inquit ille) relatorum genus, vnum quod relationem in substantia vtriusq; relati adeptum est: alterũ quod relationem, in vnius tantùm relati substantia, & in altero propter illud obtinuit. Sed redeo ad Relata per se: Tertia eorum species, ab aliis duabus non modò ratione fundamẽti differt, verùm etiã, quòd in illis vnumquodque correlatum ad alterum mutuò refertur, in hac verò nequaquam mutua ratio sit, vt Scotus & Thomas ex Alexandro annotarunt. Iudicantia nanq; (ait Alexã-der) id ipsum quod sunt, aliorum, id est, iudicatorum esse dicuntur, vt Sensus Sensilium, Intellectus intelligibilium, Iudicata, non item id quod sunt, iudicantium esse dicendum, non enim relata sunt, ea ratione quòd ipsa sint aliorum, sed quoniam aliud ipsorum est. Sensibile nanq; aliquid est, quia ipsius est sensus. Rationẽ huiusce discriminis egregiè Thomas lect. 17. explicauit, à cu-
D ius repetitione in præsentia supersedeo. Nunc ad rem. Constat ex his, Sensile & Sensum, in quibus ratio relationis vnius, pendet ab alio, non ita se habere, veluti alia aliarum specierũ relata, se habent. Nanque nisi sensile actu agat, & afficiat sensum, quanuis potestate sit ad sensionem producẽdam, relatio nullà mutua esse videtur. quid enim rei est colori cum oculo, nisi actu conspiciatur? Vt ergo Sensile ad Sẽsum referatur, ipsumq; attingat, certo quodam situ, certa item distantia opus est. Secus habent alia relata, pura æqualitatis, quæ in quouis situ, interualloque æqualia sunt, & cognoscuntur, quanuis vnum simile aut æquale, in Gallia (verbi gratia sit) in Italia alterum. Consulantur pro his, verba Alexandri in fine com. vbi ait: Non enim vt æqualia mutuam rela-

tionem habent, ita omnia se habent, quæ in quadã relatione versantur. Nam dextrum, læuum, pone, ante, sursum, deorsum, ab aspectu comprehenduntur A
seu aspectabilia sunt, non qua ratione ad aspectum referũtur, sed qua positionem quandam habent: aspectus siquidem, in relatis iis ponitur, quæ nõ modò relationem habent, sed positionem, actionem, atque distantiam, facultati sentiendi accõmodatam: quo sine, relatio illa pro nihilo habenda est: quare quamuis actio cernendi relationem quandam desideret, non tamen in ea versatur. Nunc verba explico. (Etenim non vt cunque habent). In Græco est. ὁ γὰρ δὴ πῶς ἔχειν. Ratio est, quia certa distantia & analogia inter Aspectum & Aspectabile exigitur, non ergo vtcunque posita, mutuam relationem habebũt (Vt æqualia) in quibus nil interest, an vnum æquale ibi, alterum alibi aut vbiuis positum sit: semper nanque & in quolibet interuallo vt æqualia agnoscentur, mutuáque relatio inter ipsa cadet. Non me latet alios, pro explicatione horũ verborum, sua quædam excogitasse. sed quàm bene & ad verba Philosophi quàm accommodatè, ipsi viderint. Nobis placuit Alexandrum sequi. Ad- B
damus illud, quod totius huius nostri sermonis causa fuit: Nempe, eo quòd in visione certa distantia certúsque situs desideretur, id perspicuè sequi: non eodem modo à propiori & remotiori speciem aspectabilis recipi: quò fit vt eadem ratione, concludi possit, colores & lumen medium prius afficere quàm sensum, qua de sono & odore antea idem conclusum est. Postremò animaduertatur, quod annotauit Alexander. Ea scilicet quæ nõ sunt æterna, quæque nascendo in lucem prodeũt, vel arte vel natura, non simul fieri & esse, sed orum eorum, substantiam seu subsistẽtiam eorundem præcedere: ita vt dum efficiantur, aliquid sui habeant quod effectum sit. Quæ verò non nascendo prodeunt in lucem, nullo interuallo temporis perfici, eiusmodique esse, vt simul fiant, & absoluta sint.

Ἢ περὶ μὲν τὸν ψόφον καὶ τὴν ὀσμὴν, τοῦτο συμβαίνειν εὔλογον. ὥσπερ γὰρ ὁ ἀὴρ καὶ τὸ ὕ- C
δωρ συνεχῆ μέν, ἀλλ' ὅμως μεμέρισται ἀμφοτέρων ἡ κίνησις.

93 An in sono quidem & odore hoc accidere rationi consentaneum est. Quoniam aer & aqua continua quidem sunt, partibilis tamen nihilominus est vtriusque motio.

Aggreditur dissolutionem quæstionis. Concedens imprimis odorem & sonum priùs medium afficere quàm sensum: quod argumenta superiùs adducta probabant. Rationem tamen ipse affert magis ἀποδεικτικώτερον. Aer (inquit) & aqua continua sunt, (non inuicem, nam hoc modo contigua potius appellantur, sed in propria natura, sunt nanque ὁμοιομερῆ, & principia partium ὁμοιομερῶν,) motiones tamen quæ in ipsis efficiuntur, secari queunt, i. partium successione ferri. Notum est siquidem ex quinto de phy. ausc. ad motus continuationem D
tria continua desiderari: quod mouetur: item locum & tempus, in quibus fit motus: cùm igitur in aere & aqua sonus & odor moueatur, ipsáque non multo negocio fecerũt, hinc fit vt motio illa diuidi queat. Quòd si re non diuidatur, atque veluti vna ob conditiones enumeratas censeatur, in vna tamen prius parte quàm in alia, considerari potest. In summa concludendum est, tam odorem quàm sonum medium alternatim, & vt loquũtur, successiuè afficere & mutare, mox sensum. Et de odore quidem sat constat, ex his quæ diximus: cũ nempe re ipsa medium alteret afficiatque, neque statim percipiatur, sed cum tempore: Verum ad id confirmandum hæc (ni fallor) potissima ratio addi potest. Respirantia, non nisi simul cum aere odores pertrahũt, ergo aer ante olfactum odore imbutus erat: Ipsaque etiam respiratio in tẽpore fit. De sono item

A tem patet si quis cõt.82.83.85. sec.de ani.& ea quæ superiùs sæpius repetiimus in memoriam reuocet: Aerem nempe qui inter dura corpora cõtentim & impetu in se incurrentia continetur; primum sonitum efficere, qui non ipse ad auditum accedit, sed proximum sibi & continuum aerem commouet, atque hinc repente alium, donec successione continenter, motus ad auditum perferatur: quo more in fluctibus cernitur alter alterum trudere, qui pulsus deinde præcedentem impellit.

Διὸ καὶ ἔστι μὲν ὡς τὸ αὐτὸ ἀκούει ὁ πρῶτος καὶ ὁ ὕστερος, καὶ ὀσφραίνεται, ἔστι δ' ὡς οὔ. δοκεῖ δέ τισιν εἶναι ἀπορίαν καὶ περὶ τούτων. ἀδύνατον γάρ φασί τινες, ἄλλον ἄλλῳ τὸ αὐτὸ ἀκούειν, ἢ ὁρᾶν, καὶ ὀσφραίνεσθαι. οὐ γὰρ οἷόντε εἶναι πολλοὺς καὶ χωρὶς ὄντας ἀκούειν, ἢ ὀσφραίνεσθαι. τὸ γὰρ ἓν, χωρὶς ἂν αὐτὸ αὑτοῦ εἶναι. ἢ τοῦ μὲν κινήσαντος πρώτου οἷον τοῦ κώδωνος, ἢ
B λιβανωτοῦ, ἢ πυρὸς, τοῦ αὐτοῦ καὶ ἑνὸς ἀριθμῷ αἰσθάνονται πάντες· τοῦ δὲ ἤδη ἰδίου, ἑτέρου ἀριθμῷ, εἴδει δὲ τοῦ αὐτοῦ. διὸ πολλοὶ ἅμα ὁρῶσι καὶ ὀσμῶνται καὶ ἀκούουσιν.

94 Quo fitvr id ipsum primus, atque postremus audiat, olfaciátq; , & quodam etiam modo non. Pro qua re, à nonnullis dubitatur, affirmantibus, fieri nõ posse, alium alio idem audire, aut videre & olfacere, cùm fieri nequeat, multos eosque inuicẽ disiunctos audire, aut olfacere: alioquin enim vnum à semetipso seiunctũ esset. An quod initiò mouit, verbi gratia, tintinabulum, thus, aut ignis, id vnum & idẽ numero sentiunt omnes? quod verò iam proprium effectum est, diuersum quidem numero, specie tamen idem percipitur? Quamobrem multi simul vident odo-
C rant & audiunt.

Ex solutione allata, exoritur quæstio, An qui remotior est illud idem audiat, olfaciátue, quod propior. Cuius quæsiti occasione illud etiam quibusdam in dubium simpliciter, & nulla interualli locorum ratione habita, reuocatũ est: An diuersi qui diuersis Æstheteriis præditi sunt: quanuis à Sensilibus talibus, æqualibus spaciis distent, idem prorsus olfacere, idémque audire dicantur. Ratio sanè esse videtur, cur id negare possimus. Etenim si verum est, mouens vt moueat, cum moto esse oportere, quemadmodum septimo phy. cont. 10. traditur, obiectum quod vnum pellit & afficit vnà cum illo erit: quòd si plures afficiat, & cum pluribus idem esse dicatur, idem certè à seipso discerpi atque disiungi oportebit: quod affirmare, absurdissimum est. Vtrunque simul quæsitum hîc dissoluit Aristoteles, nimirũ quodammodò idem, & quodammodò
D diuersum ab illis sentiri. Et idem quidem numero, si obiectum remotum in suóque principio ortúve consideremus: qua ratione τὸ πρῶτον κινῆσαν vocatur: puta sonum quatenus à tintinabulo primùm oritur: odorem eodem modo à thure, & ab igne colorem seu lumen: diuersum autem numero (quamuis non specie) si obiecta ista quatenus propria, id est, sensionem in quolibet peculiari producentia spectentur. In summa, sonus in sui initio & ortu vnus est, qui versus multas partes, hinc scilicet atque inde multiplicatus, mouetur. De odore & aliis idem dicendum. Qua solutione posita, autoritati Arist. satisfacere nos ita possumus, de mouente nimirum proximo eam intelligi oportere. Ex quo sequitur, idem à seipso non seiungi, idémq; remanens multiplicari numero, quatenus sensionẽ in diuersis numero sensibus variisque medii partibus producit. Cæterum quemadmodum πολλαπλασιοῦται, id est, vt ità dicam, plurificantur: ita in linea recta plurificati obiectũ tale asserimus, ita vt non idẽ numero

ptorſus ſit, quod propius origini ſuæ eſt, & quod ab ipſa temotius: quate non A
idem omnino à propinquo quis ſentit, quod à longinquo.

Ἔστι δ' οὔτε σώματα, ταῦτα, ἀλλὰ πάθος καὶ κίνησίς τις. οὐ γὰρ ἂν συνέβαινε τοῦτο, οὔτε ἄνευ σώματος.

95 Nec verò corpora hæc ſunt, ſed paſſiones & motus quidam, ſecus nã-
que iſtud non accideret: at neque ſine corpore ſunt.

Hoc eſt auctariũ quoddam ex ſuperioribus illatum,(vt Thomas exiſtimat) Eo verò docet, ſi ſenſiones per corporea defluuia fierent,vt Veteres nonnulli affirmabant, iſtuc nunquã cõſequuturum, nimirum idem ab omnibus ſentiri, ſed hoc proximum tantùm ad ſe perueniens corpus & non remotum vnumquemq; percipere: cùm præſertim corpus idem in pluribus locis atque diuerſis eſſe nequeat. Sed certè Leonici ſententia mihi magis probatur, Ariſtotelem ſcilicet hîc Antiquos non reſpicere,aut auctarium exhibere, ſed eorum rationem reddere, quæ mox docuerat, vt tutiùs illa recipi, & contineri poſſint. Potuiſſet nanque aliquis quærete, qui fieri poſſit, vt talia obiecta in medio diuerſorum tatione ita plurificẽtur. Reſpondet, hoc in dubium cadere nõ debere, cùm corpora nõ ſint, quorũ natura eſt vt in alio recipi nequeãt. Cur Leonicum ſequar, & à Thoma diſcedã, non ſpernenda ratio adeſt. Thomas id illatum efficit, quod ordine naturæ cauſa eſt. In medio enim & organis ſentiendi recipi & multiplicari, hanc habet cauſam, nimirũ incorporeum eſſe, non autem è contra. Quocirca, hoc pro cauſa, à qua illud proficiſcitur, non pro eo quod illatum eſt, meritò eſt accipiendum. Incorporeum ergo eſt, quod recipitur, & paſſio quædã obiecti in quo fundamẽtum & originem habet. Motuſq; quidam medii per quod fertur, qui tamen Motus & quæ paſſio (ait Ariſtot.) non ſine corpore exiſtit: etenim ſunt accidentia corporea. Hoc certè conſtiterit, ſi fundamentum ſpecierum ſenſilium, ſi medium quo deferuntur, ſi organum in quo receptantur, ſpectare quis velit. (Motus quidam) i. non verus. Sed qualiſnam ſit, alibi in hoc Commentario fuit expoſitum. Sunt qui occaſione ſumpta ex iis quæ Thomas de illis defluuiis hoc in loco pro ſua explicatione affert, Ariſtotel. ita vrgeant: vt ſi ſenſio per defluuia fieret, non omnes vnum & idem ſentirent: ita cùm odor per defluuia corporea, nẽpe fumidos halitus multiplicetur, nõ idem ab omnibus percipietur. Sed illis facilè reſiſtitur: nimirum ſi dicamus, odorem ſecundum modum exhalationis quidem procreari, multiplicariq; , veluti ſuperius oſtendimus: ipſum tamen quid ſpirituale eſſe, ſemperq; ſpiritualiter afficere, quamuis aliquando cum corpore ſibi eſſe accidat. B C

Περὶ δὲ τοῦ φωτὸς ἄλλος λόγος. τῷ εἶναι γάρ τι τὸ φῶς ἐστιν, ἀλλ' οὐ κίνησίς τις· ὅλως δὲ οὐδὲ ὁμοίως ἐπί τε ἀλλοιώσεως ἔχει καὶ φορᾶς· αἱ μὲν γὰρ φοραὶ εὐλόγως εἰς τὸ μεταξὺ πρῶτον ἀφικνοῦνται. δοκεῖ δὲ ὁ ψόφος εἶναι φερομένου τινὸς κίνησις. ὅσα δὲ ἀλλοιοῦται, οὐκέτι ὁμοίως ἐνδέχεται γὰρ ἀθρόον ἀλλοιοῦται, καὶ μὴ τὸ ἥμισυ πρότερον, οἷον τὸ ὕδωρ ἅμα πήγνυσθαι, οὐ μὴν ἀλλ' ἂν ᾖ πολὺ τὸ θερμαινόμενον, ἢ πηγνύμενον, τὸ ἐχόμενον ὑπὸ τοῦ ἐχομένου πάσχει. τὸ δὲ πρῶτον ὑπ' αὐτοῦ τοῦ ἀλλοιοῦντος μεταβάλλει, καὶ οὐκ ἀνάγκη ἅμα ἀλλοιοῦσθαι καὶ ἀθρόον. D

96 Cæterùm de lumine alia ratio eſt: lumen nanque non eſt aliquis motus, ſed τὸ εἶναί τι. Omninò verò non eodem modo res habet, in motu alterationis, atque lationis. Lationes nanque ad medium prius perueni-

re ra-

A re,rationi conſonum eſt,(videtur autem ſonus,motus eſſe alicuius quod
tranſfertur) alterationes verò non item. Fieri etenim poteſt, vt totum ſi-
mul alteretur,& non dimidium prius. Veluti aqua ſimul gelaſcit. Quan-
uis ſi multum ſit quod caleſcit, aut frigeſcit, à coniuncto coniunctum
patiatur, & prima pars ab alterante mutetur, nec oporteat ſimul vni-
uerſum alterari.

Pergit in quæſiti diſſolutione: & oſtendit in lumine non ita ſe habere,
vt in odore, & ſono. Et quoniam ſuperior argumentatio, ratione à motus
B natura ſumpta, contrariùm nitebatur euincere, idcircò negat imprimis lu-
men eſſe propriè motum (quod tamen de odore & ſono ſimpliciter affir-
mauerat) id eſt, illuminationem ſucceſſione fieri, imò (inquit) lumen eſt,
[illegible], hoc eſt, nunquam effici dicitur, cùm illius fieri & eſſe, vnà ſint. Ea-
dem de colore ratio eſt. Quòd ſi quis vrgeret, illuminationem motum quen-
dam eſſe, nempe alterationem, aut (quod fortaſſe magis exiſtimandum eſt)
non ob id ſequi olfactilia & audibilia in medio prius recipi quàm in ſenſu,
quòd non abſque motu vel locali, vt ſoni, vel alterationis vt odores effun-
dantur, cùm quædam dentur quæ tota, id eſt, quod ad ſingulas ſuas partes
ſimul alterentur: Ariſtoteles oſtendere aggreditur, motum quidem loca-
lem, vt ſoni, non niſi ſucceſſione quadam effici, & in medio priuſquam in
ſenſu receptari, poſſe: Motum autem alterationis quendam dati, qui non
C per vnam prius partem, mox per aliam: ſed per totum ſimul tempore fit:
vt lactis coagulatio, & aquæ congelatio, quæ quantum ad vltimam formam,
& abſolutionem coagulationis, in tempore quidem efficitur, tota tamen
ſimul, non pars poſt partem. Excipit deinceps Philoſophus quaſdam mu-
tationes ſimiles, quæ totæ ſimul non fiunt, ſed partium ſucceſſione, vt quan-
do ex parte materiæ multæ, & mutantis debilis, mutatio non in toto ſimul
recipitur, ſed in parte ſibi proxima, quæ deinceps ſucceſſione quadam, alias
ſibi coniunctas afficiat. Ex his vult ſanè Ariſtoteles concludere, vel quan-
uis illuminatio alteratio quædam dicatur, nil tamen obſtare, quin ipſa quæ
omnis contrarietatis & reſiſtentiæ expers eſt, fiat partibus omnibus ſimul
illuſtratis, eius quod illuſtratur: cùm in mutatione qualitatum aliarum qui-
bus aliquid repugnans atque reſiſtens occurrere poteſt, id fieri conſpicia-
tur: vel licet in aliquibus mutationibus hoc cernatur, non tamen id in
D omnibus fieri, quocirca non inde colligendum eſſe, odorem qui altera-
tione quadam diffunditur, non partium ſucceſſione, ſed omnibus ſimul
medii partibus mutatis, diffundi: cùm hoc aut ob medii magnitudinem,
aut agentis imbecillitatem, in multis talibus alterationibus experiri li-
queat. Vt rectè hæc verba intelligantur: primùm quædam explanari, mox
nonnulla quæ in quæſtionem cadere poſſent explicari oportere puto. (Non
eſt aliquis motus). Superiùs dixerat auditum & olfactumquoſdam eſſe mo-
tus: nunc illuminationem neque etiam id nomen, vel eam appellatio-
nem, habere vult. Quod verò addit Alexander ad hoc confirmandum, nem-
pe quãuis mutationes illæ quæ partibus omnibus ſimul mutatis fiunt ſimilli-

mæ ſint illuminationi, non tamen illuminationem alterationem dici, cùm A illæ non niſi in pauca materia, illuſtratio verò in toto etiam hemiſpherio ſimul efficiatur: Hoc inquam nil ad rem: Nam paruus ignis noctc non totum hemiſpherium, ſed partem aliquam tantùm (quanuis totam ſimul) ob ſui imbecillitatem illuſtrat. Cauſa ergo, quòd momento illuſtratio fiat, iſtuc nullo modo fuit referenda. De quâ re nonnulla infrà. (Lationes nanque ad medium prius peruenire). Rationes multas pro hac re probanda, quas colligas habes ſexto de phyſica auſcultatione. Sed obiter annotandum ex tertio eiuſdem tractationis, Motum non eſſe quiddam per ſe, ſed cum rebus aliis perpetuò coniunctum, à quibus non abiungitur: nam quicquid mutatur, aut ſubſtantiæ ratione mutatur, aut qualitatis, aut quantitatis, aut loci: ratione aliarum categoriarum nil mouetur, vt in quinto eiuſdem doctrinæ volumine probatur. Subſtantiæ igitur (ſi maximè propriè loqui velimus) aliud eſt forma, aliud priuatio. Quantitatis item aliud B perfectum, aliud imperfectum. Motus in ſubſtantia ad formam, Generatio eſt, ad priuationem Interitus. Motus verò in quantitate ad perfectam magnitudinem eſt Accretio: ad imperfectam extenuatio. Et in qualitate quidem aliud eſt album aliud nigrum: motui tamen ad vtrunque contrarium, commune nomen poſitum eſt ἀλλοίωσις, veluti etiam motui qui eſt in loco ad ſuperum & inferum locum φορά. Eſt itaque Latio, Motus in loco, vocabulumque huiuſmodi illis tantùm propriè conuenit, quæ naturaliter feruntur, nec cùm mouentur in ſua habent poteſtate vt quieſcant, qualis grauium & leuium eſt motus. Hæc nanque non ita ſe mouent, vt cùm volunt moueri incipiant, & cùm volunt deſinant. Alterationis verò nomen ad Genarationem & Interitum, à Platone præſertim, ſolet accommodari; Ariſtoteles cùm propriè illam accipit vt ferè ſemper, ad morum qui eſt in Qualitate, in qualitatc inquam patibili, ex qua pati, aut impatibile eſſe aliquid C dicitur, accommodat. Hanc alicubi γένεσιν ἐκ ἁπλῶς ſeu τινός vocat: cùm nempe aliquid quod ſimpliciter eſt, ex vna diſpoſitione in aliam mutatur: vt cùm è non albo fit album. Hac de re conſulatur liber quintus de ortu & interitu, & ſeptimus de phyſica auſcultat. (Fieri etenim poteſt vt totum ſimul alteretur). Idem in priori phyſico contextu vigeſimo quinto aduerſus Meliſſum. De qua re deinceps in octauo eiuſdem operis diſſeruit. Nos infrà in quæſtione aliquid afferemus. (Videtur autem ſonus). Fertur ſonus medio aeris motu, de loco ad locum ſucceſſione quadam, vt ſuperiùs ex poſuimus. Tu verò conſule contextum octuageſimum quintum ſecundi de anima. (Et coniunctum à coniuncto). Mutat agens proximam ſibi & coniunctam partem, proximam inquam non, quæ illi contigua ſit, ſed totam quam primò & ſimul mutare poteſt: hæc deinceps alias ſibi contiguas. Eliciuntur iſta ex octauo phyſico. Ex his colligendum eſt, aliter rem D ſe habere in viſu quàm in aliis ſenſibus, præſertim Auditu atque olfactu: in ipſo ſiquidem propter obiecti naturam, ſimul medium ſenſúſque afficitur, cùm ſola luminis præſentia, ſpecies viſilis multiplicata ſemper adſit, nullaque motio media ſucceſſiua intercedat. Cauſam huiuſce diuerſitatis ſpiritualitati viſus ſeu luminis tribuunt omnes, & iurè. Sed ſcrupulum auferre oportet, qui ex contextu centeſimo vigeſimo primo, ſecundi de anima ſtatim oritur, Omnis (inquit Ariſtoteles) Senſus ſpecies ſine materia recipit: tam igitur ſonus, & odor quàm lumen ſpiritualitatem, vt ita dicam, habent. Reſpondendum eſt, Omnes ſpecies ſenſiles quod ad mutationem

A tationem seu informationem, quam in suis producunt sensibus, spirituales esse, non materiatas: quòd verò ad sui ortum, res aliter habet. Etenim sonus cum motu aeris deferentis, odor per modum exhalationis cum alteratione deuehentis medii: color verò sola præsentia lucis in Perspicuo multiplicatur. Thomas rem hanc & ipse respiciens, hæc annotauit: Odorem & sonum recipi in aere & aqua sicut in proprio & naturali subiecto, quod re ipsa afficiunt: quam ob causam ibi diutiùs manere, & initium agendi esse possunt: ideóque ablato odoramento & cessante ictu corporum, tam sonus quàm odor partem post partem sui medii pellere & afficere, & mox sensum possunt. Recipi verò hæc vt in proprio subiecto, nil aliud est, quàm subiectum suum ad formam naturalem quam suscipere subiectum queat, aptum reddere: vt calor in aquam receptus ipsam ad formam ignis parat,
B quæ principium caloris est. Hoc item modo sonus in aere & odor in aere & aqua esse dicuntur: quatenus nempe ista à siccitate sapida, corporumque ictu affici queunt. De lumine non item asserendum est, qui in medio veluti qualitas quædam extranea non propria recipitur: & idcirco neque manere recedente corpore illustrante, neque sibi simile efficere valet: omnino enim à sua origine pendet, neque secundum se constantiam habet. Quò fit, vt illuminatio totius interstitii ab illuminante tota simul efficiatur. Voco autem lumen in medio qualitatem extraneam, quatenus perspicuum ad formam substantialem corporis illuminantis suscipiendam, non est aptum, neque per luminis receptionem ad aliquam formam substantialem suscipiendam disponitur.

Hæc Thomas. quæ quidem non carent difficultatibus, quas licet aliàs expenderimus: Nunc illud aduersus Thomam proponatur: Si alia obiecta manendi in medio, agendi, sibique simile gignendi vim habeant: visile
C verò his dotibus destitutum sit, sonus certe & odor qualitatésque primæ lumini ipsi dignitate antecellent: quod absurdum est dictu, & Aristoteli repugnans. Respondeo: Vti dicimus, Mentem quidem nostram inter alias Mentes non modò seipsam & superiores, sed etiam inferiora, res scilicet cum materia concretas intelligere, non tamen esse quod de rerum inferiorum istiusmodi cognitione se efferat, cùm infima potius illius sors conditióque ea re significetur (quòd scilicet à primæ Mentis numine tam longè recesserit, & materiæ conditionem ita adsciuerit, vt formis rerum cum materia concretarum substerni potuerit): Ita, vt lumen conditionibus aliorum sensilium careat, perfectio naturæ suæ in causa est, à mixtione siquidem materiæque labe immunis est magis, à suo principio pendens, sibi quidem simile non producens, nobilioris tamen atque spiritualioris operationis causa. Alte-
D rum est quoque colligendum, sonum localiter ferri, odorem per successionem partium alteratarum. Res quidem subobscurior, quæ ideò ab Alexandro ita illustratur: Pars quæ primùm ab odore afficitur, affectionem in se retinet, quam succedenti parti communicat, idcirco quanuis qui odoramento propriores sunt prius olfaciant, eundem tamen odorem retentum olfaciunt. In sono secus accidit: ille nanque qui priorem impulit partem, non retinetur, sed elabitur & in succedentem transfertur. Quò fit vt alii, alium, & alium sonum percipiant. Sed Thomas à natura, motus localis & alterationis ratione sumpta, egregiè magis (ni fallor) rem istam aperuit, Vterque motus (ait ipse) cum transitu ad vno ab alterum extremum efficitur, vario tamen modo. In motu locali, termini

sunt magnitudinis, idcircóque in ipso successio in tempore secundum partes magnitudinis adest. In alteratione autem, termini contrarii sunt secundum qualitatem, iuxta quorum distantiam mensura temporis sumitur, non interualli magnitudinísve. Pro qua re & aliis notatione dignis, ad mutationes, quæ alternarim, quæque item momēto efficiuntur intelligendas, consulatur illius commentarius: Nos in hunc locum omnia congerere nolumus, quòd perspicuè à Thoma proferatur, & quòd aliàs copiosiùs ista pertractauerimus, & ne in hisce nostris commentariis ea tantùm cōportare velle videamur, quæ à præclarissimo quoque Philosopho sunt tradita & explicata. Summorum quidem virorum annotata adducere & expendere, pro instituti locíque ratione interpretis munus est: Singula verò, curiosiùs vbique inculcare, absurdissimum certè est. Sed ad rem. Dupliciter ab omnibus ferè interpretantibus hîc dubitari solet. Primùm quomodo mutationem, quæ momento efficitur, Aristoteles concedere potuerit: mox quomodo Visile non prius mediū quàm sensum pellat & afficiat. Prioris dubitationis occasio sumitur ex sexto de phy. ausc. cōt. 32. vbi traditur, omne quod se mouetur quantū esse, diuiduū, partésque habens, cuius pars vna sit in termino à quo, altera in termino ad quem; cùm non secundum se totum aliquid moueri queat. Ex quo videtur cōcludi oportere, aquam non totam simul congelascere, lac item non simul totū concrescere. Pulchra sanè dubitatio. Ad quam alii aliter respōdent, nec iniuriā: cùm propemodum ἄλυτος vel ipso teste Auerroe esse videatur, & tantis difficultatibus inuoluta, vt nobiles Interpretes, in ea explicanda plurimùm desudarint. Quæ verò plærique attulerint, huiusmodi certè sunt, vt non minores dubitationes relinquant. Alexander enim cùm vult Aristot. nobis hîc falsum reddere, protsus est reiiciendus. Thomas etiam qui demonstrationem illam sexti physici ad motum tātùm localem restringit, optimis Interpretibus & Aristoteli quidem ipsi repugnat, qui illam ad omnes motus species pertinere, atque accommodari constanter affirmant. Qui item Aristotelem hîc exempli non veritatis gratia fuisse loquutum asserunt, nugacem ipsum faciunt qui in primo & octauo physico, idem in re seria statuenda repetierit: imò qui hoc in loco in quęstione non minimi momenti determinanda, ex apparenti verū concludere voluerit. Idem enim est ac si ita argumentaretur, Quemadmodum aqua statim coalescere apparet, ita verè illuminatio momento efficitur. In re ergo adeò perobscura vix audeo quidquam affirmare, nisi dicamus, Aristotelem non asserere aquę congelationē omnino momento effici: sed simul quod ad omnes partes effici, quāuis enim non pars post partem sed tota simul fiat, in tempore tamen fit, atque in terminis oppositis cum à non coagulatione ad coagulationem, atque per gradus, id est, ab imperfectiori ad perfectam coagulationem transitus fiat. Si quæ Aristoteles de duplici principio & termino, in priori phy. cōt. 23. nobis scripta reliquit, velit quis diligenter expendere, nonnullaque item, in hoc commentario à Thoma annotata consulere, facilè agnoscet, nullam aut saltem minimā vim demōstrationi sexti physici hoc nostro responso afferri. Neque obstat, quòd congelatio momēto effici videatur: hoc siquidem ob sensus nostri imbecillitatē accidit. Sed hæc omnia alibi copiosiùs. Alterius quæstionis mulræ sunt occasiones: omitto quæ fuerit Platonis de Lumine sententia, quæ item Aristot. hæc enim abunde superiùs: nunc verò ita obiicio: Omne agens physicum prius in sibi proximum quàm in remotū agit, obiectum visile est huiusmodi: ergo &c. ex quo rectè sequitur prius ipsum in medium quàm in sensum agere: Sumpta est argumentatio ex Arist. multis in locis, & præsertim quinto physico. cont. 22. & decimo metaphy. 22.

Huc

A Huc accedit actionem visilis determinatam esse, ac proinde successiuam. Respondendum est ex Alexandri, Simplicii, & Auerrois sententia, lumen esse qualitatem seu formam quandam spiritualem, contrarietate, atque resistentia carentem. Hinc illud consequi: visionem momento effici. Illustrato siquidem medio, obiectóque recte disposito, statim visio producitur. Quocirca obiectio prior, nullum aduersus Aristotelem momentum habet, quæ in vero agente & reali corporeóque valet. Neque successio à determinatione oritur, sed à contrarietate & resistentia patientis, quod alibi copiosius est explicatum. Quapropter cùm in actione visilis nulla prorsus adsit resistentia, quid prohibet, quominus lucidum corpus, suo lumine partem sibi proximam, id est, illam totam quam illustrare aptum est, (est enim agens determinatum) statim reddat illuminatam? Addũt alii argumenta multa aduersus hæc: Nempe fore vt creatio detur, cùm lumen è potestate materiei elici, dici nequeat: (hoc siquidem non nisi in tempore efficitur). Effectum item velociùs sua causa posse moueri: nempe lumen cælo, quod nonnisi viginti quatuor horis suum
B iter absoluit. Postremò ex Auerr. Luminis vim infinitæ virtutis fore, cùm momento agat: quod tamen Aristoteli in octauo phy. repugnare videtur. Recte ad omnia responsum est: Lumen nouiter non effici, sed recens apparere; idcircóque non creari, neque item, è sinu materiei, quæ antè existat, educi. Præterea, lumen non propriè moueri, sed spiritualiter seu formaliter multiplicari. Postremò, argumentum Auerrois in vera actione & reali locum habere, non in spirituali, quæ ob nullam repugnãtiam ex parte eius quod patitur, illico operatur. Quod de Lumine hactenus diximus, de colore item intelligi volumus, quandoquidem quatenus visile est, luminis rationem obtinet, eiusque actio, medio illustrato, repentè efficitur, cùm adopertis oculis statim conspiciatur.

C Ἦν δ' ἂν καὶ τὸ γεύεσθαι, ὥσπερ ἡ ὀσμή, εἰ ἐν ὑγρῷ ἦμεν, πορρωτέρω ἔτι πρὶν θιγεῖν αὐτοῦ ᾐσθανόμεθα. εὐλόγως δὲ ὧν ἐστι μεταξὺ τοῦ αἰσθητηρίου, οὐχ ἅμα πάσχει, πλὴν ἐπὶ τοῦ φωτὸς διὰ τὸ εἰρημένον. διὰ τὸ αὐτὸ δὲ καὶ περὶ τοῦ ὁρᾶν. τὸ γὰρ φῶς ποιεῖ τὸ ὁρᾶν.

97 Esset autem vtique & ipsa degustatio, quemadmodum olfactus, si in humido essemus, & remotiùs etiam, ante illius contactum sentiremus. Rationi autem consentaneum est, illa quorum Æstheteria interuallum habent, non simul affici, præterquam in lumine, ob causam quæ commemorata est. Item ob id ipsum de visione dicitur: lumen siquidem visionem efficit.

D Neque Aristoteles neque alius quiuis negare potest, Gustum & Tactum eandem conditionem in suo munere subire, quam subeunt olfactus & Auditus, cùm & medium ab æstheterio seiunctum habeant, & eorum obiecta corporea, reali alteratione multiplicentur. Obscuriùs quidem res in illis habet, cùm medium eorum à proprio æstheterio vix distinguatur. Quà fortasse ratione, in secundo de anima, contex. 115. tactile & gustatile ab aliis Sensilibus eo seiungi tradidit, quòd alia Sensilia pulso & affecto priùs medio, nos deinceps pellant & afficiant: hæc verò medium sensumque simul: nempe vt apparet, non vt reuera est. Vnde Auerroes ait, particulam ἅμα non ad tempus, sed ad causam referri oportere. Quod in hoc etiam contextu perspici potest. Aristoteles siquidem in prima illius parte determinaturus, quomodò res se in Gustu habeat, ita loquutus est: Obiectum Gustus est sapor,

ſapor autem eſt τὸ πάθος γιγνόμενον ἐν τῷ ὑγρῷ ὑπὸ τοῦ ξηροῦ. Quare ſi itain humido aqueo degeremus, veluti in aere, eadem Guſtatus, & olfactus ratio eſſet. Primùm nanque dici oporteret aquam affici, mox Guſtum, veluti aer ab odore primùm afficitur, poſtremò olfactus: à ſapida enim re ſapor per aquam tranſuehi multiplicariq́ue poſſet. Egemus igitur ſi deguſtare velimus, vt ſapida ipſa linguæ admoueatur, quæ & medii & æſtheterii (vt anteà expoſuimus) vicem gerit. Quò etiam fit, vt eodem tẽpore medium & Æſtheteriũ affici videatur. Hac fortaſſe ratione Natura piſcibus linguam quidem & in ſumma organum Guſtatus tribuit, imperfectũ tamen, oſſeum, nec abſolutum, vt Ariſt. in 4. de hiſt. ani. ca. 8. ſcribit. Illud inſuper annotare placet, Ariſt. olfactũ non auditum cum Guſtu cõtuliſſe, quòd hi duo ſenſus ratione ſuorum obiectorũ ſint quàm maximè affines, odor nanque ablutione humidi in ſicco ſapido fit: quo fit vt quemadmodum odor aere medio multiplicatur, ita ſaporem multiplicari oportere videri poſſit. Ex his itaque conſtat Guſtum & Tactum non eodẽ tempore ſimul affici cum medio, neque id Ariſtotel. voluiſſe, ſed in illis non ita perſpicuum eſſe, veluti in aliis. Idcircóque inquit εἰ ἦμεν ἐν ὑγρῷ, πόῤῥωτέρω περὶ ἂν ἦγεν αὐτοῦ ᾐσθανόμεθα, ac ſi nollit omnino affirmare, nil diſtare mediũ guſtus ab eiuſdem Æſtheterio: ſed oſtendere velit, ſi eſſemus in aqua, fore vt diſtantia illa manifeſtior eſſet. cùm aqua ſapore affecta, guſtuíque noſtro admota, eo caſu, medii munus obiret. Colligit tandem, rationi conſentaneum eſſe, ob rationes anteà allatas, ſenſus illos quorum æſtheteria medium habent extrinſecum, non ſimul cum medio affici, Lumine tamen excepto, & omnino ipſo viſili. In ſumma, quemadmodum lumen illico effundi aſſerit, ita ipſum cernendi actum cuius Lumen cauſa eſt, ſtatim effici concludit. Quomodo autem lumen viſionis cauſa ſit, alibi à me explicatum eſt.

Ἔστι δ' ἀπορία καὶ ἄλλη τις τοιάδε περὶ τὰς αἰσθήσεις, πότερον ἐνδέχεται ἅμα δύο δύνασθαι αἰσθάνεσθαι ἐν τῷ αὐτῷ καὶ ἀτόμῳ χρόνῳ, ἢ οὔ. εἰ δὴ ἀεὶ ἡ μείζων κίνησις, τὴν ἐλάττω ἐκκρούει: διὸ ὑποφερομένων ὑπὸ τὰ ὄμματα, οὐκ αἰσθάνονται, ἂν τύχωσι σφόδρα τι ἐννοοῦντες, ἢ φοβούμενοι, ἢ ἀκούοντες πολὺν ψόφον. τοῦτο δὴ ὑποκείσθω, καὶ ὅτι ἑκάστου μᾶλλόν ἐστιν αἰσθάνεσθαι ἁπλοῦ ὄντος, ἢ κεκραμένου. οἷον οἴνου ἀκράτου, ἢ κεκραμένου, καὶ μέλιτος καὶ χρόας, καὶ τῆς νήτης μόνης, ἢ ἐν τῇ διὰ πασῶν, διὰ τὸ ἀφανίζειν ἄλληλα. τοῦτο δὲ ποιεῖ ἐξ ὧν ἕν τι γίνεται, εἰ δὴ ἡ μείζων τὴν ἐλάττω κίνησιν ἐκκρούει, ἀνάγκη ἂν ἅμα ὦσι, καὶ ταύτην ἧττον αἰσθητὴν εἶναι, ἢ εἰ μόνη ἦν. ἀφαιρεῖται γάρ τι ἡ ἐλάττων μιγνυμένη, εἴπερ ἅπαντα τὰ ἁπλᾶ μᾶλλον αἰσθητά ἐστιν. ἂν δ' ἄρα ἴσαι ὦσιν ἕτεραι οὖσαι, οὐδ' ἑτέρας ἔσται αἴσθησις. ἀφανίζει γὰρ ἡ ἑτέρα ὁμοίως τὴν ἑτέραν. ἁπλῆς δ' οὐκ ἔστιν ὁμοίως αἰσθάνεσθαι, ὥστε ἢ οὐδεμία ἔσται αἴσθησις, ἢ ἄλλη ἐξ ἀμφοῖν· ὅπερ καὶ γίνεσθαι δοκεῖ ἐκ τῶν κεραννυμένων ἐν ᾧ ἂν μιχθῶσιν.

98 Eſt præterea de ipſis ſenſibus alia quædam dubitatio, vtrum fieri poſſit, vt duo ſenſilia ſimul eodémque temporis momento percipiantur, necne. Si itaque ſemper maior motio minorem trudit, proptereáque res oculis oblatas, ii non ſentiunt, qui altiori & vehementiori meditatione occupati, qui item timore nimio correpti ſunt, aut ſonum magnum audiunt. Hoc itaque poſitum ſit. Præterea illud, vnũquodque magis ſentiri, cùm ſimplex, quàm cùm commixtum eſt, veluti vinum meracum quàm

A quàm dilutum,mel item,& colorem, nécnon Netē solam, quam ἡ ἐν τῇ διὰ πασῶν, quandoquidem vnum ab altero inuicem obscuratur. Quod sane in iis maximè accidit, ex quibus vnum quippiam efficitur. Si itaque maior motio minorem repellit, necesse est, si simul fuerint, maiorem minus sentiri, quàm si sola esset: minor enim commixta aliquid ab ipsa auferr, nempe quia simplicia omnia magis sentiri queunt. Quòd si æquales fuerint motiones illæ diuersæ, neutrius sensus erit, vna etenim alteram similiter offuscat. Imò nec simplicem hoc modo sentire licet. Quare aut nullius erit sensus, aut vnº quidē ex vtraq; motione; Quod certè fieri cernitur ex his quæ tēperantur, in quocūque fuerint cōmixta.

Qualis nam dubitatio sit, quæ ad vires sensuum pertinēs hac in parte pro-
B ponitur, ex ipsis verbis satis patet. Perplexa magis atque obscura illius dissolutio est. Quæritur ergo. An eodem temporis momēto, id est vno eodémque tēpore duo sensilia sentiri possint, vel id pluribus vel vno sensu efficiatur. Occasio ex eo sumitur, quòd plura esse sensus vniuscuiusque sensilia propria sæpius repetitum sit, atque ita propria, vt vnum ex illis à pluribus sensibus petcipi nō possit. Quare neminem damnare ausim, qui hoc vel illo nomine, quæstionem proponendā esse tradiderit. vtraque enim (vt patebit) eodem recidit insctiptio: Sed ad rem. Aristoteles hāc quæstionem explicaturus, Primùm id fieri non posse demonstrat, Mox quomodo possit, ostendit, Ante omnia tamē duo præcipua ponit (tertiam nanque illam hypothesim quam quidam in duxerunt ad secundam referrem: Aliæ item, quas ex explicatione Alexandri
C quiuis addere posset, ad has præcipuas reuocandæ sunt, ne numerum frustra mulriplicemus). Prima itaque hypothesis est: Motionem in qua maior vis est, imbecilliorem repellere: quod experientia perspicuum redditur. Namque oblata oculis nostris non sentimus, cùm cogitatione aliqua ita tenemur vt intenti prorsus animo in ipsa versemur: quod item experimur, cum fortè fortuna metu aliquo maximo occupamur, aut vehementi strepitus fragore circunfusi quasi stupidi & perterriti detinemur. Altera hypothesis: Mixta difficiliùs sensu percipi, ipsis simplicibus. Nota est & communis valde experientia, Quandoquidem vel Ebrii ipsi fateantur, Gustum, rectiùs vini meraci saporem & qualitates sentire, quàm si vinum aquæ aliquid admistum habeat. Mel quoque purum, facilius quàm adulterinum, & νήτη sola, quàm διὰ πασῶν in auditu percipitur: inuicem nāque sensiones quæ ab vno & ab altero oriuntur, sese impediunt atque obscurant. Atque idcircò in iis hoc tantùm fieri monet Aristoteles, ex quibus pluribus inuicem coeuntibus qua-
D si aggregatum quoddam, atque per accidēs vnum conflari possit. Componētia nanque ibi actu manent: quò fit vt sibi mutuò sint impedimento. Ex his duabus præcipuis hypothesibus, alias quasdā deinceps elicit. Si etenim ponatur, Simplex magis sentiri, quàm mixtum, & efficaciorem sensionē imbecilliorem obscurare, rectè sequitur, maius sensile, non ita exactè mixtum, vt simplex comprehendi. Quanuis enim commistum, sit eo debilius, sempertamen ab imbecilliori efficacius nonnihil impediri potest. Rectè item ex iisdem illud alterum sequitur: Si, quæ sentiri mixta debent, æquali efficacia sint sensui afficiendo, fore vt neutrum sentiatur, cùm ambo æqualem repulsam vel æquale impedimentum mutuò patiantur, quominus percipi queant: cùm ptæsettim in huiuscemodi mixto mouentia minus simplicia sentiātur, quàm

in superiori: quo fit, vt aut nullũ talis mixti sensum esse dicendũ sit, aut si aliquem, illum certè non alterius componentis, sed tanquam vnum quiddam tertiũ ex vtriusque componẽtis natura proficiscẽs, quod sanè in omnibus quæ commiscentur, perspicuum est. Verùm expendamus nonnulla contextus verba (ἐν τῷ αὐτῷ καὶ ἀτόμῳ χρόνῳ) Non datur tempus indiuiduum, quemadmodum neque motus, cuius tempus mensura inseparabilis est, indiuiduus datur. Hæc ex quarto physico constant: per indiuiduum tamen tempus id intelligit, quod ita diuidi nequeat, vt vna sensio in hoc sui momento seu τὸ νῦν (quod solum temporis accipi potest) altera in altero fieri dici queat. (Νήτης). Consulatur Boetius vol. priori Mus. cap. x x. qui narrat Musicam quæ ex citharæ neruis efficitur vsque ad tempora Orphei simplicem fuisse, adeò vt quatuor neruis tota constaret, cuius τετραχορδίου Mercurius fuit inuentor. Quintam deinde chordam Chorebum Athyn Lydorum regem adiunxisse. Mox sextam Hyagin Phrygium, septimam tãdem ad septem planetarum similitudinem addidisse Terpandum Lesbium. In hoc ἑπταχορδίῳ, quę grauissima chorda & suprema erat ὑπάτη vocata est; quasi maxima & honoratissima: quæ verò inferior νήτη quasi νεάτη, id est acutissima nouissima & infima. Intercedebant aliæ quinque & post ὑπάτην quidem παρυπάτη, λίχανος, μέση, παραμέση, παρανήτη. Enumerat deinceps Boetius alia instrumentorum genera ab aliis reperta, ὀκταχόρδιον, vt à Lichaone Samio, ἐννεαχόρδιον à Prophrasto Periote, δεκαχόρδιον ab Hestięo Colophonio, ἑνδεκαχόρδιον à Timotheo Milesio, aliáque ab aliis. Quæ nihil ad nos: sat esto eam chordam quæ Nete vocatur inferiorem fuisse, & accutissimi soni. Idem testatur Aristoteles in decima nona secundo problemate duodecimo & vigesimo tertio cùm quærit, cur Nete duplo acutior sit quàm Hypate, idque in cantilena, in instrumentis flatu, & psalteriis, explicat. διαπασῶν verò proportio est duorum ad vnum, id est, Sypmhonia ex quinque tonis & duobus Semitoniis constans; quę tamen semitonia vnum non implent tonum & vltra semitonium, progrediũtur. Nanque vt Boetius demõstrauit, Diapason ex διατεσσάρων & διαπέντε constituitur, illa autem ex duobus tonis & semitonio constat, hæc ex tribus tonis & semitonio. Quid autem Tonus sit, quid semitonium, & qualis istarum Symphoniarum natura, declaratur à Boetio eodem volumine, capite decimo sexto & decimo nono. Quædam etiam habentur ex Aristotele in decimanona part. probl. Macrobius quoque x I I. hæc atrigit, sed omnia collegit Concil. in diff. octuagesima, & in decima nona part. problemate decimo tertio. Nobis sufficiat sonum Netes seorsim audiri: in Symphonia tamen quæ Διαπασῶν vocatur, confundi, neque vllo modo discerni. (Si itaque maior motio): Nulli dubiũ est, in mixtione fore vt imbecillius etiã impediat id quod maioris efficaciæ est: cum nanque maior in minorem agat, vt antea expositum est, sequitur quoque vt à minori aliquid repatiatur. Sed ex hoc oritur dubitatio quædam: qui fieri nempe queat, vt minor motio maiorem impediat, cùm maior sua exuperãtia minorem corrumpere, & in sui naturam vertere valeat. Hoc testatur Aristot. in priori volumine de ortu & interitu contextu octuagesimo octauo, vbi inquit: Multa paucis & magna paruis composita, non mixtionem, sed auctionem dominantis efficere: quandoquidem paruum in naturam maioris trãseat: veluti pusillum vini, in mille amphoras aquæ iniectũ non miscetur, aut nõ impedit, sed statim corrũpitur, & aquæ poti⁹ vires auget. Respondẽt aliqui: aliter in sensilibus quę in animã spiritualiter tantũ agũt quàm in motionib⁹ corporeis rẽ se habere. Atqui Arist. exẽpla, vt vinũ, & mel mixta corporea sunt, in quibus tamẽ docemur id quod mai⁹ est, min⁹ exactè quàm seorsim

ſeorſim percipi:aliquo igitur modo minus commixtum ſentitur, & non cor-
A rumpitur,ita vt inſenſile fiat,quandoquidem hac ratione vires efficacioris re
tundere nequiret. Dicendum ergo eſt liberius, argumentum in omnibus
prorſus locum habere,dummodo, non ſit ἄλογος quædam exuperantia, qualis
in vnica gutta vini,tantáque aquæ multitudine animaduertitur: tunc enim
id quod imbecillius eſt corrumpitur & in naturam efficacioris conuertitur.
At ſi exceſſus ita λογικὸς ſit, vt imbecillius reſiſtere aliquantulum valeat,& ma-
net & vires maioris retundit. hæc ferè Ariſt. in eodem volumine cont.89. At-
que hac ratione illius propoſitio erit vniuerſalis.

Ἐπεὶ οὖν ἐκ μὲν ἐνίων γίνεταί τι, ἐκ δὲ ἐνίων οὐ γίνεται, τοιαῦτα δὲ τὰ ὑφ' ἑτέραν
αἴσθησιν. μίγνυται γὰρ ὧν τὰ ἔσχατα ἐναντία. οὐκ ἔστι δ' ἐκ λευκοῦ καὶ ὀξέος ἓν γίνεσθαι,
ἀλλ' ἢ κατὰ συμβεβηκός, ἀλλ' οὐχ ὡς ἐξ ὀξέος καὶ βαρέος συμφωνία. οὐκ ἄρα οὐδὲ αἰ-
σθάνεσθαι ἐνδέχεται αὐτῶν ἅμα. ἴσαι μὲν γὰρ οὖσαι αἱ κινήσεις, ἀφανίζουσιν ἀλλήλας, ἐπ-
B εὶ οὐ μία γίνεται ἐξ αὐτῶν. ἐὰν δ' ἄνισοι, ἡ κρείττων αἴσθησιν ἐμποιήσει.

99 Quoniam igitur ex quibuſdam quidem fit aliquid, ex quibuſdam
verò non: eiuſmodi verò ſunt quæ ad diuerſos ſenſus pertinent (miſ-
ſcentur nanque quorum extrema contraria ſunt, nec ex albo & acuto v-
num quid effici poteſt, niſi per accidens, & non ſicut ex graui & acuto
concentus vnus) propterea hæc ſimul ſentiri minimè valent. Si enim
æquales ſint motiones, ſeipſas inuicem obſcurant, cùm vnica ex illis
fieri nequeat: At ſi inæquales fuerint, maiorem ſenſionem efficiet.

Difficilis admodum, & perobſcurus eſt ſenſus horum verborum: atque
ita, vt in eo proponendo omnium, quos quidem hactenus vidi interpretum fi-
C dem ego quidem deſiderarim. Argumento id ſit, quòd ſuis interpretationi-
bus nullum nexum in verbis Philoſophi, aut methodum in rationibus ſtatue-
re queunt. Mihi quidem certè videtur Ariſtoteles poſitis ac ſtabilitis non-
nullis, hîc ad argumentationes aggredi. Primúmque ad illas, quibus vno eo-
démque tempore plura ſentiendo percipi non poſſe oſtẽdat. Quod particula
illa Ἐπεὶ οὖν, initio poſita & alia οὐκ ἄρα in fine, ſatis poſſunt indicare, cùm argumẽ-
tationis propriæ ac peculiares habeantur. Vt verò facilius vis argumenti mo-
duſque percipiatur, repetenda quæſtionis inſcriptio eſt. Quæritur an duo ſen-
ſilia diuerſa, ſimul eodémque temporis momento ſentiri queant. Reſponde-
tur argumento à partitione ſumpto (non tamen eo quòd Docti quidem pu-
tant) hoc nequaquam fieri poſſe, Quandoquidem iſta mouentia, vel vt com-
mixta, vel vt ſeparatim ſiue ſeparata ſumantur Commixta ſumi nequeunt
D Non ergo ſeparata. Aſſumptio probatur, quia non miſcentur quæ non ſunt
contraria, cuiuſmodi ſunt ſenſilia ad diuerſos ſenſus pertinentia, vt album &
acutum, ex quibus certè nunquam per ſe vnum efficietur, veluti ex acuto &
graui. Poſito igitur conſequenti, ſic argumentatur: Vel iſta mouentia ſepara-
ta ſunt æqualia, vel maior vis eſt in altero. Si primum detur, vrget hypotheſis,
fore vt nullum ſentiendo percipiatur, nedum vt ſimul eodémque tempore
ambo ſentiantur: alterum nanque ab altero quominus ſentiatur, repellitur
atque impeditur. Si ſecundum concedas, adhuc eadem hypotheſis, exem-
pláque allata inſtant, vim nempe, efficacioris, imbecillioris ſenſionem offu-
ſcaturam. Excipere autem potuiſſet aliquis, Si mouẽtia ſint æqualia, fore, vt ſi
non ſeparata, ſaltem in vnam ſenſionem confuſa ſentirentur: Reſpondet A-

riſtoteles,iſtluſmodi mouentia diuerſa quæque ad varios ſenſus pertinent,nō A
eſſe eiuſmodi vt ex illis vnum confici poſſit, Animaduertere autem hîc o-
portet(quod Alexander quoque monuit) Ariſtotelem Dialecticè,hîc argumē
tari. (Logicè diceret Simpl. 3.phy.com. 18,& 43.& Auert.in paraphr. primi
de cęlo,vt infinitos propè alios locos omittam: vbi tria propoſitionum genera
recēſet) Eſt autē logica ratio quæ vel conſtat ex probabilibus,nec à rei ipſius
natura ducitur,vel communis eſt,nec propria affert principia. Eadem ferè af
ferre videtur Ariſt.in ſec.de ortu an.& primo Eudemiorum cap. 5. Solet autē
Philoſophus his vti aliquando vt veritatem faciliùs inquirat: nā & ipſe in pri-
mo Topico cap.2. teſtatur rationes has pro veri inquiſitione vtiles eſſe, cùm
præſertim Theorema ad diſceptādum propoſitum pro neutro habeatur. Ne-
minem igitur moueat ratio Ariſtotelica, quæ ἐκ τῶν ὑποθέσεων leuiſque admodū
cenſetur: ipſius potius ſpectetur conſilium,id eſt veritas,ad quam indagandā B
inducitur. (Miſcentur nanque quorum extrema contraria). Nam mutuò age-
re parique debent quæ miſcentur, quod oppoſitis tantùm conuenit. Atquî
diuerſa ſenſilia non ſunt contraria,cùm nō ſub eodem genere cōtineantur,vt
patet ex 10.met.cont.13. aliud nanque eſt genus proximum albi, acuti aliud.
Si quis obiiciat,nos ſumere contrarii vocabulum anguſtius quàm oporteat,
quandoquidem ἐν τοῖς μετὰ τὰς κατηγορίας doceamur, Contraria omnia neceſſariò,
vel eſſe in eodem genere,vel in contrariis generibus,vel ipſamet genera,ergo
non neceſſariò in eodem genere: Reſpondeo, Ariſtotelem ibi latiùs vocabulū
contrarii accipere quàm vera contrarietas exigat: quod etiam fecit primo
phyſico. contextu quinquageſimo. (Nec ex albo & acuto vnum quid effici
poteſt niſi per accidens.) Nam ſi vnum quid per ſe ex diuerſis iſtis obiectis C
efficeretur,vna fieret motio, vnius ſiquidem mobilis,motio vna, ex quinto
phyſico. trigeſimo quarto: ſenſio ergo vna, vnúſque ſenſus ſentiens erit: ex
quo abſurdum ſequitur: Nimirum fore vt vnus ſenſus obiecta aliorum ſen-
ſuum propria, per ſe ſentiat. Per accidens autem vnum illud eſt, cuius gratia
Ariſtoteles Veteres in perturbationem incidiſſe narrat, primo phyſicorum
contextu vigeſimo: quo modo nempe album & philoſophum,quorum eſſen-
tia & ratio diuerſa eſt, vnum quid & idem ſunt, quando Socrates albus eſt
idémque philoſophus. Alia huius vocabuli ſignificata,qui vult,in quinto Me-
taphyſicorum legat.

Ἔτι μᾶλλον ἅμα δυοῖν αἴσθοιτο ἂν ἡ ψυχὴ τῇ μιᾷ αἰσθήσει, ὧν μία αἴσθησις, οἷον ὀξέος
καὶ βαρέος. μᾶλλον γὰρ ἅμα ἡ κίνησις τῆς μιᾶς αὐτὴ αὐτῆς, ἢ τοῖν δυοῖν, οἷον ὄψεως καὶ ἀκοῆς.
τῇ μιᾷ δὲ ἅμα δυοῖν οὐκ ἔστιν αἰσθάνεσθαι, ἂν μὴ μιχθῇ. τὸ γὰρ μίγμα, ἓν βούλεται εἶναι. τοῦ
δὲ ἑνὸς μία αἴσθησις. ἡ δὲ μία ἅμα αὐτῇ, ὥστε ἐξ ἀνάγκης τῶν μεμιγμένων ἅμα αἰσθάνεται, D
ὅτι μιᾷ αἰσθήσει κατ' ἐνέργειαν αἰσθάνεται. ἑνὸς μὲν γὰρ ἀριθμῷ, ἡ κατ' ἐνέργειαν μία, εἴ-
δει δὲ ἡ κατὰ δύναμιν μία. καὶ εἰ μία τινὶ ἡ αἴσθησις ἡ κατ' ἐνέργειαν, ἓν ἐκεῖνα ἐρεῖ. με-
μίχθαι ἄρα ἀνάγκη αὐτά. ὅταν ἄρα μὴ ᾖ μεμιγμένα, δύο ἔσονται αἰσθήσεις αἱ κατ'
ἐνέργειαν, ἀλλὰ κατὰ μίαν δύναμιν καὶ ἄτομον χρόνον, μίαν ἀνάγκη εἶναι τὴν ἐνέργειαν. μιᾶς
γὰρ ἡ εἰσάπαξ μία χρῆσις καὶ κίνησις, μία δὲ ἡ δύναμις. οὐκ ἄρα ἐνδέχεται δυοῖν ἅμα
αἰσθάνεσθαι τῇ μιᾷ αἰσθήσει. ἀλλὰ μὴν εἰ τὰ ὑπὸ τὴν αὐτὴν αἴσθησιν ἅμα ἀδύνα-
τον ἐὰν ᾖ δύο, δηλονότι ἧττον τὰ κατὰ δύο αἰσθήσεις ἐνδέχεται ἅμα αἰσθάνεσθαι, οἷον λευκὸν
καὶ γλυκύ. φαίνεται γὰρ τὸ μὲν τῷ ἀριθμῷ ἓν ἡ ψυχή, ἐν οὐδενὶ ἑτέρῳ λέγειν, ἀλλ' ἢ τῷ ἅμα.
τὸ δὲ τῷ εἴδει ἕν, τῇ κρινούσῃ αἰσθήσει, καὶ τῷ τρόπῳ. λέγω δὲ τοῦτο, ὅτι ἴσως τὸ λευκὸν καὶ τὸ
μέλαν,

A μέλαν, ἕτερον τῷ εἴδει ὄν, αὐτὴ κρίνει καὶ τὸ γλυκὺ, καὶ τὸ πικρόν. ἡ αὐτὴ μὲν ἑαυτῇ, ἐκείνης δ' ἀλλ' ἑτέρως ἑκάτερον τῶν ἐναντίων. ὡς δ' ἑαύτως αὐτὰς τὰ σύστοιχα, οἷον ὡς ἡ γεῦσις τὸ γλυκὺ, οὕτως ἡ ὄψις τὸ λευκόν. ὡς δ' αὕτη τὸ μέλαν, οὕτως ἐκείνη τὸ πικρόν.

100 Præterea, magis valet anima, duo sensilia ad eundem sensum pertinentia simul sentire, vt acutum & graue. Magis enim simul motus vnius ipse ipsius, quàm duorum, veluti aspectus & auditus. Vnico autem sensu simul duo sentire non licet, nisi commista fuerint. Mistio nanque vnum esse vult, vnius autem vnus sensus est, & vnus simul sibi ipsi. Itaque necesse est, vt mista simul sentiat anima, quoniam vno sensu actu sentit, cùm vnius numero, sensus actu vnus sit: at vnius specie, vnus sensus potestate. Et siquidem vnus actu fuerit sensus, vnum illa esse dicet. B Quare necesse est vt illa misceantur: quæ cùm mista non fuerint, sensus actu duo erunt. Verùm secundum vnam potestatem, tempúsque indiuiduum, vnus actus est necessariò. Quandoquidem vnius potestatis vnotempore vsus vnus, motúsque vnus est, vna est autem potestas: non igitur duo simul sentiendo percipi vnico sensu queunt. Quod si fieri non potest, vt quæ sub eundem sensum cadunt, si duo fuerint, simul sentiantur: certè quæ sub duobus sensibus sunt, multò minus sentire continget, vt album & dulce. Anima enim, nullo alio, id quod vnum numero est, quàm quia simul: quod autem vnum specie est, sensu discernente, & modo diiudicat. Quod idcircò dico, propterea quòd fortasse album & nigrum quæ sunt specie diuersa sensus discernit atque etiam dulce & a- C marum, idem inquam ipse, ab illo autem diuersus: verùm vtrumque istiusmodi contrariorum modo diuerso diiudicat, quemadmodum ea quæ sunt sibi ipsis cognata eadem ratione: vt veluti Gustus dulce, ita visus album: & vt hic nigrum, sic ille amarum.

Idem probat secunda ratione à loco Topico sumpta, in hunc modum: Si cui magis videtur inesse aliquid, nō inest, ergo neque cui minus, inerit. Atqui magis videtur Animali hoc inesse, vt plura sēsilia eiusdem generis vnico sensu simul eodémque tempore percipiat, quàm vt pluribus sensibus diuersa, quod tamē ei non inest, ergo neque hoc. Maiore per se nota, Assumptio quod ad priorem partem probatur: quia quanto magis motus sunt diuersi, tantòminus videntur eidem facultati posse simul tribui. At duo motus quibus ani- D ma sentit simul diuersa sensilia duobus sensibus, sunt magis diuersi quàm duo motus quibus per vnum sensum duo contraria sentit: ergo tanto minus illi, eidem facultati tribui possunt. Maior huius προσυλλογισμοῦ nota est, quia vnius Potentiæ actu vna per se dūtaxat energεία est, tēpore vno: qui actus vnus vnius est obiecti: operationes siquidem animæ ab obiectis pendent, idcircò quantò proximiùs ad vnitatem & ταυτότητα hęc accedunt, & longiùs à diuersitate absunt, eò magis animæ naturæ accōmodata sunt, illíque magis tribui debent: è contrà quæ magis ab vnitate recedunt. Minor, quoque vix eget probatione. Notū est enim ea magis esse inter se discrepantia quæ genere, quàm quæ specie differunt: duos autem illos motus diuersorū duorū sensuū, ab obiectis gene-

re differentibus proficisci, vt à colore & sono: duos verò motus qui vnius sensus sunt, oriri ab obiectis specie sola differentibus, vt ab albo & nigro, graui & A
acuto: sequitur igitur quod in prosyllogismo assumpsimus, itémque illius cõplexio: Nempe animam sentientem, magis posse duo sensilia vnius sensus simul, quàm duo diuersorum apprehendere. Sed probãda est Minor illa prioris sillogismi, quantum ad secundam partem. Quod Aristoteles efficit, hoc modo: Si sensus vnus sentit simul eodémque tempore sensilia sua cõtraria, vel ea sentit vt actu separata numeróque distincta, vel vt mixta vnúmque: at neutro modo id fit. Quod probatur: & primùm de distinctis mouentibus. Nam loquimur hîc de sensu qui vnus actu dicitur, non potestate, cùm de Energeia ipsa præsenti, sermo sit: qui certè non nisi vnum eodem tempore percipit: quemadmodum nanque vnius numero rei, est vnus numero sensus, vnáque tantùm actio numero, eodem tempore fit: ita vna numero sensus energeia, simul ad plura quàm ad vnum terminari nequit. Adde, vnum numero sensum non posse simul pluribus sensionibus in actum deduci: est enim sensio veluti B
sensus forma: pluribus autem formis eiusdem generis, idem simul informari nequit. Sequitur ergo, vt sentiat illa plura veluti commixta, atquî per mixturam multa in vnum coëunt, vnámque speciem & rationem vnam efficiũt: ex qua certè non nisi vna actio numero, sensióque vnica sequetur. Quò fiet, vt sensus vnus non duo simul eodémque tempore, sed vnum tantùm apprehendere hac ratione dici possit. Ita videtur Aristoteles argumentum suum in priori contextus parte ponere, ac stabilire, quanuis non ita distinctè, neque ita copiosè. Nonnulla deinceps addit (& verbosius certe quàm soleat) ad eandem rẽ magis stabiliendã pertinẽtia: Nos per illa decurremus, atque in formã rationis, paucioribus quàm fieri potuerit omnia redigemus. Aliud est, inquit, sentire rem vt vnam numero, aliud vt vnam specie: aliud item sentire vnam actu, aliud vnum potestate. Tunc concedit recipi quidem plura sensilia simul C
posse vnico secundum speciem, non ad numerum actu, & ab vno sensu potestate non actu: nam potestate omnium illorum sensilium actus vnus specie dicitur atque simul, quatenus ab eadem facultate suscipiuntur: quinimò (hoc addo) omnes istę receptiones, hac eadem ratione, nempe potestate, vna receptio dici queunt, atque eodem tempore effici, quatenus nempe, in eodem τῷ νῦν: in quo sentio album, possem ipsum non sentire, & illius loco nigrum sentire. At quæstio Aristotelis est de ipsa energeia sensus, itaque vnio ista κατ᾽ ἀδιαίρετον tanquam ab instituto nostro aliena hîc explodenda est: Et concludendum: Si obiecta plura sint, & actu sentiantur vt commixta, vnicam fore sensionem, respectu scilicet illius vnius tertii, quod ex mixtura effectum est: Si vero vt se parata, tot actus & sensiones erunt, quot item obiecta, quæ ab eadem potestate, non vno eodémque tempore recipi poterunt: cùm à facultate vna numero, actio vna numero tantùm eodem tempore prodire, vnáque numero comprehensio effici queat. Quam itẽ conclusionẽ, ne vllus prorsus exceptioni locus superesit, declarat Aristoteles hoc modo: Anima, nulla alia re iudicat aliquid esse vnum numero, quàm ipso tempore indiuiduo, in quo à sensu capitur, at id quod vnum specie est, non hoc iudicat: sed ipso sensu hoc iudicante, id est, diuersitate ipsa sensuum, modóque comprehẽsionis diuerso. Dico modo comprehensionis diuerso, propterea quòd, quanuis idem sensus, puta visus, albũ & nigrum percipere videatur, non tamen ambo eodem modo, sed vtrunq; oppositorũ diuerso percipit. E contrà iis quæ eiusdẽ ὁμοζυγίας, id est, coniugationis sunt, siquidem eadem prorsus ratione apprehenduntur, vt dulce à gustu, album à visu: & è contra amarum ab illo, ab hoc nigrum. Ac si Aristoteles con-

A les concludere velit, Si actionem vnam numero, vnius numero sensus, anima illam esse iudicat, quæ tempore indiuiduo efficitur, illam certè nunquam vnã numero iudicabit, quæ diuersam perceptionis rationem habet: siquidem ista non vno temporis momento & simul suscipiatur, multóque etiam minus illam quæ ad sensum diuersum pertinet, vt superiùs induximus. Subobscura sunt hæc quæ nobis in postrema hac parte tradit Arist. & ad intelligendũ propè difficillima. Quæ tamen nos dicere maluimus (ni fallor) perspicua magis & accommodata sunt, quàm quæ Thomas & Alexãder, multóque magis quàm quæ alii quidam τῆς ἀναλογικῆς ταυτότητος commenti sunt. Sed illustremus nonnulla seorsim. Primúmque moneamus, hanc eandem quæstionem in sec. de an. à con. 141. vsque ad 148. expendi, atque determinari. (Quare necesse est vt B illa misceantur). Si hæc ad diuersa sensilia accommodare velis, dicendum est, Aristotelem hæc proposuisse vel tanquam casu posito (vt loquuntur) vel vt omnia distinctionis membra prosequeretur: secus enim sibi repugnaret, qui superiùs docuit diuersa sensilia ita misceri non posse, vt propter mixturam vnum quoddã per se, vnáque species efficiatur. (Anima enim). Sensus interni munus propriè dicitur iudicare sensilia, externi verò capere. At iudicare hoc esse vnũ numero vel specie, ad Mentẽ cogitantẽ pertinet: de qua re aliàs. (Sensũ discernente). Id est diuctso, aut si non diuersitate sensus (modo) id est, varia perceptionis ratione. (Quod idcirco dico). refertur ad proximum vocabulum nẽpe ἢ τῷ τρόπῳ. argumentũ est id quod addit, ad ταυτότητα sensus, & ἑτερότητα perceptionis pertinẽs. (ἡ αὐτὴ μὲν ἑαυτῇ, ἑκατέρως δὲ ἄλλη). Idem quidem ipse, ab illo autem alius: Vna & eadem in seipsa potestas est, quæ album & dulce iudicat: vna itẽ C quæ album & nigrum, sed quæ album percipit specie differt ab illa quæ dulce & numero ab illa quæ amarũ capit. ταυτότητ☉-causa est animæ indiuisibilitas, ἑτερότητος æsthetetiorum atque obiectorum, necnon perceptionis diuersitas. (Vtrunque contrariorum modo diuerso). Ergo non eodem tempore. Diuersum autem modum declarat Alexander. Etenim vnum vt habitum: alterum vt priuationem iudicat. Consulatur pro hac re contextus quadragesimus nonus primi Physicorũ, decimus octauus primi de ortu & interitu, & vigesim⁹ septimus quarti metaphysicorũ, septimus decimi, & 22. duodecimi. item Auer. secundo physicorum decimo quinto, & in libello de sub. orbis. Duo tantùm monebimus, primúmque illud: contrariorum quod est perfectius, id formæ & habitus vicem gerere: è contra quod imperfectius: si tamen contraria quatenus τὰ ὄντα quædam in natura sunt spectentur: si verò vt in hoc vel illo respectu, atque inuicem transmutabilia, non vnum magis quàm alterum rationẽ D formæ aut priuationis obtinere. Mox sciendum, contraria, vt loquuntur, positiua, priuatiuè non opponi. Sũt enim hę oppositorum species diuersę: quòd illa extremorum eiusdem generis mutuò in seipsa agentium, propriámque formam & specificum esse obtinentium sit: hæc nequaquã: verùm respectu perfectionis, aut cõtinẽtię, contraria, στερητικῶς quoque opponi affirmamus (sibi ipsi cognata) vt in gustu omnia dulcia, in visu omnia alba, aut econtrà: in illo omnia amara, in hoc omnia nigra. In primo physicorum cont. quadragesimo nono, cùm de antiquis loqueretur ait, Contraria quidem quanquam sine ratione omnes Veteres posuisse principia, differre tamẽ inter se, quòd alii priora, alii posteriora acciperent: in eo præterea conuenire quòd sua principia ἐκ τῆς αὐτῆς συστοιχίας sumerent. Aliter quidem atque aliter seriem illam Interpretes exponunt: eodem tamen ferè recidunt omnes, & huic loco lucem afferunt.

Ἔτι εἰ αἱ τῶν ἐναντίων κινήσεις ἐναντίαι, ἅμα δὲ τὰ ἐναντία ἐν τῷ αὐτῷ καὶ ἀτόμῳ οὐκ ἐνδέχεται ὑπάρχειν. ὑπὸ δὲ τὴν αἴσθησιν τὴν μίαν ἐναντία ἐστὶν, οἷον γλυκὺ, πικρὸν, τούτων οὐκ ἐνδέχοιτο ἂν αἰσθάνεσθαι ἅμα. ὁμοίως δὲ δῆλον ὅτι οὐδὲ τὰ μὴ ἐναντία. τὰ μὲν γὰρ τοῦ λευκοῦ, τὰ δὲ τοῦ μέλανός ἐστι. καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ὁμοίως· οἷον τῶν χυμῶν, οἱ μὲν τοῦ γλυκέος, οἱ δὲ τοῦ πικροῦ. οὐδὲ τὰ μεμιγμένα ἅμα· λόγοις γάρ εἰσιν ἀντικειμένων, οἷον τὸ διὰ πασῶν, καὶ τὸ διὰ πέντε, ἐὰν μὴ ὡς ἓν αἰσθάνηται, οὕτως δὲ εἷς λόγος ὁ τῶν ἄκρων γίνεται. ἄλλως δὲ οὔ. ἔσται γὰρ ἅμα, ὁ μὲν πολλοῦ πρὸς ὀλίγον, ἢ περιττοῦ πρὸς ἄρτιον· ὁ δὲ ὀλίγου πρὸς πολὺν, ἢ ἀρτίου πρὸς περιττόν. εἰ οὖν πλεῖον ἀπέχει ἔτι ἀλλήλων καὶ διαφέρει τὰ συστοίχως μὲν λεγόμενα, ἐν ἄλλῳ δὲ γένει, τῶν ἐν τῷ αὐτῷ γένει (λέγω δὲ οἷον τὸ γλυκὺ καὶ τὸ λευκόν.) καλῶ σύστοιχα, γένει δὲ ἕτερα. τὸ γλυκὺ δὲ τοῦ μέλανος, πλεῖον ἔτι τῷ εἴδει διαφέρει, ἢ τοῦ λευκοῦ. Ἔτι ἂν ἧττον ἅμα ἐνδέχοιτο αὐτὰ αἰσθάνεσθαι, ἢ τὰ τῷ γένει ταὐτὰ, ὥς τε εἰ μὴ ταῦτα, οὐδὲ ἐκεῖνα. A

101 Adhæc si contrariorũ motus cõtrarii sunt, simul autem cõtraria in eodẽ & indiuiduo, inesse non valent: & sub sensum vnũ contraria cadũt, vt dulce & amarũ, hæc vtique simul sentiri non poterunr: similiter autem perspicuũ est, quòd neq; ea quæ non contraria: quippe quæ partim ad albũ, partim ad nigrum referãtur. Cæterorum etiã ratio eadẽ est, nã saporũ species parti dulci, parti amaro rribuũtur. Sed nec mixta simul sẽtiũtur (in rationibus nãque sunt oppositorũ, veluti Diapasõ, & Diapẽte) nisi vt vnũ sentiãtur. Atquì hoc modo vna fit proportio extremorum, aliter autẽ nõ. Erit enim simul hæc quidẽ proportio multi ad paucũ, vel imparis ad parem: illa verò pauci ad multũ, vel paris ad impar. Si itaque plus à se inuicẽ distant differũtque illa, quæ cognata quidem sibi ipsis sunt, genere tamẽ differentia, quàm quæ eiusdem generis: (verbi gratia, dulce & album cognata & genere discrepãtia voco) dulce autẽ plus etiã specie differt à nigro quàm ab albo: profectò multo minus adhuc ista simul sẽtiri accidet, quàm quæ genere eadem. Quare si non hæc, ergo neque illa. B C

Deducitur ferè ex superioribus hæc tertia ratio, seu vt tectiùs dicam, ad superiotem rationem pertinet. Hîc ergo ostendit, eũdem sensum plura propria sensilia simul nõ posse sentire: vt inde tutius colligat quod in superiori, in hũc modum, Contraria simul in eodem esse nequeunt, motiones sensilium duorum specie differentium eiusdem sensus sunt contrariæ, ergo, &c. Propositio non vno in loco apud Aristotelem & Auerroem legitur. Assumptio probatur quia contrariorum, contrariæ sunt motiones, vt ex quinto de Phy. auscul. elicitur. Sensilia verò duo eiusdem sensus conttaria sunt, quod ptobat Aristoteles, quia vel sunt extrema sub eodem genete, vt album & nigrum: vel media inter extrema. Si extrema, ergo vetè contraria, ex decimo metaphy. 13. si media, contratiorum item rationem obtinent, quatenus vni exttemo comparata, alterius vicem gerunt. hæc copiosiùs superiùs declarauimus. Imò addit, neque ipsa media seu mixta sensilia simul petcipi, rationem nãque cõtrariorum obtinent componentia, vt album & nigrum in cæruleo, διὰ πασῶν & διὰ πέντε in musicis Symphoniis. Διὰ πασῶν nãque ad διὰ πέντε se habet, vt par ad impar, & pauca ad multa. Est enim in proportione dupla, id est, duorum ad vnum, διὰ πέντε verò in tripla, id est, vt tria ad duo. Hac de re Boet. ptiori vol. Mus. cap. 7, & 16. & ad hanc rationem planiùs intelligendam, 5. phy. à cont. 46, vsque ad 52. D

Col-

Colligit deinceps Arist. argumentum ſuum à maiori, Quòd niſi poſſimus ſen
A tiendo percipere, ſenſilia contraria in quibus minor eſt ἡ ἐναντιότης tantò minus diuerſa percipiemus. Diuerſorum autem duplicem conſtituit gradum: eorum nempe vnum quæ σύστοιχα ſunt: alterum quæ πλεῖον τῷ εἴδει differunt, de quibus eadem argumentandi vi determinat, ſenſum nempe ſi τὰ σύστοιχα ſimul eodémque tempore compræhendere nequeat: multò etiam minus comprænſurum quæ magis ſpecie differunt. τῶν συστοίχων exemplum eſt album & dulce, ſiue nigrũ & amarum: differentium verò πλεῖον τῷ εἴδει, album & amarum, ſiue nigrũ & dulce. Animaduertatur hîc primum vocabulum generis & ſpeciei, ab Ariſtotele confundi, vt plerũque ſolet, Mox τὰ μᾶλλον εἴδει διαφέροντα vocari, diuerſa quæ ex contraria ſerie accipiuntur, quàm quæ ex eadem.

Ὃ δὲ λέγουσί τινες τῶν περὶ τὰς συμφωνίας, ὅτι οὐχ ἅμα μὲν ἀφικνοῦνται οἱ ψόφοι, φαίνονται δὲ, καὶ λανθάνει ὅταν ὁ χρόνος ᾖ ἀναίσθητος, πότερον ὀρθῶς λέγεται; ἢ οὔ; τάχα
B γὰρ ἂν φαίη τις καὶ νῦν παρὰ τοῦτο δοκεῖν ἅμα ὁρᾶν καὶ ἀκούειν ἔν τι, ὅτι οἱ μεταξὺ χρόνοι λανθάνουσιν. ἢ τοῦτο οὐκ ἀληθὲς, οὐδ' ἐνδέχεται χρόνον εἶναι ἀναίσθητον οὐδένα, οὐδὲ λανθάνειν, ἀλλὰ παντὸς ἐνδέχεται αἰσθάνεσθαι. εἰ γὰρ ὅτε αὐτὸς ἑαυτοῦ τις αἰσθάνεται, ἢ ἄλλου ἐν συνεχεῖ χρόνῳ μὴ ἐνδέχεται, τότε λανθάνειν ὅτι ἔστι. ἔστι δέ τις ἐν τῷ συνεχεῖ καὶ τοσοῦτος, ὅσος ὅλως ἀναίσθητός ἐστι, δῆλον ὅτι τότε λανθάνοι ἂν, εἰ ἔστιν, αὐτὸν αὑτὸν, καὶ εἰ ὁρᾷ, καὶ οὐκ αἰσθάνεται καὶ αἰσθάνεται.

102 Quod autem nonnulli de Symphoniis affirmant, ſonos nempe non ſimul peruenire, videri autem, & latere nos, ſi quando tempus inſenſile fuerit, recténe affirmatur, vel non? Nam iuxta hoc aliquis fortaſſe dicet: idcirco exiſtimari, aliquid vnum ſimul cerni & audiri,
C quoniam inter media tempora lateant. An hoc minimè verum? neque eſſe poteſt tempus inſenſile, aut latere: ſed omne ſétiri valet. Etenim ſi cùm aliquis aut ſe aut alterum ſentit, in continuo tempore, non contingit tunc latere quod eſt: eſt autem aliquis in continuo tempore, & tantus, quantus omnino inſenſilis eſt: patet quòd tunc latere poterit ſeipſum, ſi ſit, & ſi videat. Præterea & non ſentit, & ſentit.

Anteaquam Philoſophus, oſtendat quomodo ſimul, id eſt, vno eodémque tempore percipi ſentiendo plura poſſint, reſponſum quorundã generatim ad vtramque quæſiti partem attinens, affert, qui in harmonicis ſonis declarabãt quid nobis in perceptione ſenſilium credendum eſſe cenſebant. Occaſio huius reſponſi interſerendi fuit, non vt illius confutatione viam ſibi ad veritatẽ
D ſtatuendam, ſuperioráque argumenta refellenda muniret (quod quibuſdam placet) ſed vt obiter errata quorundam more ſuo, detegeret. Summa autem reſponſionis iſtorũ erat: Reuera fieri non poſſe vt non niſi ſeparatim plura ſẽſilia percipiamus, quemadmodũ etiam harmonicos ſonos percipimus: ob minutiſſima tamen temporum momenta, quibus interualla perceptionum diſcludũtur, id nobis videri, quod verè non eſt, nempe quòd ſimul plura ſentiamus. Priorem reſponſionis partem, ſuperiora argumenta probant. Poſteriorem ſat ſe ſtabilire opinantur, ſi confugiant ad tempus illud, id eſt, ἀκαρὴς τοῦ χρόνου (vt loquuntur Græci) confugiant, quod minimum ſit atque ita momentaneũ, vt ſucceſſio omnis, omnéque motionum interuallum, ſenſum lateat. Refutat Ariſt. hanc reſponſionem, oſtendens fieri non poſſe, vt huiuſmodi tẽpus minimũ, nos lateat: cùm enim hoc conſtituerit (vt ait Alex.) ſequetur ſenſiones multorũ ſenſiliũ: non ea certè ratione ſimul à nobis percipi qua videãtur.

Refutatio autem non simplex est. Prior ita habet, Ille qui sentit, in quantalibet, vel etiam minutissima temporis particula, se sentire, atque in illo τινὶ esse percipit: ergo quancunque temporis exiguam partem sentit. Assumptio sumitur ex sec. de an. contextu 136. Nam cùm videmus, audimus, olfacimus, sensu cognoscimus nos videre, audire, olfacere: ergo in quantocunque temporis momẽto sentiamus, semper sentire nos, cognoscimus. Etenim secus, falsa esset propositio in secũdo de anima posita, quòd vniuersim vera non esset. Consequutio patet: siquidem si sensus sentiẽdo sentire se percipit, cognoscit quoque se τινὶ & in tempore sentire: ergo quantulumuis tempusculum percipiet, nullúmque ipsum fallet. Verba postremæ contextus partis, quæ subobscura sunt, sigillatim ita explicentur. (Etenim si cùm aliquis sentit seipsum aut alterum esse, in continuo tempore). Id est, cùm aliquis est, eo tempore quo est, seipsum esse sentit, vel alium. (Non cõtingit tunc latere quod est). Id est, fieri nõ potest quin cognoscat se sẽtire esse se, vel alium. (Est autẽ aliquis in continuo tempore, & tantus quãtus omnino insensilis est). Hoc est, opinaris autem tu, dari tempusculũ in illo tẽpore cõtinuo quod sensum fugiat. (Patet quòd tunc lateri poterit seipsum, si sit, & si videat: Præterea non sentit & sentit). Id est, sequetur aliquod dari momentum, in quo quispiam seipsum lateat, sibique sit absconditus, quod est absurdum: quandoquidem nullus est, qui eo tempore quo est, non sentiat se existere, & eo tempore quo aliũ cernit se illum cernere non sentiat, idémque præterea erit hoc modo dicere, atque affirmare, aliquẽ non sentiẽdo sentire: quo nihil absurdius audiri potest. Alex. & Thomas lucẽ huic argumẽtationi aliquã afferunt, cùm docent, Tẽpus per se non sentiri, sed per accidens, ratione scilicet rerum quę mouentur, & per se intẽpore sentiuntur: dicimus nanque visionem, puta longam, quia longa specierum visilium succedẽtium perceptio fit. Quocirca cùm quispiam se esse, aut se sentire, percipit, sentit quoque tempus in quo ipse est, & in quo actionem suam edit. Dubitatur hîc ab omnibus, an sensus suam operationem cognoscat: pro qua dubitatione, multa à Philopono, Simplicio, Thoma, aliísque Latinis afferri solẽt. Mihi sanè Themistii sententia in sec. de an. cap. 8. & Alexandri in ca. de sensu Communi, valde arridet: Sensum nempe Communem esse qui functiones omnium sensuum exteriorum cognoscit. Quæquidem ex Arist. desumpta est in lib. de somno & vig. cap. secundo, vbi hoc ipso argumento sensum cõmunem in animali astruit, nempe, quòd visus non videat se videre, neque auditus audiat se andire, sed facultas quædam communis adsit, qua animal se vidère & audire sentiat, quam sensum communem vocatum esse dicit. Hæc ita plana sunt intelligenti quid sensus communis ab exteriori differat, quid item vtriusque proprium sit, præterea quid vterque in homine intelligendi vi prædito valeat, vt nullus amplius dubitationi locus supersit, & nil huic Aristotelis argumentationi repugnans (quod tamen aliqui nobis obiiciunt) ita sentiendo afferatur: quinimò hæc sola via sit, qua Simplicium à seipso alicubi hac in re discedentẽ, ad seipsum reducere valeamus. Sed consulantur Themistii, & Alexandri verba, quæ multis quidem in locis, sed in citatis potissimùm leguntur. Nobis enim hæc in præsentia sat sunto: qui illa in libello de somno & vigilia pluribus simus, Domino fauente, prosequuturi.

A
B
C
D

Ἔτι οὐκ ἂν εἴη οὔτε χρόνος οὔτε πρᾶγμα οὐδὲν ὃ αἰσθάνεται, ἢ ἐν ᾧ μὴ οὕτως ὅτι ἐν τούτῳ τινὶ, ἢ ὅτι τούτου τι ὁρᾷ, εἴπερ ἐστί τι μέγεθος καὶ χρόνου καὶ πράγματος, ἀναισθητὸν ὅλως διὰ μικρότητα. εἰ γὰρ τὴν ὅλην ὁρᾷ καὶ αἰσθάνεται τὸν ὅλον αὐτὸν συνεχῶς χρόνον οὕτως,

ὅτι

A ὅτι ἐν τούτου τινί, ἢ ὅτι τούτου τι ὁρᾷ, εἴπερ ἐστί τι μέγεθος. ἀφῃρήσθω τὸ γ' β', ἐν ᾧ οὐκ ᾐσθάνετο, οὐκοῦν ἐν ταύτης τινί, ἢ ταύτης τι ὥσπερ τὴν γῆν ὁρᾷ ὅλην, ὅτι τοδί τι αὐτῆς καὶ ἐν τῷ ἐνιαυτῷ βαδίζει, ὅτι ἐν τῷδε τῷ μέρει αὐτοῦ. ἀλλὰ μὴν ἐν τῷ β' γ' οὐδὲν αἰσθάνεται, τῷ ἄρα ἐν τούτου τινὶ τοῦ α β' αἰσθάνεσθαι, λέγεται τοῦ ὅλου αἰσθάνεσθαι, καὶ τὴν ὅλην. ὁ δ' αὐτὸς λόγος καὶ ἐπὶ τῆς α' γ'. ἀεὶ γὰρ ἐν τινὶ καὶ τινός, ὅλου δ' οὐκ ἔστιν αἰσθάνεσθαι. ἅπαντα μὲν οὖν αἰσθητά ἐστιν, ἀλλ' οὐ φαίνεται ὅσα ἐστί. τοῦ γὰρ ἡλίου τὸ μέγεθος ὁρᾷ, καὶ τὸ τετράπηχυ πόρρωθεν, ἀλλ' οὐ φαίνεται ὅσον, ἀλλ' ἐνίοτε ἀδιαίρετον, ὁρᾷ δ' οὐκ ἀδιαίρετον. ἡ δ' αἰτία εἴρηται ἐν τοῖς ἔμπροσθεν περὶ τούτου. ὅτι μὲν οὖν οὐκ ἔστι χρόνος ἀναίσθητος, ἐκ τούτου φανερόν.

B 103 Præterea nec tempus, nec res vlla erit quæ sentiatur, nisi eatenus quatenus in huius aliqua parte, vel istius rei aliquid videt: siquidem aliqua magnitudo, tum temporis, tum rei sit, ob exiguitatē prorsus insensilis. Si nanque totam rem cernit, & totum ipsum tempus continuè, quia in aliqua parte huius, vel quia illius aliquam partē cernit, si est aliqua magnitudo, auferatur C.B. in quo non sentiebat, ergo in aliqua parte huius, vel aliquam huius partem cernit. Verbi gratia, terram totam conspicit, quoniam hanc partem illius: & annum ambulat, quia in hac anni parte. Veruntamen in C.B. nihil sentit: ergo quia in aliqua huius nempe A.B. parte, sentit, dicitur totum annum totámque terram sentire. Eadem autem C ratio in A.C. est: semper enim in aliqua huius temporis parte, & aliquid huius, totum autem sentire non licet. Omnia igitur sentiri valent, sed non apparent quanta sunt. Solis enim magnitudo videtur, & quatuor cubitorum à longinquo: at quanta est non apparet, Quin plerunque indiuiduum apparet, cernit tamen non indiuiduum. Huius causa superius à nobis exposita est. Quòd igitur nullum sit insensile tempus, ex his perspicuum est.

Alia ratione idem refutat, quæ huiusmodi fere est, Si datur tempus insensile, aut magnitudo insensilis, (hæc nanque se inuicem consequuntur: cùm tēpus sit mensura motus, imò, teste Simplicio, idem ratione quòd motus, motus D verò nullus, præter magnitudinem) consequetur, nullum nunquam nos rorū continuum tempus, aut magnitudinē totam percepturos, nisi eatenus, quatenus partem aliquam, id est, illius tēporis, illiúsque magnitudinis percipim⁹. Sit enī magnitudo A.C.B. Sumatur huius magnitudinis insēsilis pars, puta C. B. hac ablata, pars sensilis manet, nempe A.C. ergo quis hanc sensilem partē tantūmodo videns, totam se magnitudinem cernere affirmare poterit. Cōspiciens itaque quis Terræ partem, totam se Terram conspicere dicet, & ambulans aut legens horam diei, totum se annum aut diem ambulasse, seu legisse. Eadem ratio est de parte quę sensilis ponitur, nimirum A.C. siquidem illius pars aliqua insensilis erit: quò fiet, vt de ea quoque sit idem concludendū, nēpe idcirco sētiri quia ipsius aliquid sentiatur, atque id eousque, dum fateri cogamur, aliquid esse quod sentiatur quia insensile sit: quod absurdum esse ex prioris & secundæ quæstionis determinatione liquet. Colligendum est ergo totum ratione quidem, qua totum quoddam est, & certo simul colle-

ctarum partium numero aggregatum ſenſile dici, non quia aliquid totius ſentiatur, quinimò (vt Alexander monet) niſi hoc eſſet id nobis deeſſet, quo primo & per ſe ſentimus, nempe totum ipſum, cum ratione tantùm totius, partes percipiamus: præterea nil vnquam de toto verè affirmare licebit, cùm quiduis illi ratione partis, non quià totum conueniret. Id tamen verum eſt, A
Totũ non ſemper percipi quantum ſit: vt ſol qui nõ tanta magnitudine à nobis conſpicitur, quanta præditus eſt, aliaque huiuſmodi tanquam indiuidua apparent, quæ tamen magnitudinem ſuæ quantitatis multò grandiorem habent, neque indiuidua ſint: quinimo talia cerni minimè poſſunt, vt ſuperiùs demonſtrauimus, cùm diximus, id quod videtur, non eſſe indiuiduum, vel dari magnitudinem actu inuiſilem, poteſtate verò nequaquam. Aliud ergo eſt Totum ſentiri, quia illius pars tantùm aliqua ſentiatur: aliud totum qua ratione totum eſt, comprehendi, certam tamen quantitatis illius magnitudinem, nequaquam ſentiri. Particula (ἅπαντα) in concluſione poſita, cùm nempe ait, Ἅπαντα μὲν οὖν αἰσθητά ἐστιν, ſimpliciter ita exponenda eſt, Omnia itaque ſubſiſtentia, ſenſilia ſunt, ſed ea quanta ſint, non ſemper percipiũtur. Laudarem tamen aliorum explicationem: quæ eſt, vt per particulam iſtiuſmodi, totum quoad ſignificat ſimul omnes partes, ſignificetur, ſicubi tamen alterum mihi locum, in Ariſtotele proponerent, in quo particula iſta, ad idem exprimendum vſurparetur. Hîc illud in quæſtionem cadere ſolet, nempe, an Tempus inſenſile detur: Quod videtur concedendum, cùm ſi ſecetur hora, eouſque ſectione progredi liceat, dum ad minimum ſenſile deueniamus: quod ſi item diſtribuatur, certum eſt illius partes inſenſiles fore, cùm ipſum minimum ſenſile ſit. Omitto hîc quæ Henricus Gand. in ſuis quodl. & Scot. in 2. ſent. diſt. 2. de Indiuiſibili loquuti ſunt. quæ item alii dixerunt, nempe, tempus inſenſile dari quidem, non tamen magnum, (iuxta quam dicendi rationem Ariſtotelem excuſant, qui ſuperiùs id pro abſurdo & falſo aduerſus Veteres, dum agebant de ortu colorum adduxit) Dicam ego paucis, Tempus in ſua latitudine acceptum, & ſecundum omnes ſui partes, continuam eſſe quantitatem: Cuius tamen id quod actu exiſtit, & accipi poteſt eſt ipſum tantùm τὸ νῦν, quo etiam ſine, tempus intelligi non poſſet. Dicit autem τὸ νῦν tẽpus præſens, (prętereo nanque illud νῦν æternitatis de quo Simpl. in tertio de ani. cont. 23.) & eſt nexus futuri cum præterito. Hoc momentum ſeu inſtans indiuiſibile eſt, vt oſtenditur quarto phy. cont. 26. 27, & 28. Indiuiſibile autem ſenſu percipi nequit, ergo concedit Ariſtot. aliquod inſenſile tempus. Et quãuis τὸ νῦν non ſit propriè tempus, nec pars temporis, cùm indiuiſibile ſit, tẽpus verò continuum, (quod certè ex ipſis indiuiduis atque τῶν νῦν ex quinto phy. cõt. 89. componi nequit) dicitur tamen tempus quia terminus partium temporis, veluti punctus partium linearum eſt: eſt nanque Momẽtum idem, initium futuri, & finis præteriti, cùm tamen ipſum re & ſecundum ſe ſit indiuiduũ: nam ſecus eſſet dare terminum termini, priúſque & poſterius illius. Quare ſimpliciter concludamus, Tempus conſiderari dupliciter poſſe, vel vt menſura eſt motus, quem conſequitur: qua ratione momentum non erit tempus: vel remota ſucceſſionis conſideratione, vt id in quo res potiſſimùm efficiũtur, & quod præcipuè habemus, quo certè modo τὸ νῦν tempus dicetur, & inſenſile: ſenſus nanque illud momentum non percipit quod dicimus Indiuiſibile: eſt autem ſenſile poteſtate, quatenus nempe in toto percipitur, aut actu, non per ſe, toto enim abſque (ſi imaginatione ſepararetur) vllo modo ſentiri nequiret. Huc ferè ſententia eorum ſpectat, qui abſolutè dicunt, Non dari tempus inſenſile, quia momentum illud atque vltimum ſenſile, non niſi imaginatione

diui-

A diuidi queat: te verò ipsa à Veterib⁹ diuidebatur, cùm colores ex partiũ per se inuisilium aggregatione & coitione, gigni affirmarent. Longam sanè & arduam quæstionem esse illam noui, An detur Tempus minimũ, An item Momentum, temporis causa esse possit. Sed hęc alibi pertractanda sunt, atque ita veluti verissima, id est, Peripatetica interim retinenda.

Περὶ δὲ τῆς πρότερον λεχθείσης ἀπορίας σκεπτέον, πότερον ἐνδέχεται ἅμα πλειόνων αἰσθάνεσθαι, ἢ οὐκ ἐνδέχεται. Τὸ δ' ἅμα λέγω, ἐν ἑνὶ καὶ ἀτόμῳ χρόνῳ πρὸς ἄλληλα. πρῶτον μὲν οὖν. ἆρ' ὧδ' ἐνδέχεται ἅμα μὲν, ἑτέρῳ δὲ τῆς ψυχῆς αἰσθάνεσθαι, καὶ οὕτως ἀτόμῳ ὡς παντὶ ὄντι συνεχεῖ, ἢ ὅτι πρῶτον μὲν τὰ κατὰ τὴν μίαν αἴσθησιν οἷον λέγω ὄψιν. εἰ ἔσται ἄλλῳ αἰσθανομένη ἄλλου χρώματος, πλείω τε μέρη ἕξει καὶ εἴδει ταὐτά. καὶ γὰρ ἃ αἰσθάνεται, ἐν τῷ αὐτῷ γένει ἐστίν. εἰ δὲ καὶ ὅτι ὡς ὄμματα δύο φαίη τις οὐδὲν κωλύειν, οὕτω καὶ ἐν ψυχῇ, ὅτι ἴσως ἐκ μὲν τούτων ἕν τι γίνεται, καὶ μία ἡ ἐνέργεια αὐτῶν. ἐκεῖ δὲ εἰ μὲν ἓν τὸ ἐξ ἀμφοῖν, ἐκεῖνο τὸ αἰσθανόμενον ἔσται. εἰ δὲ χωρὶς, οὐχ ὁμοίως ἕξει. Ἔτι αἰσθήσεις αἱ αὐταὶ
B πλείους ἔσονται, ὥσπερ εἴ τις, ἐπιστήμας διαφόρους φαίη. οὔτε γὰρ ἡ ἐνέργεια ἄνευ τῆς καθ' αὑτὴν ἔσται δυνάμεως, οὔτε ἄνευ ταύτης αἴσθησις ἔσται.

104 De proposita verò quæstione, differendum est, Fierine possit, an non vt plura simul sentiantur. Dico autem simul, id est, in vno & indiuiduo tempore vnà. Primùm igitur nunquid ita accidit, vt simul quidem sentiantur, sed diuersa animæ parte, & sic indiuisibili vt totum sit continuũ. An quia primùm ea quæ pertinent ad sensum vnum, vtputa, visum, & si alia parte alium colorem senserit, multas quoque partes specie easdem habebit? Etenim quæ sentit, in eodem genere sunt. Sin verò, quoniam vt bini sunt oculi, dicat quis nil prohibere ita esse in anima. Quia fortasse
C ex his vnum fit, quorum etiam vnum est opus: illic etiam siquidem vnum fiat ex duobus, illud erit sentiens. Sin verò separatim, non similiter se habebit. Præterea sensus idem, plures erunt: veluti si quis scientias differentes dicat, Neque enim operatio absque sua ipsius facultate erit, nec absque hac sensus.

Reliquũ hoc orationis Aristotelicæ, quod ad finẽ vsque libelli ferè progreditur, in explicatione modi & causæ, quomodo & quare simul multa percipere possit anima, consumitur. Refutata ergo aliorũ responsione (inquit) ad propositam dubitationem accedendum est, quam repetens addit. Et explicandũ vtrum anima simul multorũ perceptrix esse & dici queat, simul inquã, id est,
D in tempore, non simpliciter indiuiduo, hoc nanque minimè dari, probatũ est: sed ita indiuiduo vt quæ sentimus vnà sentiantur, non vnum in hac parte, in illa alterum. Paulatim autem, & quasi per gradus ad veriorẽ solutionem vult ascendere vt res planior efficiatur. Proponit itaque primùm, An dici fortasse queat, Animam quidem eandem puta videntem, plura simul posse percipere, diuersa tamen sui parte, vt corpus in diuersis suis partibus albedinem simul & nigredinem potest habere. Respondet, Si id dicatur, absurditatem nos vitare non posse quæ sequitur, nimitum (si de vnico sensu loqui velimus) vnam facultatem puta videntem plures partes eiusdem speciei habituram esse: quod certè patet, cùm ea quæcunque videns anima, videat, vnum sint genere, ob cuius generis sensilium solam diuersitatem, facultates

seu partes animæ sentientis, specie inuicem distinguuntur, vt infrà ex Arist. A
ipso patebit. Hoc verò pro absurdo & falso relinquit Philosophus, cùm animã magnitudinem non esse cõstet, aut partibus istiusmodi diuiduam. At excipere potuisset aliquis, nil prohibere animæ videnti diuersitatem istam partium tribui posse, cùm duo sint cernendi instrumẽta (duobus nãque oculis res vna colorata percipitur) quę illi inseruire videãtur. Respondet rationem non eandem esse, neque collationem similem, idcircóque propterea non secari animam. Quanuis enim duplex sit cernendi instrumentum, energεια tamen vna & comprehensio vnius obiecti est, cùm optici nerui, eo quo superius exposuimus modo, congrediantur, in vnũque principium coeant. Est ergo vna tantùm facultas, vnum instrumento duplici apprehendens: vnde fit, vt aut vnum esse videns dicere cogaris, illud nempe principium in quod duo visa coeunt: aut nullam esse similitudinem adductam, si duo conspecta non in vnam coeãt partem, sed ad diuersas numero animæ particulas pertineant. Quæ omnia eo B
etiam confirmat: quòd si secùs res haberet, sequeretur plurium visilium, plures esse sensus visus: nam sensus ad multiplicationem potestatum, multiplicãtur, quod tamen est absurdissimum. Cùm nanque vis sentiẽdi & energεια ipsa propria, se mutuò cõsequantur, hæc absque illa, neque illa absque hac seiungi poterit: atqui energεια sentiendi secundum diuersitatẽ eorum quæ sentiuntur distingui sanè solet, ita vt vbi sensilia eadem, tunc eadem energia, eadémque facultas & ratio animæ sit. Alioquin sequeretur plures fore sciẽtias albedinis speciéque distinctas. Consequutio probatur, quandoquidem, sicut energεια specie distinctæ, facultates specie distinctas arguunt, ita speculandi diuersitas à diuersis sensuum receptionibus producitur. Quapropter alia albedinis & nigredinis sciẽtia, imò multiplex albedinis ipsius erit. Quod falsum esse decla- C
rat Alexander, eò quòd vna eadémque scientia sit omnium specierum sub vno genere, iuxta illud Aristotelis: Scientiam vnam vnius generis subiecti, atque omnium suarum specierum esse. Animaduertenda sunt verba illa, καὶ οὕτως ἀτόμῳ ὡς παντὶ ὄντι συνεχεῖ. Censet Alexander his iterum exprimi, quid per particulam ἅμα sit intelligendum: hoc item Leonico placuit. Mihi non satis probatur, quòd & repetitio huiusmodi in vna propè linea superuacanea, iudicanda esset, & quòd verba illa ὡς παντὶ ὄντι συνεχεῖ, ad suã explicationem accõmodare nequeant. Thomas rectiùs, Exprimunt (inquit) verba ista quomodo, Dicentes animam diuersis sui partibus plura simul recipere, vnam tamen & non diuersam animam statuerent, nempe ob illarum partium inter se cohærentium, continuationem.

Εἰ δὲ τούτων ἐν ἑνὶ καὶ ἀτόμῳ αἰσθάνεται, δῆλον ὅτι καὶ τῶν ἄλλων. μᾶλλον γὰρ ἐνδέχεται D
τούτων ἅμα πλειόνων τῶν τῷ γένει ἑτέρων. εἰ δὲ δὴ ἄλλῳ μὲν γλυκέος, ἄλλῳ δὲ λευκοῦ αἰσθάνεται ἡ ψυχὴ μέρει, ἤτοι τὸ ἐκ τούτων ἕν ἐστιν, ἢ οὐχ ἕν. ἀλλὰ ἀνάγκη ἕν. ἓν γάρ τι τὸ αἰσθητικόν ἐστι μέρος. τίνος οὖν ἐκείνου ἑνός; οὐθὲν γὰρ ἐκ τούτων ἕν. ἀνάγκη ἄρα ἕν τι εἶναι τῆς ψυχῆς, ᾧ ἅπαντα αἰσθάνεται, καθάπερ εἴρηται πρότερον. ἄλλο δὲ γένος δι' ἄλλου.

105 Quòd si hæc in vno & indiuiduo tempore sentiuntur, perspicuum est quòd & alia sentiẽtur. Magis etenim licebat, hæc plura simul, quàm plura genere diuersa percipere. Quòd si alia sui parte anima dulce sentit, alia album, vtrum ex his vnum efficitur, an non vnum? Sed necesse est vnum constare: nam pars quæ sentiendi vim habet vna est. Cuius ergo vnius illud erit? nihil enim vnum ex his. Oportet itaque vnum aliquid esse animæ

A animæ,quo cuncta sentit,(vt diximus) sed aliud genus per aliud.

Paulatim ad solutionem accedit: Idcircò nunc docet, Neque etiam sensilia diuersorum generum sensuúmque à pluribus animæ partibus percipi posse, sed vna quadam facultate egere. Ex quo etiã quod superiùs docuit magis confirmat. Nam si ista diuersa vnitatem facultatis perceptricis exigunt; & in vno indiuisibili vniuntur,tanto certè magis alia, quæ magis conueniunt. Assumptionem initio ponere non videtur: ponit autem si quis particulas has Εἰ δὲ τούτων,illis superioribus, Nempe ἢ ὅτι πρῶτον μὲν τὸ κατὰ τὴν μίαν αἴσθησιν, respondentes consideret.Ratio autem argumẽtandi nota est, ex iis quæ superiùs attulimus. Probare deinceps videtur quod assumpsit in hunc modum: Quamuis Anima variis sui partibus album & dulce, Visu, nimirum & Gustu sentiat,ex his tamẽ vnum quiddam efficitur, quatenus ad partem illam animæ omnes terminan-
B tur:quæ vnica cùm sit,vim sentiẽdi, atque illa omnia iudicandi obtinet. Interiorem hunc atque cõmunem sensum vocamus:de quo alibi nos in his Commentariis,nonnulla & ad hunc etiam locum pertinentia, annotauimus.Et inferius de eodem quoque plura dicemus. Ad vnicum igitur reipsa sensum nos reuocat Aristoteles, qui vt propriis quibusdam & peculiaribus, atque inter se diuersis instrumentis ad res externas sentiendas vtitur, visus, auditus, tactus nuncupatur: in corde manet; & centri instar obtinet, quòd ad ipsum res omnes extrinsecus obiectæ deferantur. In verbis contextus, aliqua est difficultas atque in illis præsertim. (Quòd si hæc). id est, quæ diuersi sunt generis. (Perspicuum est quòd & alia).hoc est contraria. (Magis etenim licebat hæc),nẽpe contraria; vt superior argumẽtatio euincit. Locus Topicus est, Si de quo minus. (Cuius ergo vnius illud erit:nihil enim vnum ex his). Thomas laborauit quidẽ vt hæc explicaret,sed à scopo aberrauit. Alexãder qui ista ad sensum cõmunem & sensilia refert, plus certè præstitit: lõgius tamen digreditur; quàm
C oporteat, & planè non satisfacit. Quid igitur si ad Æstheteria, verba omnia ista referremus? Dixerat vnicum esse sensum communem: petit nunc, cuiúsnam vnius instrumenti sit iste vnicus atque internus sensus, quandoquidem vnicum istud atque internum Æstheterium, vnumquid ex externis conflatũ & constitutũ esse nequeat. Ratio verò petitionis est, vt ostendere & cõcludere deinceps possit; Vnum esse reipsa sensum(vti dixim⁹)vnicúmque illius Æstheterium, nempe cor:Qui sensus quasi aliis externis sensibus,& quod æstheterium, aliis externis æstheteriis, ad res extrinsecus obiectas percipiendas vtantur.

Ἆρ' οὖν ᾗ μὲν ἀδιαίρετόν τι κατ' ἐνέργειαν ἕν τι ἐστὶ τὸ αἰσθητικὸν γλυκέος καὶ λευκοῦ. ὅταν δὲ διαιρετὸν γένηται κατ' ἐνέργειαν ἕτερον, ἢ ὥσπερ ἐπὶ τῶν πραγμάτων αὐτῶν ἐνδέ-
D χεται· οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς ψυχῆς. τὸ γὰρ αὐτὸ καὶ ἓν ἀριθμῷ λευκὸν καὶ γλυκύ ἐστι, καὶ ἄλλα πολλά. εἰ γὰρ μὴ χωριστὰ τὰ πάθη ἀλλήλων, ἀλλὰ τὸ εἶναι ἕτερον ἑκάστῳ. ὁμοίως τοίνυν θετέον καὶ ἐπὶ τῆς ψυχῆς τὸ αὐτῷ καὶ ἓν εἶναι ἀριθμῷ τὸ αἰσθητικὸν πάντων, τῷ μέντοι εἶναι, ἕτερον καὶ ἕτερον, τῶν μὲν γένει, τῶν δὲ εἴδει, ὥστε καὶ αἰσθάνοιτο ἂν ἅμα τῷ αὐτῷ καὶ ἑνὶ, λόγῳ δ' οὐ τῷ αὐτῷ.

106 Vtrum igitur quà indiuiduum est, secundum actum, vnum est quod dulce sentit, & album: cùm verò secundum actum diuiduum redditum fuerit,alterum? An quemadmodum in rebus ipsis accidit, sic in anima? Eadem nanque res vna numero,alba & dulcis est, multáque alia. Si enim affectiones, non separabiles à se inuicem sunt, sed esse alterũ vnicuique

eadem ratione in anima statuendum est: partem nempe cui vis sentiendi omnia, data est, vnam eandémque numero esse, ipso tamen Esse alteram & alteram: horum quidem genere: illorum verò specie. Quamobrem vno & eodem certè simul sentiet, ratione autem non eadem, A

Affert tandem solutionem quæsiti, quæ est, Fieri potest, vt illud vnum quo Anima sentit, quatenus est actu indiuiduum diuersa simul sentiat: cùm verò secundum ἐνέργειαν diuiduũ fit, tunc vnicum quodãmodo esse desinit, atque alterum efficitur: vnde colligitur, si vt vnum atque indiuiduum secundũ actum consideretur, vnum percipere: si vt alterum secundum actum, vnum itẽ sentire, quia plura illa sensilia pluresque sensiones, per vnionem spiritualem in cẽtrum vnum, nempe sensum communem, vniuntur. Rem hãc deinceps exemplo ab externis rebus sumpto, declarat: persæpe nãque multa subiecto eadem esse dicimus, quæ tamen ratione differunt, vt in lacte albedo & dulcedo, & in iis quæ ad demonstrationem præmittuntur, prædicatum per se, & quà ipsum à se inuicem disiungi nequeunt, alia tamen atque alia vniuscuiusque ipsorum ratio est. Ita in Anima vna & communis facultas omnia sentiẽdi est, in qua omnes sentiendi facultates externæ, quasi vnum subiecto sunt, quãuis ratione inter se discrepent. Est igitur vna eadémq; numero facultas, quæ tam de contrariis, vt albo & nigro, quàm de diuersis, vt albo & dulci, iudicat. Quanobrem concludendum, Animam vno atque eodem numero & subiecto, simul plura sentiendo comprehendere, quod tamen non vnum ratione est, sed plura: cum plures habeat vires, secũdum quas plura sentiat atque diuersa. Quomodo exemplo centri in circulo, declarauerit Aristot. in secundo de anim. sensum communem diuiduũ atque indiuiduum dici posse, aliàs in his commentariis exposui. Quomodo autem præter exteriores quinque sensus, istę cõmunis à physico admitti debeat, & quod mun⁹ illius sit, quòdà præsenti disputatione non alienũ censeam, declarare non omittam. Verùm munus maioris momẽti nobis imprimis incumbit. Nempe vt planiorem ante omnia solutionẽ Arist. reddamus: mox contrariis argumentis satisfaciamus, postremo scrupulos quosdam qui restare videntur enodemus. Quæsitum est itaque, an vnus sensus, plura sensilia contraria simul, vel plures plura diuersa vno eodémque tempore percipere possent: Generatim ad vtrumque quæsitum respondetur. Id certè posse, sed non vt quidam existimabant, nempe vel quòd ita ob tempus insensile, videretur, vel quòd anima, veluti continuum aliquod per diuersas sui partes, diuersa contrariáque reciperet. Ea itaque ratione, pluta diuersa à pluribus sensibus sentiri concedit, qua plures exteriores sensus, veluti plures animæ potestates, ad vnam interiorem, in qua omnino sentiendi fons est, terminatę, seu ab vna interiori profectę, plura simul percipiunt. Plura item contraria ab eodem tanquam ab vna eadéque animæ facultate, quæ contraria simul vt vnum (quanuis fortasse non æquè perfectè) sentire valeat, vt visus album & nigrum. Horum vtrunque nullus est qui non experiatur, proptereáque Aristoteles, in his probandis non multũ laborauit, quinimò, neque expressam solutionẽ vtriusque quæsiti partis, nobis relinquere voluit, tãtùm ea de his proposuit (& satis etiam obscurè) quæ viam ad superiora argumenta refellenda nobis quodammodo patefacere possent. Atque hoc non sine ratione summus hic noster Artifex præstitit, ne scilicet maius τοῦ ἔργου τὸ πάρεργον redderet. Soluẽtur igitur argumẽtationes in fronte quæstionis propositæ, si hæc pauca quæ verissima sunt ponantur: veras motiones & reales se inuicem impedire posse, non item spirituales, nisi aliqua ipsarum sit

B (margin, beside "…omnia sentiẽdi est,"); C (margin, beside "Verùm munus…"); D (margin, beside "…animæ facultate,")

adeò

A adeò vehemens, vt totam ad se vnam animam rapiat. Hæ item quòd ἀδιάνοητικῶς absque materia recipiantur, simul se in eodem pati possunt, nullamque repugnantiæ aut cõtrarietatis rationem in sensu, quemadmodum neque in intellectu habent. Motiones item genere distinctas, non posse mutuò discerni, nisi ab vna facultate apprehendantur. Apprehenduntur autẽ, quia quãuis diuersi sint sensus exteriores, & plures, in vno tamen sensu communi interiori & superiori vniuntur, cuius respectu vnum esse dicuntur. Postremò, sensile non ideo vnum esse, quia in temporis momento perceptum sit, sed quia verè & re ipsa vnum sit, atque ita esse iudicetur, vel in temporis momento vno vel pluribus comprehendatur. Hæc ex Commentariis Alexãdri & Thomæ eliciuntur. Accedo nunc ad scrupulum. Si sensus communis simul diuersorum sensuum sensilia percipit, imò si idem sensus contraria simul, cur hanc eãdẽ dignitatem Menti nostræ quæ eminẽtior atque excellẽtior est, tribuere noluit B Aristoteles in tertio de anim. cõt. 24? cùm præsertim, Mens ipsa sit quæ intelligibilia inuicem seiungere debeat: quod certè præstaret nunquam, nisi simul ipsa perciperet. Accedit Auerrois grauissima authoritas, qui in tertio eiusdẽ tract. com. 19. affirmat. Mentem nostram non modò tria aut plura, verùm etiam infinita simul intelligendo capere posse. Respõdeo, veram esse Philosophi de intelligentia nostra sententiam, quod ea præsertim ratione confirmatur: quia Mens nostra quid indiuiduum est, idcircóque propriè indiuidua ab ipsa cognoscuntur: atquì cùm Mens intelligit, id ipsum quod à se intelligitur quodammodo euadit. At indiuiduum simul certè in plura conuerti nequit. proptereáque Aristot. alibi, vt secundo Topico, nos multa quidem scire tradit, quia multorum habitum teneamus, non tamẽ quia actu simul multa noC scamus. Vt autẽ tota res hæc certè ἀξιοπιστῶς, planiùs intelligatur, & lis omnis dirimatur, hæc Theoremata verissima ponantur. Primum, Mentem nostram plura habitu intelligere, i. multorum intelligibilium habitũ tenere posse, ex sec. Topico. Secundum, Mentem eandem infinita simul potestate percipere valere, quomodo intelligendo vniuersale, sub quo infinita continẽtur, infinita simul cognoscere dicitur. hoc Auerr. in loco nuper citato, & Arist. in primo post. analit. Tertium, Intelligere simul multa Mens potest sed eminẽter (vt aiunt). Hoc modo Deum, Mentémq; item agẽtem cũcta simul cognoscere dicimus. Ille nãque seipsum solumodo intelligens, cuncta intelligit: hæc etiam, quanuis infinitè debiliùs imperfectiúsq; respectu Dei, quaten' tamen seipsam per propriam essentiam intelligit, cætera perfectione & eminentia quadã cognoscit, quatenus in sui essentia continentur. Sed abstrusiora sunt hæc, & ad D tertium de anima pertinent. Quartum Theorema sit, Mentem nostram actu plura simul apprehendere non posse. Pro qua re sciendũ, nomen Mentis duobus modis vsurpari, vel ꝓpriè prò ea animæ parte quæ Νοῦς dicitur, & circa simplicia versatur: vel impropriè pro Ratione, i. ἀντὶ τοῦ λόγου. Νοῦς in pura & simplici contemplatione consistit, vt Arist. testatur, ideóque simul duo τὰ νοητὰ, speculari nequit. Multóq; minus Ratio quæ in tempore intelligit, multa simul non percipit, nisi fortasse vt vnum. Sed contrà quis excipiet, ex Arist. primo post. cap. 1. Ἔστιν γὰρ τούτων τὴν γνῶσιν ἡ μάθησις ἅμα, id est, vt Linconiensis & Thomas explicarunt, Assumptio in Demõstratione simul eodémque tempore cum cõplexione cognoscitur. Respondeo, interpretationem istam absolutè sumptam, falsissimam esse: quæ enim distincta sunt, distincto quoque tempore percipiuntur: quanuis vera Philosophi sententia sit, cùm post notitiã vnius, statim quoque alterũ cognoscatur. Ad Argumenta igitur superiora, dicendum, sensum communem simul plura capere, non tamen vt vnus sed vt plura, quod menti

non accidit, quæ absolutè indiuidua est, nec quod conuenit facultati inferiori imperfectionis & diuisibilitatis ratione, vt visui in oculo & sensui cõmuni in corde, id superiori tribuendum est. Ad aliud, respõdeo, cùm duo quà inuicem conueniunt, aut quà discrepant considerantur, vnius vicem gerere, & sub ratione vnius cognosci: similitudo nanq; duorum & dissimilitudo, vnum quoddam est, Auerroi, secundo Theoremmate iam responsum est. Sed aliquis adhuc nodus restat expediendus. Nam Aristot. in 2. de anim. cont. 147, & 148. id ipsum videtur reijcere quod hîc asserit, atque concludit, sensum nempe communem simul contrariis affici, duobúsq; contrariis motionibns simul moueri posse. Quicquid Alexander in 3. q. nat cap. peculiari, & in hisce etiam commentariis de duplici sensionis modo afferat, (neque enim singula ad rem hãc spectantia nunc perpendenda sunt) solus Thomas viam nobis ad nodum hûc soluendum duplici via aperuit. Et primam quidem iam superius attingimus. Altera est: Vim sentiendi, quatenus cognoscens est, vnam & plures sanè dici posse, non tamen quaten⁹ recipiẽs. Hinc Alexãder inter sentire & pati discrimẽ alicubi ponere videtur: pati nãq; est ipsa receptio quæ in organo efficitur, sentire verò, cognoscere est. Vnde Anima quatenus eadẽ cognoscit plura sensilia ad se tanquã ad centrũ à sensibus externis delata, vna est: pluresverò, quatenus pluribus atq; diuersis ipsis sensilibus cõparatur, quæ nõ vna ratione sed multiplici cognoscit, vt albũ, nigrũ, dulce. Non ergo in anima quà cognoscẽs est, contraria recipi absurdũ est, sed quà patiẽs: quo certè modo contraria non recipit, nisi spiritualiter. Ita (ni fallor) interpretari quoq; poterit mẽs Alexãdri, qui alibi in eadem parte pupillæ album & nigrum recipi affirmat: ocul⁹ enim si quatenus anima præditus est cõsideretur, eadẽ in parte album & nigrũ recipere dici potest, quia illa receptio cognitio est. Postremò, ne fundamentũ cui innititur Aristotelica solutio labascere videatur: quærẽdum est, An iste cõmunis sẽsus detur: quod quidẽ clarissimi aliquot in Philosophia viri negare aliquã do sunt ausi. His nempe rationibus potissimùm adducti, quòd sensus cõmunis munere, tam phantasia quàm opinio fungatur, & quòd ipso posito supervacanei alii sensus externi esse viderentur. Illud quoque in quæstionẽ cadit, an vn⁹ sit iste cõmunis sensus, vt affirmare videtur Arist. Quærendi occasio est, Quãdoquidem si de Tactus vnitate dubitatur, quia discrimina multorũ sensilium cognoscit, puta calidum, frigidũ, humidũ, siccum, asperũ, & lene: quãto magis de sensu cõmuni id in dubiũ reuocari oportet, qui omniũ sensuũ, sensilia omnia percipit? Ad primam, Respondeo paucis, Necessitatem rerũ non aliunde quàm à fine sumi oportere: id secundus de phy. ausc. & de part. ani. (vt multos alios locos omittam) docet. Est autẽ finis in rebus physicis, operatio: ab operatione igitur cõmunis sensus, illius necessitas sumẽda est. Hæc verò est, cognoscere discrimina omnium sensiliũ, cùm simul, tum verò separatim, illáq; iudicare. Hoc certè munus alioquin necessarium, non nisi ab ipso potest expleri, Quod ita declaro. Primùm Ratio id non potuit, quia vt Alexander ait in cap. de sensu. com. Vniuersè & vniuersalia comprehendit, nõ singularia: Phantasia item, de rerum sensilium etiam absentium imaginib⁹ cogitat, quas Memoria in se insculptas retinuit: sensus verò communis discrimina illa tantũ percipit & iudicat, dum res ipsæ obiectę adsunt. Neque igitur Ratio, neque Phantasia, neque Memoria (quanuis hæ duæ postremæ Animæ vires reipsa inuicem & à sensu communi nõ discrepent) id munus exequi possunt. Multóq; etiã minus opinio, quæ (si Philoponum audire velimus) imprimis vniuersale quod in sensu est comprehendit, vt puta, omnem colorem album, visum disgregare: Mox conclusiones à facultate ratiocinãte deductas colligit, absque tamen discursu

& causa

A & causa, puta, Animam non esse motui obnoxiam. Opinio obtinet, postquã
Ratiocinãdi vis hoc modo id induxerit, Anima ex se ipsa mouetur: quod ex se-
ipso mouetur, semper mouetur: quod semper mouetur, est immortale. Quare
ex his perspicitur opinionis non esse, id præstare quod proposuimus. Dicere
autem vnum aliquẽ ex externis sensibus ei muneri efficiendo idoneum esse,
absurdissimũ fore: cùm neque visus (quod de vno, item de aliis dico) prçter sua
propria & peculiaria obiecta aliorum quodpiam iudicet aut cognoscat, neque
propriè etiam sua cognoscere (vt Themistius ait) sed accipere dicatur, verè si-
quidem cognoscit qui intrinsecùs sensus est, ad quem illa & alia deferuntur.
Vnde ex his colligitur, sensum cõmunem necessariũ esse. Externos verò sen-
sus non superuacaneos. Hac quæstione ita ad exitum perducta, ad aliam acce-
do, hoc quidem in præsentia affirmans: Non tam dubitari de vnitate sensus
Tactus, quàm de illius organo, quod carnẽ & cor esse statuit Arist. quãuis earo
B cordis respectu, medii potiùs rationẽ obtineat. Sed non æquè cõuenit in sen-
su communi dubitandi ratio, cuius vnicum Æstheterium est, nempe cor, in
quo tanquam in Regia manens, ea iudicat atq; cognoscit, quæ idem recipere
dicitur quatenus propriis quibusdam organis ad obiecta externa sentiẽda v-
tens, Visus, Auditus, Tactus, Olfactus appellationem habet.

Ὅτι δὲ τὸ αἰσθητὸν πᾶν ἐστι μέγεθος, καὶ οὐκ ἔστιν ἀδιαίρετον αἰσθητὸν, δῆλον. ἔστι γὰρ ὅ-
θεν μὲν οὐκ ἂν ὀφθείη ἄπειρον τὸ ἀπόστημα, ὅθεν δὲ ὁρᾶται πεπερασμένον, ὁμοίως δὲ καὶ
ὀσφραντὸν καὶ ἀκουστὸν, καὶ ὅσων μὴ αὐτῶν ἁπτόμενοι αἰσθάνονται. Ἔστι δή τι ἔσχατον τοῦ ἀ-
ποστήματος, ὅθεν οὐχ ὁρᾶται, καὶ πρῶτον ὅθεν ὁρᾶται. Τοῦτο δὴ ἀνάγκη ἀδιαίρετον εἶναι οὗ ἐν
μὲν τῷ ἐπέκεινα, οὐκ ἐνδέχεται αἰσθάνεσθαι ὄντος. ἐν δὲ τῷ ἐπὶ τάδε, ἀνάγκη αἰσθάνεσθαι. εἰ
C δὲ δή τι ἔστιν ἀδιαίρετον αἰσθητὸν, ὅταν τεθῇ ἐπὶ τῷ ἐσχάτῳ ὅθεν ἐστὶν, ὕστατον μὲν οὐκ αἰ-
σθητόν, πρῶτον δ' αἰσθητὸν, ἅμα συμβήσεται ὁρατὸν εἶναι καὶ ἀόρατον. Τοῦτο δὲ ἀδύνατον. περὶ
μὲν οὖν τῶν αἰσθητηρίων καὶ τῶν αἰσθητῶν, τίνα τρόπον ἔχει, καὶ κοινῇ καὶ καθ' ἕκαστον αἰσθητή-
ριον, εἴρηται. τῶν δὲ λοιπῶν πρῶτον σκεπτέον περὶ μνήμης καὶ τοῦ μνημονεύειν.

107 Perspicuum est autem, omne quod sentitur magnitudinẽ esse, nullúmque
indiuiduum percipi: vnde nanque cerni non potest, infinita distantia est: vn-
de verò cernitur, finita. Eadem ratio est eorum quæ olfactu, auditu, & tandem
omnium quæ citra tactum sentiũtur. Est itaque aliquod distantiæ extremum,
vnde non conspicitur, & primum vnde cernitur. Atque hoc insecabile esse
necesse est, vltra quod, nẽpe rem existẽtẽ sentire non licet: citrà verò sentire
necesse est. Si ergo aliquod sensile Indiuiduũ est, cum positũ erit in extremo,
vnde postremò sentiri nõ possit, primũ verò possit, sequetur vt idẽ simul visile
D sit atq; inuisile, quod quidẽ fieri nequit. Iã de Æstheteriis, eorundẽq; sensilib[9],
quomodo se habeant generatim, de omnibus & sigillatim de vnoquoq; disse-
ruimus. Inter reliqua verò, primũ de Memoria, & meminisse disputãdum est.

Quoniã suprà aduersus Veteres de ortu colorum mediorũ Philosophus dis-
putans, ac de minimis magnitudinibus subinde mentionem faciẽs, pollicitus
erat se demõstraturũ nullam insensilem magnitudinẽ dari: proximè verò cùm
quæstionem superiorẽ tractaret, dixerat, Nõnulla propter longinquum inter-
uallũ, nõnulla itẽ propter φαντασίαν tanquã insecabilia & ἀδιαίρετα apparere nihil-
ominus tamen quicquã sub ratione indiuidui nõ sentiri, sed ratione magnitu-
dinis: quinimò & hoc ipsum ad priorẽ quæstionẽ explicandã sumpserat. Nunc
vt pro loco & occasione doctrinæ sibi conceditur, nil obscurum aut incõstans
quantũ relinquat, eius aliquam affert demonstrationem, quæ est huiusmodi:

si quis statuat aliquid vt indiuiduum sentiri posse, puta colorē in puncto conspici, is affirmare cogitur, colorem eundem cerni & non cerni simul posse. Quod sanè absurdissimum dictu est. Consequutionem vt probet, hypothesim quādam primò sumit, energeiam nempe sensus interuallo locorum certo determinatam esse. In infinita nanque, i. maxima atque valde longinqua distantia sensile nō percipietur, vt in Visu, Olfactu, Auditu, quæ quòd externo vtātur medio, distantiam loci exigere, quiuis experitur. Est ergo infinitum aliquod interuallum, quo res aliqua, puta, non videtur. Est item aliquod certum ac definitum quo conspicitur. Ex quibus sanè colligitur, aliquod vltimū dari quo res amplius non cernitur, & aliquid primum quo conspicitur. Atque hoc insecabile esse oportet, quia vltra illum eripitur visio, citrà verò permanet. Hoc posito & stabilito, sumatur (ait Philosophus) illud indiuiduum sensile, nimirum color in puncto, atque ponatur in hoc medio indiuiduo sibi conuenienti: tunc futurum est vt aspiciatur & non aspiciatur. Et illud quidem, quia in eo interualli puncto est, in quo res primùm cernitur, & citra quod si progrediamur, visio permanet. Hoc verò, quia in eo interualli extremo est, in quo visio prohibetur, & vltra illud primum, in quo res primò cernitur. Id enim cuius gratia primùm res videtur, est etiam id quo aspectus postremò tollitur: est nanque huius principium, illius finis, si sit ἀδιαίρετον. Cæterùm, quòd Aristot. de Indiuiduo ad sensum hoc in loco loquatur, non de indiuiduo simpliciter (de quo in sexto de phy. ausc. pluribus agitur) Alexander explicauit, qui item aduersus Diodorum Stoicum Aristotelem ista tractasse animaduertit. Epilogum deinde Aristot. suo operi apponit, ea commemorans de quibus hactenus egit: in quo omnia perspicua sunt. In particula tamen (κοινῇ) nimium laborat Thomas qui ad libros de anima illā referre videtur, (vbi multa cōmuniter ad sensus omnes pertinentia tractantur) nec ineptè: cùm hic Libellus eorum veluti perfectio atque absolutio sit. Sed hæc sanè λεπτομερέστερα. Verùm de his hactenus. Deo verò opt. max. gratiæ aguntor immortales.

A B C

COMMENTARII IN ARISTOTELIS LIBRVM DE ORGANIS SENSVVM & Sensilibus,

FINIS.

SIMONIS SIMONII

LVCENSIS IN LIBRVM ARISTOTELIS.

ΠΕΡῚ ΜΝΉΜΗΣ ΚΑῚ ΤΗ͂Σ ἈΝΑΜΝΉΣΕΩΣ,

Hoc est, de Memoria & Reminiſcentia, Commentarius.

A POSTQVAM Ariſtoteles de iis quæ ad Senſionem externam, quæ maximè propria, & prior quidem animantium operatio eſt, pertinent, ſuperiori libro egiſſet: nunc de proprietatibus interiorem ſenſum reſpicientibus diſſerere inſtituit, Memoria nẽpe & Reminiſcentia. Thomas hunc ordinem quaſi naturalẽ, duplici ratione adductus, eſſe dixit. Primùm, quòd à ſenſibus pręſentia cognoſcentibus ad Memoriam, & Reminiſcentiam quibus pręterita conſeruantur & recuperantur, tandémque ad Somnum quo futura prænoſcimus, tranſitus fiat. Præterea, quòd Natura hunc ipſum ordinem in ſpeciebus gignendis ſeruęt. Etenim ab imperfectis exorditur, cuiuſmodi inanima ſunt, mox ad plantas
B tranſit, i. ad ea quæ aluntur, augeſcunt, extenuantur ſibíque ſimile gignunt. Adhæc quoniam inter ſpecies perfectas aliqua quaſi media ſemper ferè intercedit, ad ζωόφυτα aſcendit, tum ad ea quæ ſentiẽte vi exteriori & interiori prædita ſunt: tandémque ad Hominem, qui mente & intelligentia vigens, quaſi αὐτοκράτωρ quidam (vt ita dicam) terreſtris, omnibus rebus mundanis à Natura ſeu potius à Deo Naturæ autore & opifice præfectus, prudentiáque, i. habitu mẽtis, quo de iis quæ ſub actionem cadunt optimè deliberat, ornatus prodit. Atquî, in nonnullis etiam ex Brutorum animantium genere, vis quædam naturalis, quæ prudẽtia (latiùs nimirum & cõmuniùs ſumpto vocabulo) dicitur, ad benè ordinatéque agendum, i. ad ea quæ ſibi neceſſaria ſunt cõparanda, & quæ nocitura videntur fugienda, exiſtit. Prudentiæ verò munus eſt, non modò præſentia, verùm etiam præterita cum futuris connectere, vt de eo quod
C optimum eſt, conſilium capiatur. Idcircóq; in imperfectioribus animalibus, quæ aliquã vim prudentiæ obtinuerũt, cùm præſentiũ notitiam, tum præteritorũ memorię igniculos quoſdã ineſſe neceſſe eſt: quod Ariſt. etiã in proœ. met. affirmat. In præſtãtiſſimo verò, & nobiliſſimo hominũ genere, Memoria perfecta adeſt, & Reminiſcentia. Poſtquã igitur Ariſt. de Senſibus qui in cunctis animãtibus inſũt tractationẽ abſoluit, ad eã accedit, quæ perfectiorib⁹ cõueniũt, nempe vt agat de Memoria, tùm de Reminiſcentia, quæ ſolius hominis ꝓpria eſt. Hæc Thomas, quamuis (vt ſolet) aridiùs. In quibus tripliciter reprehendi iure poteſt. Primò quia futura in Somno proſpicere, accidens eſt: Mox quia ſi ordinẽ naturæ, huiuſmodi ſeruari oportuiſſet, à Memoria ad Sẽſum: poſtremò ad Somnũ progrediendũ fuiſſet: quandoquidẽ præterita præſentibus, præſentia futuris priora dicũtur. Poſtremò, quia licet inter librũ ſuperiorẽ & hũc noſtrũ

ordo aliquis & gradus naturæ ſpectetur: quis tamen inter hunc & ſequentem A
de Somno, & Euigilatione ſtatui poterit,ſiquidem ſomnus cunctis conueniat
animantibus?Nobis qui aliter cenſemus,vt in pręfatione ſuperioris libelli co-
pioſiùs expoſuimus, primùm iſta nullum faceſſunt negocium: prætereà om-
nes hos libros in optimum & perſpicuum ordinē digerere facillimum eſt. Et
quantùm quidem attinet ad librum de ſomno, dicimus, Ariſtotelem poſt-
quàm egit de his quæ ad priorem, & potiorem proprietatem animalis, nimi-
rum ad ſenſum tam externum, quàm internum pertinent, primóque ani-
mam, mox corpus reſpiciunt, diſputare de paſſione quadam quæ iſtos ſenſus
ſequitur, quæque primò corpori, mox animæ tribuitur,nempe de ſomno,qui
ab halitu aſcendente, ſuum ſumit ortum. Inſcribitur ergo hîc libellus com-
muniter περὶ μνήμης καὶ τοῦ μνημονεύειν. Neque hæc inſcriptio noſtræ repugnat, ſiqui-
,, dem Ariſtoteles ita etiam eſt loquutus, De Memoria igitur & meminiſſe, quæ
,, nam ſit eius natura, & ad quam partem animæ petineat. de ipſo item Remi- B
,, niſci quid ſit, quomodo, & ob quam cauſam fiat, diſputatum eſt. Aliàs anno-
tauims inſcriptiones librorum, pręter quàm quòd à variis ſumantur acciden-
tibus, non ſemper etiam ea omnia complecti quæ in toto volumine tradun-
tur. Meteorologiæ appellationem, metallorum argumentum propriè ſaltem
non meretur, omnia tamen, tàm quæ in ſublimi, quàm ſub terram ſunt, vni-
cam inſcriptionem habuerunt. Non vbique etiam Analytici ſunt libri de ſyl-
logiſmo & demonſtratione. Cæterùm, ad hanc inſcriptionem intelligen-
dam ſciendum eſt: Vnam re ipſa in cunctis animalibus Animam eſſe ſentien-
tem, ratione tamen peculiarium quarundam, & diuerſarum facultatum plu-
res dici. Hæc in corde tanquam in fonte manet, quanuis in cerebro ſuas præ-
cipuas vires exerat, atque, vt propriis quibuſdam organis ad res externas ſen- C
tiendas vtitur, ſenſus exterioris, Viſus nempe, Auditus, Olfactus, Guſtus, Ta-
ctus, appellationem ſortitur: vt verò interior iſta facultas centri morem ge-
rit, ad quod res omnes extrinſecùs obiectę deferuntur, quarúmque ipſa diffe-
renrias (dum tamen adſunt) aſſequitur (nam dulcedinem à ſono, & odorem
à colore differre percipit) Senſus communis nominatur: vt item rerum iſta-
rum etiam abſentium imagines in ſe inſculptas, & reconditas retinet, dé-
que ipſis ſimpliciter cogitat, Phantaſiæ nomen adipiſcirur, quæ tàm in
Somno, quàm in Euigilatione munus ſuum obire valet. Quòd ſi Phanta-
ſia de imaginibus illis non ſimpliciter cogitet, ſed adhibita etiam tempo-
ris præteriti aut loci, in quo ad ipſum delatæ fuerint circunſtantia & con-
ſideratione, Memoria nuncupatur, quæ quidem re ipſa non differt à Phan-
taſia, imò illius paſſio eſt. Reminiſcentia verò, qua amiſſas imagines ratio-
cinatione aliqua recuperamus, memoriæ affinis eſt, atque ad Memoriam re- D
uocatur, vt ex Ariſtotele in hoc libello cognoſcetur. Ex his duo conſtare poſ-
ſunt, nimirum neque ſuperuacaneam, neque mancam vſquam fuiſſe Ariſto-
telis doctrinam. Non mancam quidem, quia in ſecundo de Anim. à context.
136. vſque ad finem libri, de facultatibus ſentiendi interioribus agens, eáſ-
que ſecundum diuerſitatem modi, quo à ſenſilibus afficiuntur, inuicem ſe-
iungens, Memoriam non prætermiſit, cùm de Phantaſia tractans, illam quo-
que tacitè complectatur, cùm vtraque ſua ſimulacra abſentibus ſenſilibus
verſer, atque hac ratione à ſenſu communi ſeiungatur. Non ſuperuacaneam
verò, quia in hoc libello ſpeciatim Memoriæ natura & ratio aperitur, qua à
Phanraſia, facultas differens eſt. Neque enim Ariſtot. tot in vnum coacer-
uare librum, ſed omnes has tractationes, argumentis quibuſdam propriis,
certiſ-

A certísque titulis digerere voluit, quò planiora essent omnia, minúsque in docendo confusionis haberent: in hoc certè, Præceptori suo longè præstans. Sed ad rem. Alterum maioris momenti quod perspicuum ex superioribus traditis reddi posse diximus, illud est, deceptos eos fuisse, qui Auerroem sequuti sexcentis in locis, præsertim verò in secundo de anima, comment. 63. & tertio eiusdem com. 6. & 20. facultatem aliam quandam præter duas præcipuas enumeratas inducere videntur: illam, scilicet, quam ad Cogitandum idoneã vocant: Ab hac tanquam à propria forma homines animari, Auerroes alicubi affirmat eandémq; in omnium decem Categoriarum indiuiduis versari, ea percipere, componere, atque diuidere, vt hoc animal cùm hoc homine, aut ab hoc homine hunc lapidem, ratiocinari item ex aliqua re singulari, aliam singularem: in summa, hanc ipsam esse, quæ indiuidua à conditionibus materiæ spoliat; eáque in Memoria tanquam in Thesauro recondit. Hæc sententia Galeno item arrisit, qui in tertio de Symptomatum causis, exemplis quibusdam discrimen inter Phantasiam & cogitantem animam declarare conatur. Decepti, inquam, isti sunt, cùm ratiocinario & segregatio rei à conditionibus indiuiduorum, nempe hîc, & nunc, solius mentis munus sit: quin imò Auerroes ipse in iisdem commentariis de anima, aliquando dicit: Mentis proprium esse in rebus agendis versari, quæ singularia sunt, eiusdémque opus esse vniuersale à singulari distinguere, proptereáque vtrumque cognoscere. Sed non istud hoc tempore agimus, vt de animæ facultatibus accuratè velimus inter Philosophos iudicate: illud tenere satis sit, frustra cogitantem hanc animam addi, quòd adhuc certius erit, si argumentum quoddam breuiter attingamus, quod (ni fallor) nunquam refelli poterit. Sub Reminiscentia & Memoria Facultatem isti suam cogitantem collocant, (hoc Auerroes in præsenti libro capite tertio), eamque hominis propriam, imò formam esse asserunt. Atqui nulli dubium est, Me-

C moriam aliquibus Brutis tributam esse. Vnde sanè sequetur, dari facultatem aliquam spiritualiorem, quæ Brutis conueniat, ea quæ homini est peculiaris. Huic dicto astipulatur Themistius in secundo de anima, centesimo quinquagesimo secundo, & in hoc libello capite octauo, imò & Aristoteles in eodem secundo, contextu trigesimo & trigesimo nono: quibus omnibus in locis Phantasia, absque medio aliquo, cum mente iungi videtur. Ne verò Auerroem (quem virum & quantum in Peripaterica familia) ob hoc quis contemnat, hoc in præsentia dici poterit. Cogitantis scilicet animæ nomine, nil aliud quàm mentem ipsam de illius sententia intelligi oportere: hoc ex sexto metaphysicorum commentario priori, & nono eiusdem tractationis commentario vltimo, disertè elicere quiuis potest. De Galeno alii diligentiùs videant, qui contrariam huic nostræ sententiam mor-

D dicus tenent: exempla verò eius nullum aduersus nos momentum habent. Nam eadem fuit Phantasia in Theophilo quæ in Thalamo clangorem tubarum recipiebat, quæque tibicines expellendos esse iudicabat: Quid? nónne Bruta ipsa vmbram aut quid aliud huiusmodi cùm vident, rem nocituram imaginantur, simulque eam declinant? Neque illud nos turbet, (vt hoc quoque obiter moneamus) quòd alicubi Aristoteles scripsisse visus est, Bruta nimirum Phantasia destituta esse. Etenim non alio istud modo intelligendum est: quàm vt Auerroes in secundo cœl. com. 40. docuit, Phantasiam scilicet ob variam temperationem, naturam & accidentia animalis

mutati, ac proinde in vno magis quàm in alio perfectam, in homine tamen A
ob coniunctionem intellectus perfectissimã reperiri. Cæterùm diuiditur hæc
tractatio in duas præcipuas partes, in priori de Memoria agitur, in altera de
Reminiscentia. De memoria primùm quærit quid sit: mox ad quam animæ
partem pertineat: Tum qualis propriè sit illius energεια. Postremò, dubitationes
quasdam (vt solet) ad hanc rem pertinẽtes proponit atque enodat. Aliam
partem suo loco, vt opus erit, subdistribuemus. Nunc illud addidisse sat esto,
Dignissimam eam esse quæ assiduè legatur, atque in manibus habeatur, quòd
in ea amplissimi illius thesauri natura declaretur, in quo (vt Speusippus non ignobilis
Platonis discipulus ait) id ipsum reconditur & conseruatur, quo
solo mens humana pascitur. Iam igitur Aristotelem ipsum audiamus.

ΠΕΡΙ μνήμης καὶ τοῦ μνημονεύειν, λεκτέον τί ἐστι, καὶ διὰ τίνα αἰτίαν γίγνεται, B
καὶ τίνι τῶν τῆς ψυχῆς μορίων τοῦτο συμβαίνει τὸ πάθος, καὶ τὸ ἀναμιμνήσκεσθαι.
οὐ γὰρ οἱ αὐτοί εἰσι μνημονικοὶ καὶ ἀναμνηστικοί, ἀλλ' ὡς ἐπὶ τὸ πολύ,
μνημονικώτεροι μὲν οἱ βραδεῖς, ἀναμνηστικώτεροι δὲ οἱ ταχεῖς καὶ εὐμαθεῖς.

1 De Memoria & eo quod est meminisse, dicendum quid est, & ob quã
causam fiat, cuíque Animæ parti hæc affectio accidat: Et de ipso item reminiscendo.
Neque enim eodem se habent modo, qui ad memoriam, &
qui ad Reminiscentiam apti sunt. Verùm magna ex parte, memoria magis
vigent, qui tardi: reminiscentia verò, qui celeres & dociles.

Initiò, quibus de rebus sit disputaturus, & quo ordine, tam generatim quàm
speciatim perstringit. Mox quod instituit, exequetur. Disputandũ est (inquit)
primùm de Memoria, & illius energεία: Tum de ipso Reminiscendo. Tria verò
de his perquirenda sunt: quid vnumquodque ipsorum sit, ob quam causam
efficiatur, & cuius item partis animæ peculiares sint facultates. Verùm C
petere quis poterat, cur seorsim de hisce duabus facultatibus ageret, cùm alioquin
idem te esse dicantur. Respondet, discrimen aliquod inter ipsas esse:
quod etiã explicat, non tamen à natura ipsarum sumptũ, (siquidem de hoc ipso
in toto hoc libello sit disputaturus) sed à signo notissimo nẽpe à varia corporis
& subiecti tempetatione & dispositione, in quo facultas hæc vna operatur.
Etenim qui ad Memoriam apti sunt, vt plurimùm tardè tecipiunr ea,
quæ deinceps constantiùs continent. Ad Reminiscendum verò valent, qui è
contra se habent, nimitum qui citius percipiunt & dociliores sunt. (περὶ μνήμης
καὶ τοῦ μνημονεύειν). Facultatem & energεiam facultatis intelligit. Et meritò quidẽ,
quia Passiones istæ, sunt animæ & corpori simul conuenientes, vt in superiori
volumine scripsimus copiosiùs: energεiam autem suam nõ edit vis Recordandi,
aut Reminiscendi absque corpore. (Quid est, & ob quam causam fiat). D
Ex quatuor quæsitis, vnum simplex, compositum alterum sumit, ad quod illud
etiã reuocatur. (Et cuius partis animæ hæc Affectio sit). Quæ de Memoria
disputanda proponuntur, eadem de Reminiscẽtia sunt expectãdã. (πάθος).
Non semel admonuimus, sentire esse quoddam pati, ex sec. de an. cõt. 118. effingitur
nanque & infotmatur actu sensus sentiendo in vestigium rei sensilis,
quod antea potestate tantùm obtinebat, à potestate autem ad actum ttansiẽs
quodammodo patitut. Atquì memoria animæ senriẽtis facultas est, iure igitur
πάθος illius dici potest. (Neque enim iidem). Secunda pars contextus. (εὐμαθεῖς.
i. bene dociles). Explicat id quod proximè dixerat, cũ præsertim particu-

la

laꝫ præcedat. Accommodandum igitur est vocabulũ istud, non modò ad ver-
A bum πυχεῖς, verum etiam ad superiorem particulam, nempe εὐμαθεῖς. Non pos- sum autem non mirari Themistium & Leonicũ hîc ad facultatem illam quã Græci εὐφυΐαν vocant, Latini commodè satis ingenium & indolem, confugisse, quamuis enim εὐμάθεια, pars quædam sit ingenii, non tamen idem prorsus est quòd εὐφυΐα. constat enim εὐφυΐα ex κρίσει, εὐμαθείᾳ, & εὐστοχίᾳ seu solertia de qua Arist. primo post. c. vlt. Ita vt propriè nil aliud sit ingeniũ quàm facultas animæ ratiocinãtis, qua quis tanquã visu acutissimo abstrusiora cernere atque inuenire, seu facillimè ab alio accipere, optimúmque de iis ferre iudicium valet. Hæc ex Aristotele sumpta sunt in tertio Ethico ad Nicomachum cap. quinto. Vnde perspicuum est. M. Tullium in hoc Ingenii vocabulo hallucinatum fuisse, ea fortasse occasione, quòd Aristoteles eo persæpe abusus fuerit. Viros item in Philosophia nobiles ideò esse deceptos, quòd κρίσιν idẽ quòd Ingenium esse censuerint. Sed ad rem. Est εὐμάθεια nil aliud quàm habilitas quæ-
B dam ad ea percipienda quæ docemur. Sed quæritur cur indociles memoria vigeant, Dociliores verò reminiscẽtia: Responderi solet, Memoriã & reminiscentiam esse affectiones animæ sentientis, quę cum è sinu latebrísque materiei sit eruta, corporis temperationem, accidentia, habilitatémque sequũtur. In corporibus ergo siccioribus & durioribus, difficillimè impressio rerum addiscendarum, earundémque vnio cum facultate fit, ea tamẽ facta diuturnissimè continetur: econtra se res habet in humidioribus, in quibus impressio non multo negocio recipitur, fluxio tamen illius, conseruationem prohibet. In externis rebus hoc item experimur: Huc respexit Philosophus in sec. de anima cont. 94, cùm ait, Molles carnes aptos esse ingenio, duros verò ineptos. Qui ergo molliores sunt, & facilè recipientes, obliuione capi solent, quamuis eadem quoque εὐμαθείας vi celeritatéque, paruo negocio recuperent quæ iam amiserint simulachra. E contra alii: quamuis hoc non sit perpetuò atque in omnibus obseruatum. Sunt enim, qui & εὐμαθεῖς, & μνημονικοὶ simul sunt: ideò Philosophus particula ἐπὶ τὸ πολὺ vsus est. Sed generatĩ nimis hęc sunt exposita, quare
C rursum particulariùs & ἀκριβέστερον. Enumerauimus suprà Animæ sentientis passiones seu facultates: has in corde tanquam in sua origine & fonte esse de sententia Aristotelis certum est: Galenus econtrà cerebrum earum originem & sedem esse statuit. Summi ergo hi viri in eo quidem inter se discrepant: in hoc tamen conueniunt, quòd simulachra & imagines rerum extrinsecus obiectarum in cerebro recipiantur. Quapropter ex diuersa cerebri substantia temperationéque, diuersitatem harum affectionum colligere licebit. Vel itaque dura vel mollis, vel tenuis aut crassa illa erit, tenuem & mollẽ intelligo, id est, puram atque spiritibus animalibus peruiam: crassam verò & duram, econtra.
D Qui substantia cerebri subtiliori præditi sunt ἀγχίνοι, seu solertes sunt, de quibus consulatur primus post. analy. cap. vltimo & sec. de partibus animalium ca. 4. Est in summa Solertia quam etiam Sagacitatem possumus appellare, ingenii pars & vis quædam naturalis, seu mentis quoddam acumen ad benè ac celeriter causam cuiusuis problematis inueniendam. E contrà se habent qui crassam cerebri substantiam obtinuerunt. Qui vero mollem ipsam habẽt, facilè recipiunt & sunt εὐμαθεῖς, sed ob fluxum, recepta imago inconstãs est, atque ita, facilè obliuiscuntur. In coruis hoc declarauit Arist. & Plin. quibus nullũ aliud animantium genus ad obliuionem propensius est: quãdoquidem pulli eorum, cùm primùm vel semel è nido discesserint, illum repetere nesciũt. Sunt & alię animantes, quę sobolem etiam non internoscunt. Sin verò substãtia cerebri dura est (de duritie continuata loquimur, non de friabili illa quam

inferius Ariſtoteles in ſenibus reperiri docebit)abeſt quidem habilitas illa ad recipiendum, adeſt tamen ipſi vis ad tenaciter ac diutiſſimè continendum A
Ex his duo colligi poſſunt: ptimùm ἀμάθειαν, cum obliuione & cum ingenio coniungi poſſe: vnde verum eſt, Ariſtoteles eſt ἀφυὴς ergo ἀμαθὴς: non econtra. Ingenium nanque & Docilitatem & Memoriam deſiderat, quod etiam Marcus Tullius vidit. Alterum eſt, Indocilitatem, cùm Memoria, & ἀναισθησία ſeu ſtupiditate iungi poſſe, ſi ſubſtantia cerebri dura & craſſa exiſtat. Raro autem inuenies ſolertes & memoria prӕditos, rariſſimè enim ſubſtantia cerebri tenuis & ſicca eſt. Sed hӕc pluribus Medici, & nos alibi. Nunc ſcrupulum vnum aut alterum enodemus. Ariſtoteles videtur cauſam intelligēdi ſeu percipiendi rerum veſtigia non cerebri naturӕ, ſed craſſitiei tenuitatique, caliditati item & frigiditati ſanguinis, vt ex ſecundo de part. an. cap. ſecundo & 4. liquet, quod item Auerroi placuit. Prӕterea, ſi molles carne ſint apti Ingenio, vt nos ex Ariſtotele diximus, illud certè ſequi videtur, Mentem humanam à temperatione corporis pendere, atque ita interitui obnoxiam eſſe. Pri- B
mum ita diluo, omnes qui ſubſtantiam ſanguinis craſſam habent, ſubſtãtiam quoque cerebri craſſam habere: de aliis illius qualitatibus item dico. Alterũ ſoluo, quia Molles carne non ideò ingenio ſeu mente vigere affirmamus, quia Mens corporis temperationem ſequatur: nam ipſa ex ſe impatibilis eſt, & ſemper ӕquè affecta, ſed quia corpore eatenus vtatur, quaten⁹ ſpecies rerum cum materia concretarum ex ipſis phantaſmatis ab hominibus, id eſt, corporeis organis comprehenſis, accepit, quo corpore, ſeu qua phantaſia hoc vel illo modo affecta, Mens quoque aut faciliùs aut difficiliùs ſuis muneribus fungi valet.

Πρῶτον μὲν οὖν σκεπτέον, ποῖά ἐστι μνημονευτά. πολλάκις γὰρ ἐξαπατᾷ τοῦτο. οὔτε γὰρ τὸ μέλλον ἐνδέχεται μνημονεύειν, ἀλλ' ἔστι δοξαστὸν καὶ ἐλπιστόν. εἴη δ' ἂν καὶ ἐπιστήμη τις ἐλπιστική, καθάπερ τινές φασι τὴν μαντικήν. οὔτε τοῦ παρόντος, ἀλλ' αἴσθησις. ταύτῃ C
γὰρ οὔτε τὸ μέλλον, οὔτε τὸ γενόμενον γνωρίζομεν, ἀλλὰ τὸ παρὸν μόνον. ἡ δὲ μνήμη, τοῦ γενομένου. τὸ δὲ παρὸν ὅτε πάρεστιν, οἷον τοδὶ τὸ λευκὸν ὅτε ὁρᾷ, οὐδεὶς ἂν φαίη μνημονεύειν, οὐδὲ τὸ θεωρούμενον, θεωρῶν καὶ νοῶν, ἀλλὰ τὸ μὲν αἰσθάνεσθαί φησι, τὸ δ' ἐπίστασθαι μόνον. ὅταν δ' ἄνευ τῶν ἔργων ἔχῃ τὴν ἐπιστήμην καὶ τὴν αἴσθησιν, οὕτω μέμνηται τὰς τοῦ τριγώνου, ὅτι δύο ὀρθαῖς ἴσαι. τὸ μὲν, ὅτι ἔμαθεν, ἢ ἐθεώρησε, τὸ δὲ, ὅτι ἤκουσεν, ἢ ὅτι εἶδεν, ἤ τι τοιοῦτον. ἀεὶ γὰρ ὅταν ἐνεργῇ κατὰ τὸ μνημονεύειν, οὕτως ἐν τῇ ψυχῇ λέγει, ὅτι πρότερον τοῦτο ἤκουσεν, ἢ ᾔσθετο, ἢ ἐνόησεν.

2 Imprimis itaque conſiderandum eſt, qualia ſint ea quӕ ſub Memoriã cadunt, ſӕpe nanque iſtud nos decipit. Etenim neque futurum ad Memoriam pertinet, ſed ad opinionem & ſpem (quӕdam enim ſanè ſperan- D
darum rerũ ſciẽtia eſt, qualem quidã Diuinatricem vocant). Neque item prӕſens, ſed ad ſenſum, quo neque futurum neque quod factum eſt percipimus, ſed ſolummodo prӕſens. Memoria autem eſt prӕteriti. Et prӕſentis quidem cùm adeſt, vt cùm aliquis videt hoc album, nullus ſanè affirmabit, ſe tunc meminiſſe. Neque eius quod ſpeculatur, cùm ſpeculatur & intelligit: ſed illud quidem ſe ſentire tantùm, dicet, hoc autem ſcire: cùm verò abſque energiis, ſcientiam & ſenſum quis habuerit, tunc Trianguli angulorum meminit: quòd nempe duobus rectis ſunt ӕ-

A sunt æquales,atque hoc,quia didicerit vel speculatus fuerit: illud verò, quia audierit vel viderit, aut alio modo perceperit. Semper enim cùm quis in energeia Memoriæ versatur,ita secum loquitur, hoc quod antea audiuit,aut sensit,aut contemplatus est.

Aggreditur iam explicare quid Memoria sit. Quod vt commodiùs prestet, ab obiecti illius disquisitione exorditur. Quid & quantum hic ordo in huiuscemodi disputatione valeat, norunt ij qui methodum in sec. de an. trigesimo tertio nobis ab Aristoteles propositam expenderint: energeia siquidem secundum rationem, id est definitionem (vt egregiè annotauit Alexander) atque ita naturæ (vt ex sexto Topico liquet, & nostri respectu (vt Philoponus censuit) facultate prior est: ingreditur enim energeia definitionem facultaB tis,quæ nil aliud est,quàm agendi aut patiendi principium, ac proinde habitudinem ad energeiam dicit. Sed & energiis ipsis, eadem ratione obiecta priora sunt. Quare meritò Aristoteles de Memoria acturus, ante omnia de illius obiecto agere instituit, quod tamen ita tractat, vt τὸ διότι quoque, id est, operationem illius attingat. Contextum in duas principes partes secare oportet. In priori propositum,& ratio propositi aperitur. In alrera quorum sit Memoria demonstratur. (Imprimis itaque). Prior pars, qua obiectorum memoriæ futura disquisitio narratur. (Sæpe nanque istud nos decipit). Disquisitionis futuræ ratio, hoc loco conueniens. Quomodo autem nos in re hac aliquando decipi dicat, declarare prætermittunt omnes. Mihi hæc ratio esse videtur, quia aliquando pręsentium quoque memoriā esse videri possit: cùm nempe illa nunc C quis sentit quæ aliàs quoque sensisse se percipiat. Errare autem ita se habenti idcircò accidit, quia non quando rem præsentē sentit, tum meminit, sed cùm aliquando idem se sensisse exploratum habet. Vnde colligitur, rei præsentis, quatenus præsentia sunt, non esse Memoriam, sed preteritorum tantùm. (Etenim neque futurum). Secunda pars, quæ in duas adhuc diuidenda est. Prima continet enumerationem quandam, ex qua sumitur quódnam sit memoriæ obiectum: secunda id ipsum deducit atque concludit. Ad quæ sciendum est Memoriæ energeiam, cū motu aliquo cōsiderari: in omni enim operatione ab vno ad aliud fit transitus: Motus verò omnis in tēpore est, cùm prius & posterius contineat, quę temporis differentiæ diuid entes, vel etiam constituentes dici possunt. Partes ergo temporis sunt præteritum atque futurum, quæ vno atque indiuiduo termino, nempe Momento ipso simul vniuntur. Quicquid verò mouet, necesse est quidem vt rationem præsentis induat (præsens nunc intelligo quod Auerroes sexto phy, com. 24. compositum ex præterito D & futuro, iuxta vulgi opinionem, appellabat) non tamen semper, vt secūdum respectum temporis presentis consideretur. In hunc igitur modum Aristoteles enumerando & destruendo argumētatur, Obiectum quod memoriam mouet, vel est pręsens, vel futurum aut pręteritū: at neutrū illorū, ergo hoc postremum. Assumptio probatur, quia pręsentis sensus est: futuri opinio & spes, quæ lōgè absunt à natura Memoriæ. Addere etiam possumus, sensum esse facultatem recipientem & iudicantem, Memoriam verò conseruantem: sensum itē conuenire cunctis animalibus, Memoriam verò nequaquam: vnde cognoscimus, non modò quale sit obiectum Memoriæ, verùm etiam quale non sit, quod est veluti principium illi oppositum: idcircóque rectè tenendum, ex præcepto Arist. primo analy. post. vbi principia Demonstrationis, ita nobis vult esse cognita, vt illis opposita falsissima esse existimemus. (Et præsentis quidem). Hîc idem magis deducit atque concludit. De præsentibus autem

tantùm meminit, quia in illis Homines decipi magis accidit: quod nos antea
declarauimus. Reliqua perspicua sunt. Hoc nãque in summa voluit. Nõ quã- A
do quis contemplatur, aut quando sentit, puta triangulum hunc habere tres
angulos æquales duobus rectis, tũc angulorũ Triãguli meminisse dicit, sed eos
vel scire se, vel sentire: at cum se aliquando eosdem angulos contemplatum
fuisse vel sensisse percipiet, ita vt sensionem contemplationémque præteriti
temporis secum repetat, tũ verè meminisse. Semper enim qui alicuius rei me-
minit, secum in hunc modum quasi loquitur, ego hæc aliàs comprehendi,
hoc sensi. (Δοξαστὸν ϗ ἐλπιστόν). Habitum seu facultatem illam animi nominat; quæ
futurum vt futurũ est, simpliciter cõsiderat: futurum, inquam, quòd causas in-
determinatas inconstantésque habeat, ac proinde & ipsa incerta atque incõ-
stans est, vt ex sec. post. analy. ca. vlt. & sexto ethic. 4. liquet. Qua item ratione
alibi ab eo dictum est, Syllogismum Dialecticum non scientiam sed opinio-
nem parere, & ab Auerroe, vt in proœmio libri primi post. analytico: Opinio-
nem scientiæ priuationem esse. Neque ii sunt prorsus audiendi, qui putant B
hãc, cùm Syllogismo Topico & Rhetorico acquiratur, ab Aristotele propriè
persuasionem dici: idem enim esse, cùm vtraque ex iisdem principiis proba-
bilibus, nempe & verisimilibus communibúsque efficiatur. Non sunt, inquã,
prorsus ac simpliciter audiẽdi, cùm inter probabile & verisimile, itémq; inter
Dialecticam & Rhetoricam aliquid intersit. Omitto in quo conueniãt, (ne à
proposito nimis discedamus) discrimen tantùm paucis explico. Dialectica
verè omnia omniũ scientiarũ tractat, breuissima interrogatione & respõsione.
Summas item rerum considerat, nec ad indiuidua ferè descendit: Rhetorica
verò quamuis grauioribus atque altioribus etiam scientiis aliquando se
velit immiscere, maiori tamen ex parte in rebus ciuilibus versatur, idcircó-
que Propago Dialectices & politicæ vocatur ab Aristotele: res tractat fusè
& copiosè, singularia etiam, fortunam, locum, tempus, personámque spectãs.
Est ergo verisimile ex quo persuasio cõparatur probabile quoddam rebus ciui- C
libus accommodatum, & singularia spectãns, copiosa oratione vestitum. Ex
his constat non idem omnino esse opinionem & persuasionem, quamuis Rhe
torica argumenta pleraque, ob orationis vestitum fide digna euadere possint;
quæ per se non essent: Fides tamen opinionem semper sequitur, vt ex secũdo
de anima, contextu centesimo quinquagesimo septimo, item ex septimo me-
taphysicorum, contextu quinquagesimo tertio, satis liquet. Cæterùm illud te-
nendum est, verè persuadibile, esse probabile: Hinc iidem loci præcipui Dia-
lectici ac Rhetoris: hincque etiam illud quod Aristoteles in tertio Rhetori-
cæ, capite primo, aït, Finem nempe Rhetoricæ opinionem esse. Sed ad rem.
Futuri, vt monuit ipse Thomas, opinio est, quatenus cognoscitur. Spes verò
quatenus appetitur: Intelligentia à voluntate, sensum item ab appetitu re D
non differre, aliàs à nobis latiùs declaratum est. Nunc illud quoque tenea-
tur, opinionem à spe re ipsa non differre, sed habitudine quadam tantùm.
In secundo Rhetoricorum, hanc nobis exprimit cùm inquit, Spem rerum
esse salutarium: vnde liquet, spem opinione seu fide hoc amplius habere,
quandam nimirum appetitionem. Tam autem Fides seu opinio, quàm spes
ratiocinio aliquo cõparatur. Quis nanque opinatur quod non futurũ credit?
fidem autẽ ratiocíniũ præcedit, quare & spem, cùm nil aliud fidei spes addat
quàm appetitionem. Colligenda igitur inter Memoriam & Opinionem in-
tegra differentia est: quod item Arist. alicubi præstitit, Memoriam scilicet cer
torum & quæ aliter se habere non possunt, esse: opinionem verò seu fidem fu-
turorum, & eorum quæ non semper vera aut falsa sunt. Excipio Fidẽ illam quæ
filiis

A filiis Dei ꝓpria & peculiaris est. hæc siquidē certissima atque omni sciētia cer
tior est, cùm Spiritus ipse sanctus sit qui doceat persuadeátq;, Deū ab æterno,
Sanctos quos in Christo saluos vult facere, liberè & mera sua gratia, nullóque
hominum respectu elegisse. Quo etiam solo fundamento Thomas in prima
parte Sum. quæstione 12. art. 13, Fidem, qualibet Demonstratione physica e-
uidentiorem & certiorem in nobis notitiæ habitum gignere ostendit. Sed o-
biter soluendus est hic nodus: Philoponus initio commentariorum in priora
analytica, inquit, Syllogismi confectionem ad ratiocinantem animæ nostræ
partem pertinere, quæ si accipit ab intelligentia propositiones, demōstratio-
nem parit: si ab opinione, probabile ac dialecticum argumentum: si tandem à
phantasia, sophisticum, & quod verisimilis speciem tantùm habeat (plures a-
B nimæ nostræ facultates, ratiocinanti propositiones suppeditare nequeunt).
Tertio verò de an. & primo, opinionem, rationis conclusionem quandam es-
se docet, deteriorémque cognitionem, quàm per ratiocinationem. Hoc certè
cum superiori pugnat: nam si opinio est rationis conclusio, quî poterit Dialec-
tici syllogismi principium esse? Respondetur & sanè (ni fallor) rectè, Aristote
lem alicubi intelligentiam, habitum in ratione consistētem vocasse, quòd in-
ductione, argumēto ab effectis, consequentibus probabilibúsque rationibus
iuuetur: alibi eam supra ratiocinationē cōstituere, quòd in rebus causa carēti-
bus versetur eásque vsquequaque cōprehendat, cùm tamen ad hoc nulla si-
bi alterius rei cognitione opus sit, quæ certè ad perfectam effectorum cogni-
tionem desideratur. Ita Philoponus opinionē vocauit cōclusionem, quatenus
ipsa ex inductione, aut ex eorū à quibus eā accepimus authoritate, orta est: po
C test tamē eadē aliarū conclusionū principiū esse. Cōsulatur hac de re Alex. c.
de phant. (Quædam enim sanè sperandarum rerum scientia est, qualem qui-
dam Diuinatricem vocant.) Si de futuro vt futurum est, non simpliciter cogi-
temus seu opinemur: sed adhibito alicuius causæ, indeterminatæ tamen at-
que inconstantis nexu, quo tale quid euenturum esse comprehendamus,
præsentiamúsque: habitus quidam gignitur qui μαντικὸς ab Aristote. vocatur,
atque hinc μαντικὴ scientia, in qua multi floruerūt, & Astrologi præsertim. Ad-
uersus quos tamē hac ipsa in re Ioan. Picus duodecī libris egregiè disputauit.
Cōsulatur item pro huius scientiæ Diuinatricis notitia Trophonius Leonici. Dis
iūgitur ista à Prophetia quę ꝓpriè nō est Habitus, sed passio quædā à Spiritus S.
afflatu inducta, propriéque arcana Dei tractans: eáque quæ vim intellectus hu
mani superant, cuiusq; munus, nō modò euētura præsentire, & prædicere est,
verum etiā effectu ipso, id est miraculorū perspicuitate, ꝑspicua reddere. Hæc
D (quicquid Plato Auicennásque balbutiāt, & Auer. impiè vt solet effutiat) san
ctis Dei solummodo aliquando tributa est. Nunc ferè sublata. Quæ verò de
Gentilibus & Sibyllis narrantur, ea spirituum immundorū homines irretien
tium, instructioni tribuenda sunt. De qua re Thomas in tertio contra Gent.
cap. 154. nonnihil: & in Secunda secun. pluribus quæstionibus agit. Quomo-
do autem prophetiæ donum habeatur, Physici percipere non potuerunt,
quapropter cum Thomas in 2. sec. q. 171. art. 2. in conclus. & in q. 172. art. 1. in
resp. ad primum docet, Hominis nempe mentem à Deo, & ab Angelis tan-
quam luce quadam illustrari, & notitia futurorum atque arcanorū informari:
quemadmodum Lumine quoque Mentis agentis Mens capax principia De-
monstrationis cognoscit, haudquaquam Physico probaretur. Nāque Intel-
ligentiæ id certè tribuere alteri non poterunt, quod non ipsæ habent, nempe
singularum rerum contingentiúmque notitiam: hoc ex duodeci. metaphy.
cont. 37. satis liquet. Ne quis verò putet tam impium fuisse Aristotelem qui

istam conditionem Deo non concesserit, qui omniũ & minimarum etiam rerum causa est. Animaduertat, nõ eodem ipsum modo semper de re hac fuisse loquutum: quinimò cùm à sensu discedere voluit, Deum omnium prorsus rerum curam habere cũctáque cognoscere disertè fassus est. Omnia (inquit in Poetica) videre Deis tribuimus. Sed legatur hac de re sextus ethic. cap. 3. octauus eiusdem. tract. cap. 10. quintus polit. cap. 11. item septimus cap. 4. secũdus Rhetor. cap. 5. & 9. Nec detrahit aliquid Aristot. summæ Dei potestati, cùm Physicè loquẽs, cognitionẽ istam illi minimè concedit: imò iniuriam Dei excellentiæ & Maiestati inferret, si sensu ea se comprehendere posse existimaret, & probare conaretur, quæ oculis humanis cerni nequeunt: quęque si cernerẽtur, non multùm inter Dei & Hominis Naturã interesset, imò illi prorsus pares essem⁹. Manet ergo Physic⁹ intrà suos limites: quod cùm præstat, quodcunque neget non peccat, non extenuat Dei vim aut omnipotentiam, quinimò illam magis extollit, quàm si physicè agendo, omnibus se assentiri posse putaret. Cæterùm ad Diuinandi scientiam pertinent, Astronomica, Aruspicina, omnísque extotum inspiciendorum, sortium, pottentotúmque disciplina, Physiognomica item, & Chytomanticà, de quibus alii. Tantùm moneo, Aristot. vt plurimùm horum rationes Physicas proponere solere: vt de physiognomia, in libro De longi. & breuit. vitæ, inquit, eos qui habent signa in corpore colorata & profunda, diu viuere: facultatis enim formatricis robur maximum esse, hoc indicat: prudẽs etiam aliquando ob multam rerum notitiam, diligentémque rerum præsentium cum preteritis connexionem, futura præsentit, atque prædicit: item quæ per somnia habetur, causam scientiæ tẽperationi corporis melancholici ascribit in lib. de Som. & Euig. Illius verò quæ præter somnum fit, casui: qua etiam ratione loquaces vera aliquando dicere affirmamus. Verùm dubitari solet, an Diuinatio scientia sit, cùm in sperandis rebus & contingentibus versetur. Respondet Thomas, Euentura ista duobus modis posse considerari: vel secundum se, vel secundum suas causas. Primo modo scientia non est: at secundo quin aliqua sit, nil prohibet: quatenus scilicet aliquis euẽtura, à suis causis συναρμολογίαν necessariam obtinere cognoscit. Hac item ratione Physicorum theorematum scientiam esse ait: Astronomos item futuram sterilitatem & vbertatem comprehendere & præsentire tradit. Sed non mirari sanè non possum, Thomam Diuinatricem disciplinam scientiæ Physicæ comparare, quæ causas constantes atque determinatas quamuis non omnino habet: præterea hac ratione quæstionem se enodasse putare, cùm proposita argumẽtatio adhuc vrgere queat: Contingentium nempe & sperandarum rerum non esse scientiam, nisi spem & opinionem certorum atque necessariorum esse velimus, atque inter hæc & sciẽtiam nil prorsus interesse. Vtroque ergo nomine ipsum improbo: & Respondeo, verè eorum quorum est opinio & spes, non esse scientiam, id est, quatenus aliquid speramus aut opinamur, eatenus nos id ipsum scire minimè possumus: siquidem hoc aduertaretur cont. 154. sec. de an. & Aristotelem nomine sciẽtiæ, vt solet, abusum fuisse, pro leui scilicet ambigua tenuíque rei futuræ apprehensione, cõiecturáque vel illa causam habeat vel causa careat: pro qua re consulatur Linconiensis primo post. analy. cap. 2. præterea illud teneatur, Opinionem fidem seu existimationem & spem tam in rebus necessariis, quã in contingentibus, tam in causam habentibus, quàm non habentibus locum obtinere. Tamen, cùm necessaria illa sint, quæ se aliter habere nequeũt, quãuis ipsa vt futura spectentur, præsentium tamen vicem gerunt, vt alibi docuit Aristoteles, ideóque illorum scientia propriè esse dicitur. Contingentium autem

A autẽ atque eorũ, præſertim quę rarò fiũt, exiſtimatio & opinio eſt. Vtrorũque
autem opinio, cùm leuis & ambigua cognitio habetur, ſi haſce diuerſas tenea
mus rationes, loca Ariſt. multa quæ ſibi inuicem repugnãtia eſſe videntur, fa-
cilè conciliabimus. Ex quibus poſtremò planum erit, Ariſtotelem quamuis
futurorum ſpem & opinionem eſſe dixerit, non tamen aſſeruiſſe ſcientiam eſ
ſe non poſſe.

Ἔστι μὲν οὖν ἡ μνήμη οὔτε αἴσθησις οὔτε ὑπόληψις, ἀλλὰ τούτων τινὸς ἕξις, ἢ πά-
θος, ὅταν γένηται χρόνος· τοῦ δὲ νῦν ἐν τῷ νῦν οὐκ ἔστι μνήμη, καθάπερ εἴρηται καὶ πρό-
τερον, ἀλλὰ τοῦ μὲν παρόντος, αἴσθησις, τοῦ δὲ μέλλοντος, ἐλπίς, τοῦ δὲ γενομένου, μνήμη.
διὸ μετὰ χρόνου πᾶσα μνήμη, ὥσθ' ὅσα χρόνου αἰσθάνεται, ταῦτα μόνα τῶν ζώων μνημο-
νεύει, καὶ τούτῳ ᾧ αἰσθάνεται.

B Eſt itaque Memoria neque ſenſus neque opinio, ſed horum alterius
3 aut habitus aut paſſio, cùm tempus elapſum fuerit. Ipſius autem nunc in
ipſo nunc non eſt Memoria, ſicut dictum eſt, præſens nanque ad ſenſum
pertinet, futurum ad ſpem, præteritum ad Memoriam. Quamobrem
Memoria omnis cum tempore efficitur. Atque hinc etiam fit, vt quæ a-
nimantia temporis ſenſum habent, ea ſola meminiſſe valeant, atque iſto
quo ſentiunt.

Ex obiecto & energeia memoriæ ſuperius expoſitis, definitionẽ quandã illius
colligit, quam hoc in loco ponit: Abſolutã deinceps, poſt tractandorũ explica-
tionẽ nobis colligendã relinquẽs, Mox ex huiuſmodi definitione quædã veluti
auctaria ſumit atq; ꝓponit: Sic duę cont. partes erũt. Definitio ita habet, Me-
C moria eſt habitus aut affectio quędã ſiue ſenſus, ſiue exiſtimationis: cùm nẽpe
ſenſiones atque animo comprehenſa Simulachra ex præterito tempore repe
timus, aut (ſi Themiſtii verba ſequi malimus) cùm tẽpus adiungitur, quo facta
impreſſio eſt, & ſpectrum in anima derelictum. Explodendi igitur illi ſunt, qui
non facultatem Memorandi hîc definiri affirmant, ſed ſpectrum ipſum, quod
actum comprehẽſæ aliâs rei repræſentat: nullibi enim Memoriæ vocabulũ ab
Ariſt. in hac ſignificatione vſurpatum oſtendẽt: præterea, quamuis ſpectrum
illud affectio dici poſſit, vt ſuperiore Libro oſtendimus, nunquam tamen niſi
admodũ impropriè habitus nomen illi accõmodabitur. Definitur ergo Me-
moria, id eſt, ipſemet habitꝰ ſeu energeia, qua cõprehenſam notitiã in animo
cõtinemus, vt facultatis natura magis eluceſcat. Auctaria verò ſunt, Memoriã
omnẽ cum tẽporis perceptione effici, Ex quo elicit alterũ, Bruta nimirũ ſola,
D quæ temporis ſenſum habent, Memoria prædita eſſe: Ex hoc deinceps tertiũ:
nẽpe ea ipſa animæ parte Bruta meminiſſe, qua tẽpus percipiũt. (Eſt itaq; Me
moria neq; ſenſus). Explodit tã exteriorem ſeu particularem, quàm eum qui
cõmunis ſenſus nũcupatur, vterque enim dũ res extrinſecus obiecta adeſt, &
quatenus pręſens eſt, operatur. (Neque opinio). Hæc futurorũ eſt, vt diximus,
à quibus tamen futuris non omnino ſcientiam ipſam explodit Ariſtoteles.
(Sed horum alterius habitus aut paſſio) Non alio nomine Memoriam habitũ
vocar, quàm quo alibi ſciẽtiam, intelligentiam, artem, rationem, opinionem
prudentiam, ſapientiam, ſolertiam & ſuſpicionem. Quomodo autem hęc ea-
dem τὰ πάθη perficientia dici poſſint, liquet ex ſec. de anima contextu 57. &
58. & nos alibi copioſiùs oſtendimus. Quid ergo cauſæ eſt cur aliqui dicant

per habitũ rẽ constãtẽ significari, per affectionem verò rem citò transeũtem. A
Describitur hîc Memoriæ energeia, quam constans aut inconstans simulachri præteriti mansio sanè non constituit, vtrunque enim memoria est. Quid? Hoc esset Memoriæ species & diuersitates prius quàm illius naturam simpliciter aperire. Quę certè ratio, à Methodo Aristotelica est aliena. Vsus est autem Arist. particula τούτων τινὸς, quia nondum cuius partis animæ sit Habitus hic seu facultas quæ Memoria vocatur notum est. Collige hîc Aristotelem non plures facultates interiores quàm duas præcipuas à nobis superius enumeratas posuisse, communem scilicet sensum, & phantasiam, aliásque omnes harũ passiones aut habitus nuncupasse. (Cum tempus elapsum fuerit.) Paucis se expedit Aristoteles in explicanda differentia constituente Memoriã, quòd ex iis quæ de sensu & Phãtasia in lib. de an. & in superiori libello, imò in cont. proximè explicato docuerat. reliqua facillimè extũdere quiuis posset. Vnde cum B
Auer. ait, Energeiam Memoriæ esse præsentia reddere simulachra seu phãtasmata rei absentis, & agnoscere illa eadem esse, quæ antea sensit sensus atque phantasia cõprehendit, atque ad hoc quatuor concurrere, nimirum Simulachrũ, comprehensionem Simulachri, reddere simulacrhũ præsens, & iudicare eam esse comprehensionem illius simulachri quod antea sentiebatur. Cùm inquam, Auerroes hæc ait, nil noui affert, sed idem prorsus pluribus illustrat, quod paucis hîc ab Aristotele comprehensum est. Huc etiam spectat illa Definitio, Memoria est facultas componens spectrũ rei sensu perceptæ, cum specie seu apprehensione sua sensu non percæpta, ob quam compositionẽ iterũ ad rem extrinsecùs obiectam transitus sit. Albertus quoque eodem respicit, cum ait, Memoriam esse facultatem qua animal ad res sensiles reuertitur, me C
diis simulachris quæ in eo post priorem comprehensionem manserunt. Sic item Themistius, quasi Aristotelis συγχυλογίαν supplens, inquit, Memoria est habitus earum quę à nobis enumeratæ sunt facultatum vnius peculiaris quũ tẽpus adiungitur à quo facta impressio est, & derelictum spectrum in anima. (Ipsius autem nunc in ipso nunc.) Quia ἐν τῷ νῦν est quidem Memoria, sed non ipsius τοῦ νῦν: tunc siquidem alicuius meminisse quis dicitur, cùm aliquando id se sensisse aut fuisse contemplatũ percipit: istud tamen non nisi in ipso τῷ νῦν effici potest: quod infrà planius liqbit. (Quãobrẽ Memoria omnis). Secũda cõt. pars, in qua auctaria illa à nobis suprà enumerata proponũtur. Porrò, hîc dispu tari solet: Vtrũ præteritũ vt præteritũ est, sit Memoriæ obiectũ, Dubitationis occasio inde potissimũ sumitur: Quia quædã ex Brutis memoriã habent, tamẽ præteritũ vt præteritũ est non percipiunt: hoc nanque modo, tempus cũ numero prioris & posterioris cognosceret, quod soli⁹ hominis qui ratiocinio viget propriũ est. Adde, tẽpus ab anima creari ex 4. phy. 98, & 100. & ex Auer. in D
disp. 1. in sol. dub. 15. & 18. quare nullo modo bruta illius sensum habere asserendum est. Respondeo, Memoriam esse habitum, quo præteritas sensiones, comprehensiásque noticias animo conseruamus, quare in Memoria præterita sub ratione præteritorũ reuocantur, atque vt præsentia repetuntur. Verissimum quidem illud est (quicquid Plotinus in sexto vol. Enn. cap. 2. docuerit) energeiam ipsam Memoriæ circa imagines quæ in sensu communi præsentes sunt versari, vt inferius ex Arist. audietur, atque in ipso τῷ νῦν effici (quî fieri nanque aliter possit, si memoria facultas quædam patiens sit atque affectio à perceptione sensilium imaginum producta, omne verò patiens ab agente actu & præsente ex secundo de anima. contextu 54. patiatur?) Et vt in summa dicam, Actum illum qui Memoria vocatur, pręsentem esse & ab agente, nempe simulachro actu præsente facultati recordandi, produci. sed præteriti esse

A Memoriā dicit,quia Simulachrū illius rem præteritam referens se aliàs sensiſſe percipit,quæ perceptio nisi adſit, Memoria eſſe deſinit. Hoc ſuprà docuit Ariſt. cùm inquit,Memoriā eſſe quidem ἐν τῷ νῦν,ſed nō τῷ νῦν,& ſemper eū qui in actu Memoriæ eſt,dicere ſe hoc aliàs vidiſſe vel audiuiſſe. Vnde Scotus in 4.ſent.diſt.45,q.3.B.addit,Niſi iſte actus cognoſcēdi præteritum vt præteritū, in nobis eſſet,fore vt prima prudentiæ pars deſit: Vt boni nūquam ſe præmiis iuſtè afficiendos:mali verò ſe iuſtè dānandos cognoſcere valeant. Præmium nanque & pœna,bonū vel malū præteritū ſequūtur:qui ergo præteritū in ſciſſis non percipiunt, iuſtitiam quoque in præmio & pœna non agnoſcunt, quod certè omnem deſtruit ſocietatem Ciuilem. Ad argumentum autem reſpondet Themiſtius in tertio de an.cap.64.Tempus ſecundum ſe ab Homine percipi,ſecundùm accidens à Brutis: dico ſecundum ſe,i. per ſe, & ſub ratione qua tempus eſt,& qua in prius & poſterius digeritur. Secundùm accidens verò, quia bruta eatenus præteriti ſenſum obtinent, quatenus motiones & paſſiones illius quam tempore aliquo acceperunt notitiam habent, id eſt,(vt idem hîc in ſua paraphraſi ait)Homo,non ſolùm meminit ſe vidiſſe aliquando aut audiſſe,ſed etiam tempus illud præteritum à futuro diſcriminat.Bruta hoc ſolùm cognoſcunt,puta Aſellum ſe modo in foueam corruere aut olim(confuſè tamē atque indiſtinctè)corruiſſe. Egregiè annotatum eſt à quibuſdam,Ariſtotelem alicubi ſcripſiſſe,hoc eodem modo odoris ſuauitatē per ſe ab hominibus,ſecundum accidens à Brutis percipi.Ea verò animæ parte Bruta temporis ſenſum habent, qua ſentiunt,id eſt, vt Epheſius ait,phātaſia,cuius item paſſio Memoria eſt.Hinc Themiſtius monuit,Animalium alia

C aliis memoria magis vigere,illa nempe quibus perpurgata magis & abſoluta phantaſia eſt,vt Apes & Columbæ.ſed hac de re infrà copioſius.Ex his liquet qua ratione argumentationi ſit ſatisfaciendum. Etenim cùm Natura in ipſis ad phantaſiam peruenit, receptui canit: quare in aliquibus ipſorum igniculi quidam Memoriæ potius manent,quàm Memoria. Imperfecta igitur in illis phantaſia & Memoria eſt, ergo imperfectus indiſtinctúſque præteriti ſenſus. Hæc ex contextu quinquageſimo ſexto tertii de an.atque ex decimo Ethico quiuis poterit animaduertere.

Ἐπεὶ δὲ περὶ φαντασίας εἴρηται πρότερον ἐν τοῖς περὶ ψυχῆς, καὶ ὅτι νοεῖν οὐκ ἔστιν ἄνευ φαντάσματος. συμβαίνει γὰρ τὸ αὐτὸ πάθος ἐν τῷ νοεῖν, ὅπερ καὶ ἐν τῷ διαγράφειν. ἐκεῖ τε γὰρ οὐδὲν προσχρώμενοι τῷ τὸ ποσὸν ὡρισμένον εἶναι τοῦ τριγώνου, ὅμως γράφομεν ὡρισμένον κατὰ τὸ ποσὸν, καὶ ὁ νοῶν ὡσαύτως, κἂν μὴ νοῇ ποσὸν, τίθεται πρὸ ὀμμάτων ποσόν. νοεῖ δὲ οὐχ ᾗ ποσόν. ἂν δ' ἡ φύσις ᾖ τῶν ποσῶν, ἀόριστον δὲ τίθησι μὲν ποσὸν ὡρισμένον, νοεῖ δὲ ᾗ ποσὸν μόνον. διὰ τίνα μὲν οὖν αἰτίαν οὐκ ἐνδέχεται νοεῖν οὐδ' ἄνευ συνεχοῦς, οὐδ' ἄνευ χρόνου, τὰ μὴ ἐν χρόνῳ ὄντα, ἄλλος λόγος. Μέγεθος δ' ἀναγκαῖον γνωρίζειν καὶ κίνησιν, ᾧ καὶ χρόνον, καὶ τὸ φάντασμα τῆς κοινῆς αἰσθήσεως πάθος ἐστὶν, ὥστε φανερὸν, ὅτι τῷ πρώτῳ αἰσθητικῷ, τούτων ἡ γνῶσίς ἐστιν.

4 Porrò de phantaſia prius in tractatione de Anima dictum eſt, & quòd abſque phantaſmate intelligere non licet. Eadem enim intelligendo paſſio accidit,quæ figuras deſcribendo: Vbi quāuis nullo nobis vſui, Trianguli quantitas determinata ſit, nihilominus illum quantitate determinata deſcribimus:Ita intelligens,quamuis quantū nō contēpletur,

ob oculos tamen sibi quantum ponit,quod non vt quantum speculatur. A
Si autem natura fuerit quantorum quidem,sed indeterminatorum,ob oculos certè quantum sibi ponit determinatum. considerat autem vt quãtũ solũ. Cæterùm quam ob causam,ea quæ nõ sunt in tẽpore,nõ licet intelligere absque cõtinuo & tẽpore,alia ratio est. Magnitudinẽ autẽ & motũ necesse est illo cognoscere quo & tẽpus: Et phãtasma cõmunis sensus passio est. Idcircò liquet, cognitionẽ horũ ad primũ AEstheteriũ pertinere.

Explicauit Philosophus pro loci circunstantia Memoriæ essentiã. nunc docere vult cuinam parti animę accidat. Quod quamuis tertio loco propositum esset,tamen secundo absoluitur,quòd eius disputatio difficilior sit. Præterea magnam aliis quæsitis lucẽ possit afferre. Antequam igitur de re hac statuat, vnũ ex libris de Anima repetit atque sumit. Vnde duas quoque dubitationes quæ ipsi obuiam fiunt,diluit. In tres ergo partes contextus secatur, in quarũ prima inquit se de phantasia in libris de anima disputasse, vt in secundo pluribus in locis: sed præter cætera illud in tertio contextu 30.32,& 39. Intelligẽtem oportere phantasmata speculari. Accipit nanque Mens humana species rerum cum materia concretarum ex ipsis phantasmatis, ab hominibus comprehensis. Quæ vi & efficacitate eiusdem Mentis à materia segregatæ, vniuersales euadunt, quibus deinceps Mens exornata intelligere dicitur. Ita in mẽte nostra quasi duplex Naturæ conditio est. Altera, qua Phantasmata illustrãtur: altera, qua suscipiũtur. Priorem conditionem si spectes, Mentem nostrã efficiẽtem nuncupabis: sin autem posteriorẽ, capacem atque ad suscipiendũ idoneam, vnam tamen Mentis efficientis & capacis Naturam & visu esse existimandum est, nequis eam diuersam esse censens, duas in Homine reipsa differentes Mentes ponere cogatur. Nam quemadmodum oculi musci- B
pularum splendore suo, rerum colores primùm illustrant, deinde illos recipiunt: sic Mens nostra vi quadam & luce propria quam à fonte illo Lucis perenni nempe Deo accepit, primùm res sibi extrinsecus obiectas illustrat, ita vt intelligibiles fiant: mox illas accipit atque intelligit. Neque nos illud perturber, Nihil simul actu & facultate esse, cùm istiusmodi ἀξίωμα non verè dicatur, nisi si aliquid cum eadem re collatum consideretur. Mens autem nostrã dicitur illustrare species sensiles, vel potius efficit intelligibiles: accipit autem iam illustratas & factas intelligibiles. Agit ergo in sensiles, patitur autem iam factas intelligibiles. Si quis verò petat cur Mens intelligere nequeat absque phãtasmatis: Respõderet Simplicius, Mentẽ nostrã si cõsideretur vt in se manens, à superioribus Mẽtibus formatã, illas intelligere: intelligete etiã inferiora, quorum ideæ sibi sint à prima Mente cõmunicatæ & impertitæ. Progressa autem ad corpus hoc, quasi cæcatur, & fit capax: quã tamen adhuc nõnihil retinet prioris naturæ Efficiens vocatur. Eget ergo phantasmatis, à quibus quasi consopita excitetur, & ad se redeat. Alii alio pacto, nempe Mentẽ nostram ad omnia intelligenda esse idoneam, tum quæ æterna sunt, tum quæ à materiei societate liberari nõ possunt: vt autẽ queat intelligere, formari rerũ intelligibiliũ formis, queãdmodũ sensus à rei sensilis specie. Formas verò istas rerum intelligibilium in phantasmatis residere: ac si dicant Mentem nostrã quæ in mera potestate est, speciẽ vllam ipsã sibi formari nõ posse. Quia verò à materia segregata ad ista quę materiei sunt annexa nõ descẽdere quę vel ipsa moueat vel ab ipsis moueatur: idcirco eget phantasmatis, quæ sine materia quidem sunt, vt Arist. 3. de an. cont. 30. docet, non tamẽ sine conditionibus materiei, quæ deinceps in mente non vt in materia immersæ & vt singulares, sed vt Ma-

vt Materiæ expertes & vniuersales accipiuntur. Cæterùm vnum illud placet
A hîc animaduertere, phātasmata nō in phātasia residere, vt Mēte ad operationem deducant, aut ad operationē Mentis sint statī ordinata (quia obiecta sunt phantasię) verùm quia efficiūt vt phantasia operetur, quod deinceps phātasię op⁹ ad Mentis operationem ordinatur. Hęc Scot. in 4. Sent. q. 45. & elicitur (ni fallor) ex Arist. qui docet Mentem quidē necesse esse vna cum phantasmate vniuersaliter speculari, non autē Mentē phantasmata contēplari. Hoc nanq; phantasiæ munus est, illud Mentis, quāuis hæc simul eodēmque tempore necessariò efficiantur. Etenim si Mens vniuersalia lumine Mētis agentis effecta speculetur, necesse est quoq; phantasiā singularia contēplari: ipsius enim mun⁹ est obiectū intellectui offerre, cùm præsertim doceat Arist. nō aliter quàm sensilia ad sensum, phantasmata ad intellectū se habere. Nā vtraque suæ facultati præsentia esse oportet: Atqui nunquā phantasma Menti aderit, nisi phātasia de illis cogitet. Cōcludendū itaque est phantasiā intelligentiæ, vt comi-
B tē & assèclā illius indiuiduā, cohærere semper: atq; vt Thomas annotauit, nō modò vt Mens singulares formas accipiēs, illísque vniuersalibus redditis exornetur: verùm etiā vt singulas etiā obtinens, cùm vult intelligere eas in phantasmatis, quodāmodo inspiciat. Hęc plurib⁹ quàm opus fuerit, nos prosequutos non esse, quinimo propè necessariò hîc afferenda fuisse, postea cognoscetur. In secūda parte scrupulū vnum tollit, quod ex priori oriebatur. Quandoquidem si Mens absq; phantasmate non intelligat, in eodem obiecto versari videbitur in quo sensus & phantasia: in singulari nimirū & quanto. Respōdet, in hac facultate perinde rem se habere, atque in Geometricis figurarū descriptionib⁹: quanuis enim figuræ quòd ad quātitatem indefinitæ sint, easq; quantalibet magnitudine ꝓponere Geometræ demōstrantis nihil intersit (nā in ea demōstratione, in qua tres angulos æquales esse duobus rectis probatur, nullā vtitur definita magnitudine) nihilominus descriptioni Trianguli, puta in A-
C baco, fieri nō potest, quin lineamenta definitæ magnitudinis adhibeat. Quoad ergo describitur Figura, quātitatē fixā determinatāque obtinet: quoad verò Figura est, cuius ꝓprietates Geometra cōsiderat, quæuis magnitudo determinata extra illius rationē & Geometricā speculationē iudicatur. Eandē Homo intelligentia prædirus, cōditionem subit. Qui quāuis non de re quanta diuiduáq; & singulari, sed de reb⁹ vniuersalib⁹ cogitet, sibi tamen certū quantū ob oculos ponit, adq; se refert dum cogitat. Verbi gratia, Mens nostra, albedinis quę secundū seipsam insecabilis est, formā vniuersē quidē spectat, atq; contēplatur: dū tamen id efficit, phātasma particulare albedinis alicuius determinatę magnitudinis in superficie quadam, vt in niue, cerussā, carta, sibi ꝓponit, quā tamen nō vt quantū speculatur, cū intellectio ei⁹ sit vniuersalis. Quinimò si
D id quod contēplatur in categoria quātitatis sit, vt linea, vt figura, quæ quod ad magnitudinem indefinita sunt, ea tamē sibi definita magnitudine proponit, quāuis tamen eadem non vt determinata quædā quāta, sed vniuersē i. vt simpliciter quāta, nempe vt figura & linea simpliciter sunt, intelligat. Addit insuper Philosoph⁹ eodem respiciēs, nō modò Mentē nostrā nō posse formas phisicas quæ tempori & quantitati verè coniūctæ sunt, sine iis percipere, sed neq; beatas illas atq; cęlestes & puras mētes quæ ab huiuscemodi conditionib⁹ sūt prorsus immunes, nullóque tempore inclusæ sine tempore & magnitudine intelligere. A phantasia enim tanquam à crasso aere aliqua semper se attollit nubes, quæ illarū purā intelligētiā impediat. Quare cùm nos illas vera ratione ducti incorporeas esse simplicésq; affirmamus, phātasia tamen illis figurā quandā corpoream affingit, & quandā partiū cōpositionem. Quod de cæteris Mentibus dico, idē de suprema illa purissima Mente, nempe Deo, magis affirmo. Cæterùm quid causæ sit, quod ista absq; phātasmatis, id est sincerè intelli

gere nequeamus, non explicat Aristoteles, sed ad alium locum reiicit. Tho- A
mas censuit hoc ad Metaphysicum attinere, cuius munus est diuersos Men-
tium gradus statuere: contrà Albertus ad Physicum quoque id defert. Hę pro-
Alberto faciũt rationes. Nã cùm de Mente humana agatur, iam Quæstio phy
sica euadit. Præterea, in Metaphysicis nil vsquam scriptum de Mente nostra
reperiet Thomas, nisi id in quo sibi cum cæteris Mentibus superioribus con-
uenit. Thomæ verò cont.47. tertii de anima. fauet, vbi ita Arist. loquitur. Om-
nino autem intellectus qui actu intelligit, est res ipsæ. An verò fieri possit vt i-
pse à magnitudine non separatus, Separatorum aliquod intelligat, necne, po-
stea considerandum est. Quod verò quidam ex recentionibus Philosophan-
tibus viri Docti dicunt, rem hanc in tertio volumine de anima contextu
vigesimo quarto explanari, mihi non satis arridet cùm ἀδιαίρετα de quibus ibi lo B
quitur Aristoteles. non eiusdem generis sunt (quicquid Philoponus affirmare
videatur) cuius illa quæ hîc absque continuo & tempore nuncupãtur, & quo-
rùm in tertio de anima cont.9. meminerat. Ex quo Apollinaris non pessimus
Aristotelis interpres censuit, hanc partem in qua Aristoteles quęstionem istã
explanauit, ad nos non peruenisse, sed vel temporum iniuria suppressam, vel
morte Aristotelis intercedente, non absolutam, aut neque incoatam fuisse.
Aliàs monui (ne pluribus in pręsenti agam): Non modo humanæ Mentis con-
ditiones ad hæc explananda intelligi opus esse, sed Dei quoque & reliquarũ
beatarum Mentium naturam, & vim tenere, vt harum summa perfectione at
que excellentia cognita, quid Mens nostra infima & cæcata valeat, iudicare
possimus. Ex vtraque igitur Philosophia, colligi id sanè potest, ex Diuina ta-
men maximè, ad quam qui peruenit & nostræ Mentis vires, & superiorum a- C
liarum præstantiam simul tenet. idcircóq; Arist. commodè atque opportunè
in cont. priori 2. metaphy. hanc sententiam protulit, Oculum scilicet nostrũ,
sic ad substantias istiusmodi se habere, vt oculus Noctuæ ad Lumen Solis:
in nono eiusdem tractationis, hãc cognitionem intuitiuã Mentis nostræ, Bea
tarum mẽtium respectu, non esse in nobis sicut cæcitatem affirmabat. Ve-
rùm nonnulla pro re hac inferius addenda sunt. Quocirca ad Tertiam contex
tus partem iam randem pergamus. Soluit ergò (quicquid Leonicus cùm
Ephesio, itémque Thomas dicat) aliam dubitationẽ. Nã quæreret poterat ali-
quis, quãnã facultate, Mens humana, quantitatem singularíaque in phantasia
residēria percipiat, quô possit illi⁹ suas quasi affigere species intelligibiles, aut
ab iis illas extundere & segregare: an fortasse Mẽs istarum perceptrix est? Ref-
pondet id quod in 3. de an.9, & 10. Nimirum, Magnitudinem & Motum, vi i-
psius αἰσθητικοῦ quod hîc κοινὴν αἰσθήσεων vocat, Mentem nostram percipere, cuius D
communis sensus ope, tempus quoque percipit. Quod probat, quia Phantas-
mata sunt huiuscemodi facultatis πάθη. Ac si dicat, posuimus Mentem absque
phantasmatis non intelligere, quæ phantasmata quanta sunt cum motu i-
tem, & tempore phantasma verò est communis sensus passio: idcircò Mens
non aliæ animæ partis vi, Magnitudinem, Motum, tempusque percipiet,
quàm illius cuius phantasmata πάθη sunt. Alibi explicauimus qua ratione
ista Tria sensilia, communia nuncupantur, qua item inuicem se consequan-
tur: ita vt ab vna facultate comprehendi queant. Animaduertendum est au-
tem, non propriè sensus cõmunis mnuus istud esse de quo Philosophus loquu
rus est: ipsius enim opus definit cùm primùm res extrinsecùs obiectæ absunt,
eatenus tamen hæc ad sensum communẽ attinere dicuntur, quatenus phan-
tasma ab eo elicitur, id est, quatenus phantasia ab eo accipiens, phantasmata
gignit. Sensus verò communis, non Phantasiæ mentio fit, fortasse ratione o-
rigi-

A riginis,quòd ab illo hæc fluat pendeátque,& illi quasi posterius quid accidat. Pro qua re animaduertendum nec phantasma nec phantasiam, propriè sensus communis passionem dici. Hæc etenim vna est ex facultatibus præcipuis interioribus, peculiare habens munus, peculiaria item obiecta, quinimò cùm sit spiritualior,& spiritualius in illis quæ accepit à sensu communi versatur, illius potius perfectio atque absolutio iudicanda est. Phantasma itē phantasiam respicit, prætereà agens potius (si quidem Phantasiam perficit, cùm ipsam ducat ad actum) quàm passio, appellandum est. Verùm minus propriè ea ratione qua diximus, phātasia sensus communis passio dicitur, vt ex secūdo de ani. elici potest. De Phantasmate item dicimus, ipsum posse dici passionē sensus cōmunis quatenus ab ipso fluit,&ex ipso sumitur, Phantasiæ verò, quatenus suæ propriæ Facultatis obiectum. Et infrà Arist. de eodem Phātasmate B loquens ait, ἀπορήσειε δ' ἄν τις, πῶς ποτὲ τῶ μὲν ἄλλους παρόντος. Quomodo autem obiecta facultatum, quāuis agant, communi tamen appellatione passionis nuncupari possunt, sat notum est, & nos non semel hactenus ostēdimus. Cæterùm duplex in his verbis dubitatio solet adduci. Primò enim quęritur, An Mēs singularia cognoscat: quod Aristot hîc bis negare videtur, cùm inquit, mētem non speculari quantum vt quantum. Itémque, magnitudinem, motum, tēpúsque comprehendere, primi æstheterii munus esse. Deinde illud in quæstionē cadit, vtrum Mens nostra Mentium superiorum ac præsertim præpotentis Dei vim & naturam cōprehendere possit. Primam primùm explicemus. Si facultas quæ inter duo differentiam ponit, vtrūque cognoscere debet, vt ex sec. de ani. cont. 146. liquet, certè Mens singularia cognoscet: quæ vna, singularia ab vniuersalibus differre percipit. Si item res singulares vt intelligantur, illustrari à luce Mentis debent, atq; vniuersales eo modo reddi quo Auerr. 12. met. C comm. 4. docet: certè primùm eas Mens accipiet atque cognoscet. Præterea si Mentis solius est ratiocinari, partésque ratiocinationis cognoscete, aliquādo verò particularis in ratiocinatione Assumptio fit, eiusdem procul dubio erit, non modò Assumptionem, verùm etiam terminos Assumptionis singulares percipere: nisi ratiocinium idem eandémque Assumptionem à duabus facultatibus confici, asserere velimus, quod est absurdissimum. Postremò, si quicquid facultas cognoscens inferior valet, idem superior præstare queat, terminúsque vnius, initium sit alterius, vt inductione constat, dubitare non debemus quin Mens ea omnia ac primò etiam cognoscat, quæ Phantasia comprehendit. Philoponus, Auerr. in 3. de anim. com. 9. & Them. ibid. atque in 11. pro nobis certè stant. Sed si hæc vera esse ponantur vt verissima sunt, refellēda erunt hæc argumenta. Obiectum Mentis est quiditas, sub qua non cōtine-D tur singulare. Item Auerr. in libro de diuin. per Som. ait, Mentem nostram si cognoscat singularia, corruptioni obnoxiam fore, quòd necessariò hac ratione, materiei affixa sit. Michael Ephesius his atque aliis rationib[9] adductus, duplicem nobis intellectū proponit θεωρητικὸν & πρακτικόν. Atque hunc postremum singularia comprehendere docet. Alii aliter. Nos verò dicimus Aristot.& aliis interpręribus Peripateticis hoc in more positum esse, vt cùm plures facultates in vna conditione conueniant, in alia verò aliqua inuicem differant, vnanquanque per id quod sibi peculiare est, disiungant atque determinent. Ment, isingulariumat que vniuersalium noticia conuenit, atque hæc quidem ratione propria, illa qua sensui coniuncta est, cui propriè comprehēsio singularium tribuitur: & propterea Aristot. in 3. de anim. in hunc modum loquebatur, ἢ ἄλλῳ, ἢ ἄλλως ἔχοντι, κρίνει ὁ νοῦς. Quibus ita positis, rectè sequitur Mentem nostram non esse, ob eam causam interitui obnoxiam (quod ex Auerr. obiicieba-

tur) cùm noticia singularium non propria ratione ipsi tribuatur. Aliud item facilè diluitur: nam si obiecti nomine id omne cõplectaris, quòd à Mente cognosci potest, falsum est quod obiicitur: Nempe id esse solam rei essentiam, i. quiditatem: si verò id solùm respicias quod ratione propria Mens intelligit, Quiditatẽ esse fateri possumus. Hoc verò nihil nostræ sẽtẽtiæ repugnare cõstat: Qua etiam ratione id tollitur quod alii aduersus nos Achillem quendam esse putarunt. Aiũt enim, ad hãc singularis perceptionem vel operam Mentis efficientis desiderari, vel non: ex quouis horũ posito, absurda emanare: Nam neque Mens efficiens intelligit nisi vniuersè, neque vis Mentis capacis latius patet quàm Mentis efficientis. Respondendum, Mentis vtriusque operationem æqualem esse, i. non reperiri opus aliquod Menti capaci vt Mens est, & ratione sibi ꝓpria cõueniens, quod item Efficienti non cõueniat, seu ad quod non cõcurrat Efficiens. Non ita de iis operationibus dicẽdum quæ Menti ratione alterius tribuũtur. Quid si Efficientis opus ad hoc cõcurrete dicas: nonne ipsa est quę illustrat, quę segregat, atqui (ais) vniuersè tantũ intelligit: fateor vniuersale suum proprium obiectum esse, quo expletur: particulare tamen ab eo attingi, hoc nõ prohibet: quãuis particulare cognoscere (quòd receptionẽ & potestatem dicat) Menti tãtùm capaci tribuatur. Sed oritur stati dubitatio fere non leuior. Nam si Mens singularia cognoscat: quæritur, quo id ordine præstet. Thomas respondet, primùm vniuersè intelligi species illas iam illustratas & segregatas, deinde animaduertendo vnde sint ipsæ species acceptæ, singularia etiam cõpræhendi. Verùm si ordinem & modum noticiarũ nostrarum spectemus, rem aliter se habere iudicabim⁹: ordo vero iste & in posterioribus Analyticis præsertim in 2. ad finem, & in Ethicis, alibique ita ab Aristot. proponitur: vt Inductionem qua ex rebus singulis de vniuersalibus ratiocinamur, omnis cognitionis atque scientiæ fundamentum ponar. Auerr. item in duodecim met. com. 12. hãc sententiam confirmat. Et Simplicius qui millies in tertio de anim. docet, Mentem progressam, & quæ potestate est ad extrema maximè declinare ad se verò redeuntem, vniuersale cognoscere: Postremò Ratio adest: si quidem vix ac ne vix quidem imaginatione fingi possit, Mentem nostram vniuersalia ex singularibus conficere, prius tamen id quod confectum est, quàm stratum seu fundamentum, vnde res conficitur, intelligere. Accipiuntur itaque primùm à Mente rerum singularium formæ singulares, atque intelliguntur, mox sua luce illustrantur, vniuersales redduntur, atque vniuersè intelliguntur. Cùm tamen illud non inficiar, ab eadem Mente alio ordine singularia intelligi, nempe cùm iam intelligens vniuersale, ea quoque singularia percipere dicitur, quæ sub illo vniuersali continentur: Priorem noticiam singularium actu vocemus, posteriorem facultate. Porrò ad secundam, quæ maior inter Philosophos lis est, accedere iam tandem oportet. Si quis Auerrois verba quæ ad Fœlicitatem humanam exprimẽdam pertinent, præsertim in terrio de ani. com. 14. & 36. & nono metaph. com. vlt. expendere atq; audire velit. Beatarum mentium naturam perspicuè se intueri, imò Deo similem ex Themistii authoritate euadere posse sperabit. Huc accedit ratio. Nam si Mens nostra res cum materia concretas intelligit, illas à materia, materieiq; cõditionibus omnib⁹ segregando: multo magis illa intelligere debebit, quæ suapre natura ab omni concretione materiei sunt liberata. Sic oculus noster quoniam colores comprehendit, si in lumine collocentur: idcircò lumen ipsum magis comprehendere cernitur. Nolumus in præsenti de re hac copiosius dicere: ne tamen in re tanti momenti quis decipiatur, proponenda est primùm sententia illa aurea Aristotelis in secundo metaphy. qua statuit ocu-

oculum Mentis nostræ nullo modo tantam Diuinarum Mētium maiestatem,
A atque perspicuitatem sustinere posse: cùm præsertim sibi Phantasmatis opus sit, quorum Dei nullum est, qui sub sensum non cadit. Non possunt itaque tātum mentis humanæ vires extolli, ad Deum cognoscendū, vt ad id ascendat, quod ipse est, sed quasi defessa multò, imò infinitè, infra id quod est semper subsidat. Quid? quòd neque etiam sanctis Dei viris purissimo illo Spiritus sancti igne illustratis, dū inter has terrenas sordes erāt, tantùm sibi polliceri aut arrogare licuit? Et Moses ipse qui tam familiarem habuit apud Deum aditū, testatur, se tantùm potuisse consequi vt Dei posteriora intueretur. Addo etiā neque Angelos, neque Beatos ipsos (quanuis Deum ipsum, miro atque nobis incomprehensibili modo, perspicuè tamen intueantur) Deum tamē perfectè id est omnem ipsius essentiam comprehendere. Hac de re Thomas in prima
B parte Sum. q. 12. art. 7. in tertio contra Gent. ca. 54. & in quæst. de Veri. q. 8. art. 2. Quare lumine quidem Naturali, & nomen Dei, & aliqua ex parte illius naturam Philosophos scire posse, existimare oportet, vt Deum esse cōditorem, formam, finem omnium rerum, incorporeum, actum sincerum, seipsum perfectissimè atque omnia in seipso intelligentem: Quòd si lumen aliquod Spiritus sancti accedat, quo est Christi Membris peculiare, hoc preterea esse, Creatorem & opificem summè misericordem & summè iustum, & (quod maximè Dei naturam explicat) Trinum esse & vnum. Cognoscimus itaque aliqua ex parte Deum sed non perspicuè, cùm Phantasiæ caligine impediamur. Neque sanè alia fuit Aristot. sententia: cùm in Decimo libro de moribus, de ea fœlicitate disputans quæ in contemplatione consistit, nullum aliū finem nobis proponit quàm sapientiam, quā non in alio collocat, quàm vt bonis moribus ex-
C politi, disciplinisque physicis & theologicis instructi, Dei naturam, non perfectè, sed quantùm nobis fas est comprehendere conemur: atque in ea iucundissima contemplatione cōquiescamus. Quare quòd obiicit Scotus in primo Sent. dist. 3. q. 1. nullum aduersus Aristotelem momentum habet. Est (inquit) fœlicitas huiusmodi, vt ipsam naturaliter assequi possimus; atque hanc in cognitione θεῶν ἀγαθῶν atque ipsius Dei, consistere tradit Arist. Respondeo, Aristotelem 10. Ethico. cap. 8. voluisse, Hominem naturaliter posse contemplari Deum, & eum esse fœlicem, qui in huiuscemodi contēplatione manet, atque acquiescit. Non tamen docuit, nos posse Deum perfectè contēplari, aut eam vnam perfectissimam esse arq; vndequaque absolutissimam postremāmque fœlicitatem. Imò ibidem disertè fatetur Deum solum beatissima vita frui, hominem verò nequaquam: sed eatenus beata, quatenus est aliquid, in quo suæ vitæ, cum Diuina cōueniat, nempe operatio ipsa, seu ipsum Intelligere: quod
D in Deo veluti in fonte & per essentiam omnibus numeris absolutissimum est: in nobis autem imperfectum, atque per participationem reperitur. Quid à Philosopho hac de re potuit ἀσφαλέστερον pronuntiari? In hanc item sententiam accipienda sunt Auerrois verba: neque existimandum, tam ineptum quippiam tanto homini, in mentem venire potuisse, vt fallacissimis ducibus sensibus, & phantasia vtens, maiestatem naturamq; Dei perfectè assequi se intelligendo posse putarit. Quę verò profertur ratio, nullius est ponderis, cùm vnius infirmi extremi quod erigere Mēs sua vi potest, ad alterum extremum ad quod Mens sua imbecillitate, ascendere nequit, comparatio fiat. Quid, falsum est substantias istas cum materia concretas, absque tempore, motu, magnitudinéque intelligi. Excipies, Tempus non continetur in definitione substantiæ, quinimo est illi accidens, ergo absque eo intelligi potest: de aliis cōditionibus item dicere quis posset. Respondeo, tempus non cōtineri in definitione sub-

ftantiæ, eft tamen, accidens noftrum cognofcendi modũ neceffariò fequens, qui ratiocinando intelligimus. Poffumus ergo fubftãtiam intelligere abfque tempore, i. quafi ipfa tempore non fit affecta, vt cygnum & niuem abfque albedine, non tamen iftam noticiam, præterquàm in tempore cõprehendere valemus: quod item tempus quanuis per fe feparatas Mentes non metiatur, metitur tamen per accidens, ratione intelligentiæ noftræ, quæ motus quidã eft, vt ex octauo de phy. aufc. 26. liquet. Aliter habet Angelorũ feu cæleftium Mentium cognitio. De quibus confulantur Ariftot. loci 3. de anim. & 12. met. quæ item Theologi addiderunt, vt Scot. in 2. fent. dift. 2. q. 4. Itemq; in quodlib. q. 15. initio folutionis: & Thomas in prima parte Sum. q. 58. art 4. in fecũdo Sent. dift. 3. q. 1. art. 2. in q. de ver. q. 8. pluribus ait. Item contra Gent. l. 2. ca. 98, & lib. 1. ca. 55. Nobis in præfentia iftis fat efto. A

Ἡ δὲ μνήμη ἡ τῶν νοητῶν, οὐκ ἄνευ φαντάσματός ἐστιν, ὥστε τοῦ νοουμένου κατὰ συμβεβηκὸς ἂν εἴη, καθ᾽ αὑτὸ δὲ τοῦ πρώτου αἰσθητικοῦ. διὸ καὶ ἑτέροις τισὶν ὑπάρχει τῶν ζώων, καὶ οὐ μόνον ἀνθρώποις, καὶ τοῖς ἔχουσι δόξαν, ἢ φρόνησιν, εἰ δὲ τῶν νοητικῶν μορίων ἦν, οὐκ ἂν ὑπῆρχε πολλοῖς τῶν ἄλλων ζώων. ἴσως δὲ οὐδενὶ τῶν θνητῶν, ἐπεὶ οὐδὲ νῦν πᾶσι, διὰ τὸ μὴ πάντα χρόνου αἴσθησιν ἔχειν. ἀεὶ γὰρ ὅταν ἐνεργῇ τῇ μνήμῃ, καθάπερ καὶ πρότερον εἴπομεν, ὅτι εἶδε τοῦτο, ἢ ἤκουσεν, ἢ ἔμαθεν, προσαισθάνεται ὅτι πρότερον. τὸ δὲ πρότερον καὶ ὕστερον, ἐν χρόνῳ ἐστί. τίνος μὲν οὖν τῶν τῆς ψυχῆς ἐστιν ἡ μνήμη, φανερὸν ὅτι οὗπερ καὶ ἡ φαντασία, καὶ ἔστι μνημονευτὰ καθ᾽ αὑτὰ μὲν, ὅσα ἐστὶ φανταστά· κατὰ συμβεβηκὸς δὲ, ὅσα μὴ ἄνευ φαντασίας. B

5 Memoria autem ea, quæ eft intelligibilium, non fine Phantafmate eft, quare facultatis intelligentis per accidens fanè erit, per fe verò primarii fenfus. Quapropter & aliis quibufdam animantibus ineft, & non folũ Hominibus, præditífque opinione & prudentia. Quòd fi intelligentis Facultatis effet, certè non multis aliorum animantium ineffet, & fortaffe nulli mortalium. Quandoquidẽ neque nũc, omnibus: propterea quòd non omnia temporis fenfum habent. Semper enim cùm Memoria operatur, vt fuperiùs dixim⁹, fimul fentit, quòd prius vidit hoc, aut audiuit, aut didicit: prius verò & pofterius, in tempore funt. Cuius itaque partis animæ Memoria fit, perfpicuum eft, quòd nempe cuius & Phantafia. Et fub Memoriam quidem illa per fe cadent, quorum eft Phantafia: per accidens autem illa quæ non abfque Phantafia. C D

Pofitis & ftabilitis iis quæ fuperiùs explicauimus atq; difcuffimus, Philofophus iam inftitutum fuum præcipuum exequitur. Declarat enim, ad quam animæ partẽ Memoria attineat, duobus rheorematibus propofitis. Primum eft, Memoriam Menti per accidens adfcribi. Alterũ, memoriã facultatem ꝓpriã feu per fe primarii fẽfus effe. Tandẽ ex his obiter colligit quafi in fummã quandã, quænam obiecta per fe, & quæ per accidens fub memoriã cadere dicãtur. Cõtextus in duas partes cõmodè fecari poterit. Prima, Theoremata eorũque probationem continet. Secũda epilogũ, & auctariũ. Ait ergo, quafi ex fuperioribus deducens, hoc modo: Si Mens non intelligit abfq; Phantafmate, fed res fibi femper cum quanto continuóq; proponit, argumento eft ipfam in feipfa fpecies retinere non poffe, ergo neq; Meminiffe: At fi Memoria non eft intelligibiliũ fine Phantafmate, certè non propriè fed per accidẽs Mentis facultas erit, quatenus nẽpe Mens cum Phantafia coniungitur cõmunicatque, per fe

A per se verò Primarii sensus à quo Phantasmata accipiuntur, cuiúsque munus esse Magnitudinem, Motum, & Tempus cognoscere suprà posuimus. Hoc item probat alia ratione huiusmodi: Si Memoria per se Menti cōuenier: Bruta multa memoriæ essent expertia; imò fortasse omnia: quando & nunc cùm ponamus ipsam sensus propriam esse, non tamen omnibus conueniat. Si quidem, quæ animalia sensu vigent, & tempus non percipiunt confusè saltem; memoria destituuntur, quod ex superius declaratis constat. Quod deinceps colligit perspicuum est. Ex hoc contextu illud primò annotator, Mentem nobis saltem iunctam minus propriè locum specierum dici quàm sensum. Illa enim quia solummodo recipit: hic verò quia recipit, atque conseruat. Neque verò est quòd de hac absoluta appellatione glorietur Anima sentiens, siquidè hoc eius imperfectionem indicat, quæ vt est ortui interituíq; obnoxia corporeaq;, ita quasi picturis & passionibus extrinsecus accedentibus, effingi se atque

B insculpi finit. Non hoc Mens patitur, quæ præstantiorem, imò Diuinam naturam obtinuit. Alterum animaduertendū, de quo & superius obiter. Eo ipso concludi ab Aristotele, Mentem carere memoria, quòd intelligendo necessariò Phātasiæ coniungatur. Nam si species retineret, quas semel percepit, posset cum vellet absq; Phantasmatū inspectione illas ipsas intelligere, sicut Phātasia potest de imaginibus suis cogitare, cùm etiam aberint sensilia ipsa. Hoc Thomas pluribus. (Prędirísque opinione & prudentia). Cùm Arist. hîc ad prudentiam addat opinionem, tutiùs & commodiùs hæc verba ad Homines referri posse existimarem, qui opinione & prudentia verè præditi sunt, quàm ad cætera animantia, vt nonnulli referunt, ita vt particula ἢ veluti exponens accipiatur. Et certè absurdam prorsus & incōcinnam interiectionem in verbis Aristotelis deprehendere liceret, si aliter sentiremus. Sunt qui ad Pygmæos;

C referant, vt Albertus; quos ratione præditos videri affirmat, non tamen esse homines. Sed hoc repugnat iis quæ Arist. in 8. de hist. ani. ca. 12. tradit. De his ad finem Libelli huius nōnulla. (Et fortasse nulli mortaliū). Arist. ita argumentatur: Si Memoria esset facultas propria Mentis, non modò non omnibus animantibus accideret, sed fortasse nulli mortalium, i. neq; etiā Homini. Consequutio sic deducitur, quia Memoria est eorū quæ in Phantasia accepta fuere, nil autē Mens quaren⁹ Mens est, noui accipit, vt nos alibi copiosius demōstrauimus. Prætetea, memoria tēpus includit: Mens verò momento atque indiuidua intelligit, vt ex 22. & 23. secūdi de ani. constat. Qua ratione in priori de anim. cont. 66. inquit; Animam postquam sordem hanc terream, corporeámq; molem reliquit, non amplius meminisse, quia interiit illud cui Memoria & Reminiscentia adscribebatur. Vel per particulam τῶν θνητῶν, bruta tātùm intel-

D ligit quæ verè Mortalia sunt: siquidem eo carent, quod simplex, diuinum, atq; immortale solùm vocatur alibi ab Arist. Hoc Ephesius, Leonicus, & Thomas censuetūt, quia a nōnullis hoc nomine reprehendūtur. Sed certè verba quæ sequuntur; nempe ἐπεὶ οὐδὲ ζῴων πᾶσι, illis maximè fauent. Ac si diceret, perspicuum est Memoriæ expertia fore omnia bruta, si ipsa sit Mētis facultas propria, quādoquidem, nunc etiam cùm Phantasiæ, quæ sensus temporis est, facultatem per se illam esse statuamus, non omnibus tamen brutis adscribatur. Quasi ita ratiocinari velit, Si bruta non omnia phantasiam habere potuerūt, certè multominus Mentem: proinde cùm omnes Mente destituātur, memoria quoque carerent. Addit ἴσως, (quod & Thomas monet) ad eos respicens qui bruta quędam non prorsus rationis expertia esse existimabant. Notæ sunt nugę Veterū; quarum partem Proclus in lib. de ani. & dæm. attingit: suas quoque Plato de re hac non prætermisit. (Per accidens autem illa quæ non absque Phantasia):

ἀδιαιρετὰ, i. intelligibilia significat, quæ ex tertio de anim.cont.39.non sunt quidem Phantasmata, non tamen item sunt absq; Phãtasmatis. Peruulgata quæstio illa hîc pertractari solet, An Memoria aliqua, partis animæ intelligentis propria detur. Digna sanè res inuestigatione, ob sui obscuritatem & varias Interpretum opiniones. Nos tamen id quàm paucissimis conabimur explicare, quòd multa ex iis quæ superius annotauimus, ad hoc non parum possint conducere, & quòd tantam litem in præsentia componere non audentes, Græcorum interpretantium sententiam, quæ magis Aristotelicæ consentiens esse videtur, explicare & confirmare sat esse putamus. In hunc ergo modũ poterit concipi obiectio: Si hodie Discipulus in animum reuocet propositionem aliquam vniuersalem, quam à præceptore didicerit: vt Omnem triangulum habere tres angulos, illámq;, puta nudiustertiꝰ se fuisse adeptum aut contemplatum percipiat. Is sanè non contemplabitur, non sentiet, non opinabitur, quòd præteritæ noticiam repetat: ergo meminisse dicetur. Atqui propositio illa vniuersalis neque à sensu, neque à Phantasia accepta est, cùm sensus vniuersale non attingat: Mẽtis ergo quoq; Memoria per se & ꝓpria facultas est. Multi hîc multa. Nos non quidẽ omnia, sed quæ existimamus potiora. Scotus in 4. Sent. dist. 45. q. 3. G. & H. Et Burid. q. 3. multiq; alii statuũt, Memoriam non modò Menti adscribi oportere, sed excellentiori etiam modo, quàm Sensui, cùm actus ipse, i. conseruatio imaginum, tutius & constantius in Mẽte quàm in sensu exerceatur. Sensus enim, organum corporeum respicit, quod agitatione spirituum, sanguinis alteratione, humorũ quoque defluxionibus aliísque huiusmodi impediri queat, à quibus Mens est immunis. Verba autem Aristotelis vel ad illum sensum trahunt, vt dicant, Memoriam esse ipsius sensus ratione originis: (Ea siquidem quæ sub Memoriam cadunt, à sensu tanquam à fonte accipiuntur. Qua sola ratione Memoria per se adscribitur sensui, per accidens Menti: per accidẽs (inquam) i. secundariò, cùm primò ratione originis sensui tribuatur). Vel ita accipiunt, vt de Memoria quidẽ Mentis Aristot. hîc agere noluisse dicant, non tamen negasse, Menti memoriam per se adscribendam esse. Verùm si quis acutè rem velit intueri, inueniet certè hæc quæ retulimus Aristoteli ipsi palàm repugnare. Quandoquidem is disertè affirmet memoriam menti non vlla ratione propria, sed ratione sensus seu Phantasmatum tribui: at hoc certè est per accidens habere, non secundariò, vt vnicuique logicis præceptionibus, vel minimum imbuto planum esse potest. Illud verò quod addunt, Hîc de memoria tantùm sensus propria, sermonem esse, vix est ferendum. Nam vel mancam Aristotelis doctrinam de anima statuant necesse est, vel locum proferant oportet, in quo de altera memoria nempe mentis, ab eo disseritur: quod certè nunquam efficient. Explicatio autem quam afferunt Aristotelicorum verborum violenta est & inepta. Postremò, aduersus hos omnia illa cõueniunt, quæ antea attulimꝰ. Alii itaq;, sunt, vt Thomas in prima pag. Sum. q. 79. art. 6. Iand. in q. 6, & Albert. in q. de homine. q. peculiari: Qui id in summa videntur docere, opus memoriæ duplex esse: cognoscere cum tempore præterito determinato, & Imagines cõseruare. Vnde colligunt menti memoriam cõuenire, quod ad speciei conseruationẽ, non autem quod ad perceptionem determinati temporis præteriti. Verùm hęc opinio præterquã quòd multas alias secũ affert difficultates, quas in præsentia expendere superuacaneum esset, palàm cùm Arist. pugnat, qui in tertio de anim. inquit. Intelligentem vnà cum Phantasmatis speculari, Quòd si mens nostra species illas cõseruaret eo modo quo isti aiũt, certè absq; Phantasmatis posset cùm vellet intelligere. Quapropter Themistii Ephesiique

A sitque sententia, quam nonulli etiam celeberrimi Medici sequuti sunt, tutius erit, si à nobis retinebitur. Hi verba Aristotelis germanè atq; sincerè explicantes aiunt, Phantasiam per se sensilium obiectorum esse, intelligibilium ex accidenti: ita memoriam per se ad sensilia pertinere: ad intelligibilia per accidens. Mens enim visis & imaginibus coniuncta, quas actione sua sensus in Phãtasia impressit, eas vniuersales reddit: ac proinde sicut absque opera sensuum non contingit Phantasia, quæ est motio, facta à sensu in actu, ita sine imaginatione non potest accipi, aut reponi vniuersale. Ita vt quemadmodũ qui per se cernit Socratem, Hominem quoque vniuersè intelligit, & qui Pãpã Genuæ pictum per se contemplatur, illum quoque per accidens comprehẽdit qui Romæ degit, ita Memoria per se quidem circa imagines in Phantasia collocatas versatur, per accidens verò notionibus mẽtis inseruit: ac proinde per se ad sentientem animam pertinet, per accidens, functionib⁹ Rationis mini-

B strat. Nil potuit clarius dici aut explicari: vnde concludimus, Mentem quia tempus præteritũ & determinatum non percipit, propria sui ratione Memoriam non habere. Quapropter argumentationi prius adductæ respondeo, Mentem vniuersè tempus per se cõprehendere, per accidens autem, ratione nimirum sensus cui iuncta est, determinatum illud præteritum tempus capere: quare repetitio quoque comprehensionis illius propositionis vniuersalis in tempore preterito determinato ei per accidens conueniet. Rationes verò Scoti facile est refellere. quia mens non conseruat nisi per accidens, ratione nempe sensus cui iuncta est: quòd si sensus ratione organi corporei impediatur, impedietur item Mens; idcircóque non sequitur constantiorem in Mente conseruationem esse. Concludatur in summa, Nunquam Mentem aliquid quod prius didicerit tanquam præteritũ, aut prius apprehensum repe-

C tere aut reuocare, quin ex eodem phantasmate repetat sumátque in quo aliâs id ipsum apprehendit: quòd si simpliciter de propositione, puta aliqua vniuersali cogitet, quam aliâs didicerit: tunc non meminisse, sed contemplari aut intelligere dicitur. Hoc si voluit Thomas non malè sensit: sed oportuit ipsum quid verè memoria sit, & quale eius obiectum considerare: quorum vtrunque docuit Aristoteles, antequam statueret cuiúsnam partis animæ memoria esset. Hæc ferè Auerroes in his Com.

Ἀπορήσειε δ' ἄν τις, πῶς ποτε τοῦ μὲν πάθους παρόντος, τοῦ δὲ πράγματος ἀπόντος, μνημονεύει τὸ μὴ παρόν. δῆλον γὰρ ὅτι δεῖ νοῆσαι τοιοῦτον τὸ γιγνόμενον, διὰ τῆς αἰσθήσεως ἐν τῇ ψυχῇ, καὶ τῷ μορίῳ τοῦ σώματος, τῷ ἔχοντι αὐτήν· οἷον ζωγράφημά τι τὸ πάθος, οὗ φαμὲν τὴν ἕξιν εἶναι μνήμην. ἡ γὰρ γινομένη κίνησις ἐνσημαίνεται οἷον τύπον τινὰ τοῦ αἰσθήματος, καθάπερ οἱ σφραγιζόμενοι τοῖς δακτυλίοις. διὸ καὶ τοῖς μὲν ἐν κινήσει πολ-

D λῇ διὰ τὸ πάθος, ἢ δι' ἡλικίαν οὖσιν, οὐ γίνεται μνήμη, καθάπερ ἂν εἰς ὕδωρ ῥέον ἐμπιπτούσης τῆς κινήσεως καὶ τῆς σφραγῖδος. τοῖς δὲ διὰ τὸ ψύχεσθαι, καθάπερ τὰ παλαιὰ τῶν οἰκοδομημάτων, καὶ διὰ σκληρότητα τοῦ δεχομένου τὸ πάθος, οὐκ ἐγγίνεται ὁ τύπος. διὸ οἵ τε σφόδρα νέοι καὶ οἱ γέροντες, ἀμνήμονές εἰσι. ῥέουσι γάρ, οἱ μὲν διὰ τὴν αὔξησιν, οἱ δὲ διὰ τὴν φθίσιν· ὁμοίως δὲ καὶ οἱ λίαν ταχεῖς, καὶ οἱ λίαν βραδεῖς, οὐδέτεροι φαίνονται μνήμονες. οἱ μὲν γάρ εἰσιν ὑγρότεροι τοῦ δέοντος, οἱ δὲ σκληρότεροι. τοῖς μὲν οὖν οὐ μένει τὸ φάντασμα ἐν τῇ ψυχῇ, τῶν δ' οὐχ ἅπτεται.

6 Cæterùm dubitare quis poterit, cur præsente quidem passione, te verò

abſente,meminit eius quod non præſens? Manifeſtum eſt ſanè quòd hu- A
iuſmodi quippiam à ſenſu in anima productũ intelligere oportet, & in
parte corporis quæ illum habet,veluti picturam quandam & paſſionem
cuius habitum Memoriam eſſe dicimus. Motio nãque quæ fit, imprimit
quaſi effigiem quandam rei ſenſilis, eorum more qui anullis obſignant.
Quamobrem in iis qui in multa ſunt agitatione, aut propter paſſionem
aut propter ætatem, nulla eſt Memoria, tanquã vtique in aquam fluentẽ
incidente motu, & ſigilli impreſſione. In aliis item,quòd frigidi ſint, &
veluti antiquæ ædificiorũ ſtructuræ propter duritiẽ,paſſioni recipiendæ
inepti,nulla imprimitur figura. Vnde tã valde iuuenes, quàm ſenes im-
memores ſunt. Fluunt enim illi quidem propter augmentum: hi verò B
propter extenuationem. Eodem item modo tam qui citò dociles ſunt,
quàm qui tardè nimis, non bene memores eſſe apparent, quòd illi hu-
midiores ſint quàm oporteat,hi ſicciores. Quare in illis Phantaſma non
manet,hos verò non attingit.

Vtcunque Leonicus & Epheſius affirmẽt, hîc ſcilicet Ariſt. declarare Me-
moriæ naturam, cùm id ex duobus quæſtionibus ſuperiùs enodatis cõſtet: E-
go ſententiæ Thomæ adhærendum cenſeo,qui ait,Hîc tertium quæſitum ex-
plicari, ob quàm nimirum cauſam Memoria efficiatur. Quod perinde eſt ac
ſi diceremus,quomodo & cur Memoria huiuſmodi obiecti atq; energeiæ, iam C
expoſitæ eſſe dicatur. Themiſtiꝰ hæc contẽpſit. Ideóq; ſimpliciter eam Ariſt.
quæſtionẽ ꝓponit atq; determinat. Quæret ergo aliquis (ait Ariſt.) cur nõ po-
tiꝰ impreſſionis & ſimulachri ſolius in imaginatione præſẽtis,quàm rei abſen-
tis,i. eius quod à ſimulachro refertur,meminiſſe dicimur, ita vt de imagine i-
pſa,non de re memoriã habere dicamur. Quęſtionẽ propoſitã antequã diſſol-
uat,nonnulla altius repetit, quæ huic diſputationi lucem non mediocrem af-
ferre poterãt. Sunt verò hæc, Senſionem vnam ex operationibus cõmunibus
animæ & corpori eſſe, vt initio libri de Æſtheteriis Senſuum & Senſilibus,nec
non in ꝑriori & 2. de ani. oſtẽditur. Quocirca cùm dicimus Senſum ad actũ nõ
traduci niſi ſuſceptione ſpecierũ, & tũc aſpectum cãdorem percipere, cùm in
candoris ſpeciẽ effictus & formatus erit, ſuſceptionem illam non modò in ani-
ma ſed & in cõpoſito, nẽpe organo vt oculo fieri intelligimus, qua de re Zim.
ſolitus erat dicere, Sẽſionem (verbi gratia) viſionem, dupliciter egere corpore,
ſubiectiuè, & obiectiuè, oculus eſt corpus quod ſubiicitur & viſionem recipit, D
paries autem, puta albus, obiectum eſt quod oculum extrinſecus mouet. Qua-
re cùm ſentimus idem ferè accidit, quod cùm aliquid ſigillo obſignatur. Nã-
que ſicuti effigies tãtùm quæ à ſigillo imprimitur, in cera manet, ſigillũ verò
ipſum abiũgitur, ita à rebus extrinſecùs obiectis quaſi effigies & figura quędã
mediis ſẽſibꝰ exterioribꝰ, in primo Æſtheterio nẽpe corde, qui Sẽſus origo &
fons eſt, pingitur & inſculpitur, in quo demũ effigies & figura illa quãuis res i-
pſa ſenſilis abiungatur, manet. Hanc figuram & effigiem nũc ſpeciem, nũc ſi-
mulachrũ, aliquãdo imaginem, aliquãdo impreſſionẽ, necnõ motionẽ, ſen-
ſionem, & paſſionem vocare ſolemus, non tamen propriè vt Themiſtius mo-
nuit, ſed penuria aptiorũ vocabulorũ. Neq; enim imago ipſa, viſio dicẽda eſt.
Etenim viſio ſignificat adminiſtrationem ſeu energeiam facultatis vidẽtis, in
qua imago imprimitur. Nã in ſenſu tria ſpectãtur: res nẽpe ſenſilis, vis ſentiẽ-
di

A di, ipsaq; energeia quæ ex vi sentiente & re sensili tanquã fœtus quidã paritur. Ita in Mente, ipsum τὸ νοητικὸν, vis intelligẽdi, atq; ipsa Intelligentia, quæ ex aliorũ duorum coniũctione excluditur. Et idcirco Alex. in ca. de Phant. inquit Simulachra ista sensiones vocari, ꝓptereàque functionis sensilis opera esse videntur: nã actu sentire nihil aliud est, quã simulachra eiusmodi, ab exteriorib⁹ sensilibus intrusa in se cõtinere. Figuram verò & impressionem notũ est, καταχρηστικῶς sensui tribui: qualem enim figurã color, odor, aut sapor, habet, quã alteri largiatur? quæ eminẽtia, qui recessus partiũ coloris in oculo cernitur, quæ tamen duo in vera impressione cõspiciuntur. Iam ergo, vt ad rem redeamus, constat quid sit illud, Memoriã esse passionis præsentis. Est enim ipsa habitus, seu sacrariũ, & quasi sin⁹ in quo imagines illæ Phãtasiæ cõseruantur. Ex his elicit Arist. in 2. cõt. parte, Illos omnes nõ bene ad Memoriã aptos esse, in quib⁹ huiusmodi imagines imprimi nequeũt, suntverò hi, qui primũ Æsthet. aut cerebrũ, aut sanguinẽ (quoduis enĩ horũ in pręsentia de sentẽtia Arist. affirmare

B possum⁹; vt superius etiã ostendim⁹) vel mobiliorem, vt pueri qui ꝓpter ætatẽ assiduè augescũt, & senes qui continenter extenuãtur: vt irati qui ꝓpter passionem cõmouentur atq; cõcitantur, (in his enim nõ manet impressio, sed fluit & dilabitur, veluti in aqua, ob motionẽ & fluxũ recipientis impressionem) vel rigidiorem & duriorem: vt valde senes, quib⁹ cor pręgelidũ est, & quasi algore collisũ, & antiquis parietib⁹ simillimũ, quib⁹ picturę & calx pręsenio exciderit. In his nanq; tantũ abest vt noua simulachra inducta suscipi valeant, vt vetera etiã aboleantur, & collabantur. Iuxta eundẽ diuersum modum habere se eos cernimus, quos suprà bene dociles, & non bene dociles nuncupauimus: qui si mediocritatem quandam excesserint, & nimis multũ ad vnũ vel alterũ extre-

C mum declinent, vel nõ continent quod acceperũt; quòd humidiores plus æquo sint, vel neq; etiam accipiũt, quòd ficciorem quàm sit necesse, naturã obtinuerint. (Passionẽ præsente). Imago rei sensilis ducit sensum ad actũ, & Phãtasma Phantasiam ad actũ: ita ipsum μνημονευτὸν Memoriã. Non ducerentur autẽ ista ad actũ, nisi quodammodo à sensili, à Phãtasmate, ἀπὸ τ̃ μνημονευτ̃ paterẽtur: eatenus ergo imago ipsa passio dicitur. Quæ nõ semel sunt à nobis notata. (Re verò absente), i. sensili extrinsecùs obiecto à quo imago accipitur. Hic distinctio illa peruulgata Sensilis duplicis, nẽpe Cognitũ, & in Re. (Multa agitatione ἐν κινήσει πολλῇ). Nomen Motus hic nõ æquiuocè vsurparur, vt suprà ibi ἡ γινομένη κίνησις. Legatur hac de re Arist. in priori de ani. cõt. 63. ibidẽmq; Simpl. Philop. & Auerr. Ex his causis ab Aristot. generatim propositis, quibus Memoria prohibetur, causas alias omnes peculiares, quas afferũt Interpretes, vnusquisque colligere potest, easq; ad has, veluti ad fontes, reuocare. Senes item duplicem ob causam memoria carere, ob motum nimirum decrescentis ætatis,

D & ob rigidiorem seu duriorem eorum temperationem. Dubitari hîc à nonnullis solet, An Memoria sit Habitus, i. constans quædam & immutabilis Passio, atque ita vt obliuio ad ipsam non concurrat. Mox, an verum sit, senes nõ bene memores esse, non item pueros. Sed certè primæ dubitationis, nulla adest occasio, nisi obliuionis vocabulo abuti velimus. Memoriæ nomen duo indicat, ipsam Facultatem, mox energeiam. De Facultate nullus dubitat, de Energeia, quis est qui nesciat, ipsam intercisam esse, cùm non semper easdem species obuias habeamus, Memoriáque sit quasi infinita, & Mens non vnum semper intelligat. Disiunguntur quidem igitur Memoriæ actus, non tamen abolentur species, quàm abolitionẽ obliuio exigit. Tunc ergo sat habitũ memoriæ quis tenere dicitur, cùm præsto habet, seuabsque meditatione aliqua recolit reuocátve species. Hoc ipsum egregiè Auerroes explicauit, cùm

ait, memoriam esse intercisam conseruationem. Qui verò exempla quædam Brutorum hîc nobis obiiciunt, quid inter Discere, Meminisse, & Reminisci differat, quantũ item inter Brutorum & Hominum Phantasiam, discriminis ponendum sit, videntur prorsus ignorare. Quod secundo loco quæritur, dignius est quod expendatur. Etenim Arist. in 2. Rhet. ca. peculiari de moribus senum ait: Senes memoria magis quàm spe viuere, quòd reliquum vitæ cuius spes est, breue sit, prę teritum autẽ quod memoria respicit, multum. De pueris verò, omnibus constar, quàm combibantur teneriore illo animo atque altius imprimantur, quæ primis ætatis nostræ temporibus offeruntur, atque adeò, vt in toto deinceps vitæ curriculo constantissimè permaneãt. In ore sunt omnium, carmina illa Horatiana. - *nunc adbibe puro Pectore verba puer, nunc te melioribus offer. Quo semel est imbuta recens, seruabit odorem Testa diu.* Repugnantia hæc ita diluitur: Pueri quantùm ad eorum naturam & temperationẽ attinet, non sunt ad memoriam apti, quòd in multa spirituum commeantium, & sese tanquam circulos in aqua secãtium mobilitate sint, quæ à copiosa humiditate & caliditate, facultatúmq; naturalium intenso opere proficiscitur. Indicio est multus somnus, quo assiduè vexantur, atque eò minus quò magis augescunt. Hoc Aristot. voluit, cùm ait pueros ob fluxibilitatem species nõ recipere, non quòd proprie materia cordis aut cerebri, vel sanguinis, vna aut altera speciẽ obsignata inducatur. Quòd si ipsos facilè eorum quæ in puerili ætate percipiunt rectè meminisse cernimus: id per accidens fit, quatenus nẽpe, vt ait Alb. ob multum ocium, rerúmq; nouitatem valde attenti sint. Pueris siquidem noua sunt omnia quæ offeruntur, vnde admirantur. Est autem admiratio nil aliud quàm suspẽsio animæ seu fixio, intentáque ad rem ipsam applicatio. De senibus item dicendum est, qui spiritibus imagines deferẽtibus destituuntur: quos enim habent nimis crassi, tardíque sunt. Fit autem vt multa meditatione, & cogitatione frequenti ea aliquando contineant, quæ multo antea acceperũt. Arist. ipse in 2. Rhet. ca. citato declarat cùm ait. Garrulos esse senes, & repetita præteritorum narratione, mirum in modum delectari: ratiocinatione potius, quàm moribus viuere: & alibi: senes mẽtis, iuuenes corporis exercitationẽ amare. Quapropter non modò senes, eorũ operũ quæ nouiter emergunt non facile meminisse, sed & antiqua, quoad senũ naturã attinet, si exemplum parietis vetusti ab Arist. propositũ vndequaq; quadrare velimus, & naturę vim spectare, difficillime animo recolere eos posse affirmandum est.

Ἀλλ' εἰ δὴ τοιοῦτόν ἐστι τὸ συμβαῖνον περὶ τὴν μνήμην, πότερον τοῦτο μνημονεύει τὸ πάθος, ἢ ἐκεῖνο ἀφ' οὗ ἐγένετο; εἰ μὲν μὲν γὰρ τοῦτο, τῶν ἀπόντων οὐδὲν ἂν μνημονεύοιμεν. εἰ δ' ἐκεῖνο, πῶς αἰσθανόμενοι τούτου μνημονεύοιμεν, οὗ μὴ αἰσθανόμεθα τὸ ἀπόν; εἴτ' ἐστὶν ὅμοιον ὥσπερ τύπος, ἢ γραφὴ ἐν ἡμῖν, ἡ δὲ τούτου αὐτοῦ αἴσθησις, διατί ἂν εἴη μνήμη ἑτέρου, ἀλλ' οὐκ αὐτοῦ τούτου; ὁ γὰρ ἐνεργῶν, τῇ μνήμῃ θεωρεῖ τὸ πάθος τοῦτο, καὶ αἰσθάνεται τούτου. πῶς οὖν τὸ μὴ παρὸν μνημονεύει; εἴη γὰρ ἂν καὶ ὁρᾶν τὸ μὴ παρὸν καὶ ἀκούειν. ἢ ἔστιν ὡς ἐνδέχεται, καὶ συμβαίνει τοῦτο· οἷον γὰρ τὸ ἐν τῷ πίνακι γεγραμμένον ζῷον, καὶ ζῷόν ἐστι καὶ εἰκών, τὸ αὐτὸ καὶ ἓν τοῦτο ἐστὶν ἄμφω. τὸ μέντοι εἶναι οὐ ταυτόν ἐστιν ἀμφοῖν. καὶ ἔστι θεωρεῖν καὶ ὡς ζῷον καὶ ὡς εἰκόνα. οὕτως καὶ τὸ ἐν ἡμῖν φάντασμα δεῖ ὑπολαβεῖν, καὶ αὐτό τι καθ' αὑτὸ εἶναι θεώρημα, καὶ ἄλλου φάντασμα· ᾗ μὲν οὖν καθ' αὑτό, θεώρημα, ἢ φάντασμά ἐστιν, ᾗ δὲ ἄλλου, οἷον εἰκὼν καὶ μνημόνευμα.

7 At si Memoriæ hoc accidit, vtrúmne huiusce passionis meminit, an illius à quo prodiit? Si enim huius, non eorum certè quæ absunt: si verò illius, quomodo hanc percipientes, absentis meminimus quod non sentimus? Et si est in nobis hæc passio veluti figura aut pictura, eiúsque sen-

sus

A ſus ſit. Cur vtique erit memoria alterius,non huius ipſius? Qui nanque in energeia memoriæ verſatur, hanc paſſionem ſpeculatur, atque hanc ſentit:quomodo ergo abſentis meminit?Hoc nanque modo fiet,vt quod non præſens eſt videatur, atque audiatur. An fieri poteſt,vt hoc accidat, atque contingat? Vt enim in Tabella pictum animal, & animal eſt, & imago, & idem vnum, ambo, eſſe tamen non idem amborum, licétque illud vt animal,&vt imaginem contemplari:Sic Phantaſma quod in nobis eſt, exiſtimare oportet: ipſum nempe ſecundum ſe aliquid contemplabile eſſe, & alterius imaginē. Vt ſecūdum ſe igitur, eſt quippiam contemplabile aut Phantaſma:vt verò alterius, tanquam imago & μνημόνευμα.

B Quæſtionem propoſitam iam vult diſſoluere. Sed imprimis (quòd terminorum quorundam intelligentia, ex ſuperiori contextu planior reddita ſit) eam pluribus repetit,vt nēpe illius vis magis percipiatur. Quæſtio igitur eſt: Si de Memoria ita ſit ſtatuendū vt diximus,nēpe vt huiuſmodi imago à re extrinſecùs obiecta in ea imprimatur, vtrùm cùm in actu Memoriæ ſum⁹, paſſionis illius ſeu imaginis meminiſſe dicamur,an rei abſentis quę imaginem ſui in memoriā dereliquit: In ſumma cuiúſnā Memoria ſit quęritur, an ſimulachri,vel rei: Si dicamus ſolius ſimulachri Memoriam eſſe,nulla ergo rei erit,quare neque præteriti,quod iis repugnat quæ anteà docuim⁹: ſi verò rerū quæ iam abſunt non imaginū præſentium memoriā eſſe affirmemus,quî fieri hoc poteſt, vt per ſpecies pręſentes ea qualia ſint cognoſcamus,quæ abſunt,quæque non percipimus? Quandoquidem (quod magis vrget)ſi hæc paſſio in nobis ſit veluti figura aut impreſſio quædā, nulla videatur adeſſe ratio, cur rei abſentis,

C non huius præſentis & in nobis defixę atq; inhærētis figuræ meminiſſe debeamus. Quinimò hoc ipſum reſtatur experientia. Si quidē qui in energeia Memoriæ verſatur, hanc ipſam paſſionem, ſeu imaginem,ſeu figurā dicas,tenet, atq; ſpeculatur:quomodo itaque abſentis meminiſſe dicetur? certè nullo, vt videtur: niſi vnà fateamur aſpici, vel audiri quæ abſūt: quo nihil abſurdi⁹.His ita propoſitis,enodat Ariſt. dubitarionē:ſuménſq; alterā ſiue poſtremā quęſiti partē in hūc modū ait:Poteſt aliquā afferri ratio cur hoc efficiatur,nēpe vt rei abſentis per præſentē imaginē recordemur. Quemadmodū enim Animal in Tabella depictū, nobis duo ſpectāda offert, id ipſum primum quod eſt, nēpe pictura, his vel illis lineamentis deſcripta, varióq; modo colorata: mox quod repræſentat,nēpe id cuius ipſa imago eſt. Hæc duo quiſq; contēplari ſeorſim poterit,tum verò etiā coniūctim:ſunt nanq; vnū ſubiecto,ſola ratione diſcrepātia: quocirca poterit quiuis de pictura eiuſque artificio, i. de animali picto

D ſimplicirer cogitare: poterit item ſimul animaduertere, ſe animalis veri exēplar aſpicere:qua inſpectione dicat,ſe nō animal, verū imaginē animalis hui⁹ vel illi⁹ in Tabella videre. Ita de Simulachris quæ in nobis ſūt,res habet. Nāq; ſenſus cōmunis imagines rerū abſentiū in ſe inſculptas & recōditas retinēs de ipſis ſimpliciter cogitare poteſt:qua ratione imagines illæ Phātaſmata quædā ſeu viſa nūcupari & ad Phantaſiā pertinere ſuprà monuim⁹: poteſt irē Phātaſia de imaginib⁹ illis nō ſimpliciter,ſed vt ſimulachra ſūt alreri⁹ cogitare, qua certē ratione ſimulachra & imagines ꝓpriè vocātur,atq; ad Memoriā pertinent. (ἀλλ' εἰ δὴ τοιοῦτόν ἐστι τὸ συμβαῖνον περὶ τὴν μνήμην. Perinde eſt ac ſi diceret:Si ita res habet in Memoria vt dixim⁹, aut ſi accidit hoc quod nuper diximus Memoriæ, nēpe vt paſſiones illę tanquam figuræ quędā in ea inſculpanrur. (Et ſi eſt in nobis hæc paſſio). Idē vrgere quod proximis ſuperiorib⁹ verbis,luce clariùs perſpicitur quare nō rectè Leonic⁹,q. ſeriē argumētationis cōfundit.(Hoc nāq; modo fiet

vt quod non præsens est videatur, atque audiatur). Diximus antea vnicũ esse Sensum re ipsa, hũc item varias appellationes sumere, sensus nẽpe exterioris, Sensus cõmunis, Phantasiæ, Memoriæ. Iam verò sic constituendũ est, sensus exteriores esse veluti famulos in ostio sentientis animæ manentes, résque extrinsecus obiectas quasi per manus intus tradentes sensui communi, qui eas cognoscat: eas deinceps Phãtasia sumit, suóque more versat: mox in Thesauro Memoriæ reconduntur, vt Menti tandem perpugandæ reseruentur. Ex his patet, neque Mentem intelligere, neque memoriam meminisse, neq; Phãtasiam imaginari, nisi ea quæ vel à visu vel ab auditu, vel ab aliquo alio ex exterioribꝰ sensibꝰ intus delata, ac pręsentia sint. Cùm ergo memoria recordatur, nil aliud agit quàm recordatione seu reuocatione interna, videre, aut audire, quæ externis oculis auribúsque aliàs vidit aut audiuit. Hoc item de mente videbatur Arist. affirmare primo post. analy. ca. 14. Ad hũc igitur sensum verba Philosophi sunt intelligenda, siquidem memoria neque videt neque audit. Quæ ergo nonnulli alii ad huius loci explicationem afferunt, præter rem allata esse iudicentur. (Er idem vnum ambo, esse tamẽ non idem amborum). Ita lactis & candoris quæ subiecto sunt idem, non ratione, seu essentia, alia & alia speculatio est. (Secundum se aliquid contemplabile esse). Colligatur hîc discrimen inter Phantasiã & Memoriam: Phantasma itẽ & μνημόνευμα: quod nos non semel repetiimus. Sed obiiciet aliquis, Si vera hæc sint quæ Arist. docet, fore vt gradus illi quinq; facultatũ sentientium ab Auerroe enumerati explicatique, labefactentur: cũ si Phantasia de imagine simpliciter cogitet, memoria verò de imagine, non simpliciter, sed cum tali tẽpore, ac re tali vnde sumpta est imago, Phantasia certè spiritualior facultas iudicãda sit: quod Auerroi repugnat, in hoc præsertim libello ca. 3. qui in summo gradu Facultatum sentientium Memoriam collocat. Respondeo, id verissimum esse quod Auerroes docet, nempe memoriam quasi medullam illam accipere, quã aliæ inferiores facultates à cortice purgarunt. Quid enim cùm superior sit, nónne idipsum conseruabit, ac purius reddet, quod à Phantasia recepit? Recepit autem quod sordibus materiei minus erat infectum, quàm cùm Phantasiæ à sensu cõmuni traderetur. Neque obstat memoriam simul rem ipsam tenere: hoc enim fit nõ quia descendat, sed ascẽdat potiùs, & quasi ad vim mentis accedẽs ratiocinetur. Qui enim imaginem (pura leonis) in tabella aliqua pictam cernit, cogitatque huiusmodi imaginem esse simulachrum illius Leonis rugientis quem Romæ aliàs vidit, tũc huiusmodi operatio memoria est, & quasi ratiocinium quoddam, simulachrũ cum reipsa connectens. Memoria ergo propriè rem & simulachrũ spectare non dicitur, sed rem per accidens, & (vt clarissimorum Præceptorum meorum verbis vtar) rem in simulacbro.

Ὥστε καὶ ὅταν ἐνεργῇ ἡ κίνησις αὐτοῦ, ἂν μὲν ᾖ καθ' αὑτό ἐστι, ταύτῃ αἰσθάνεται ἡ ψυχὴ αὐτοῦ, οἷον νόημά τι, ἢ φάντασμα φαίνεται ἐπελθεῖν. ἂν δ' ᾖ ἄλλου, ὥσπερ ἐν τῇ γραφῇ, ὡς εἰκόνα θεωρῇ, καὶ μὴ ἑωρακὼς τὸν Κορίσκον ὡς Κορίσκον. ἐνταῦθα δὲ ἄλλο τὸ πάθος τῆς θεωρίας ταύτης, καὶ ὅταν ὡς ζῷον γεγραμμένον θεωρῇ, ἔν τε τῇ ψυχῇ τὸ μὲν γίνεται ὥσπερ νόημα μόνον, τὸ δ' ὡς ἐκεῖ ὅτι εἰκὼν, μνημόνευμα.

8 Itaque cùm ipsius operatur motio, si quidem vt per se est, ab anima sentitur quasi intelligibile quippiam, aut Phantasma adesse videtur. Si verò vt alterius; tanquã in pictura, veluti imaginem contẽplatur, & qui nõ vidit Coriscũ, vt Coriscũ, tunc huius cõtemplationis alia passio est. Et cùm vt pictum animal speculatur, hoc quidẽ in anima veluti intelligibile so-

A lùm fit, hoc autem vt ibi, quoniam imago fit μνημόνευμα.

Hæc proponuntur ad ea planiùs explicanda quæ in postrema contextus superioris parte tradita sunt, & ad λύσιν quæstionis magis aperiendam. Cùm (inquit) phantasma quod in nobis est, ea ratione agit in animam sentiẽtem, quà quid per se seorsim huiusmodi est, atque adeò vt sensus dum ipsum versat, secundũ eandem rationẽ de ipso cogitet: tũc visum quoddã est, & intelligibile quod phantasiæ subiicitur. Cùm verò ea ratione agit, qua sensum non vt ipsũ in se pellat afficiátque, sed qua alteri' simulachrum, & quasi pictura est, puta vt Coriscum videndum præbeat, cum tamen Coriscus absit: tunc alterius facultatis hæc passio est, aliáque item speculatio: pertinet enim ad Memoriam, atque huiusmodi operatio quæ τὸ μνημόνευμα respicit, Memoria nuncupatur.

B (Quasi intelligibile quippiam aut phantasma). Persæpe monuimus intelligentem non absque phantasmatis speculari: in ipsis enim species intelligibiles resident: Phantasiam verò ipsam de imaginibus receptis simpliciter cogitare. Idcircóque Arist. ait ὅτι νόησιν ἄτερ ἢ φάντασμα φαίνεται ἐπελθεῖν. Illud non prætermittam, Phantasiam aliquando appellationem Mentis capacis esse sortitam: liq̃t id fortasse ex cont. 28. tertii de an. perspicuè autem ex 40. vbi Arist. in hũc modum loquitur, φαίνεται δέ γε δύο ταῦτα κινοῦντα ἢ ὄρεξις ἢ νοῦς, εἴ τις καὶ τὴν φαντασίαν τιθείη ὡς νόησίν τινα. Eadẽ fere in lib. de com. mot. an. habet. (Alia passio est). ab ea scilicet, qua spectrũ illud vt quid per se speculabile & phãtasma cõtẽplamur. Quę hîc nonnulli de ordine Facultatũ interiorũ animæ sentientis, proponũt, ita sunt aliena vt neque expendi, neque commemorari debeãt: Nobis illud constet, Phantasiam & Memoriam vnam eandémque reipsa facultatem esse, varias

C tamẽ appellationes, iuxta varios illius act' aut nobiliores aut ignobiliores obtinuisse, superiorem esse Memoriam, Phantasiam vero inferiorem: non posse igitur Memoriam in actum exire, nisi phantasiæ opus præcedat: ab ea nanque accipit quod sibi conseruandum est. Nil hîc opus anima cogitante, nil tot extrahentibus, totque copulantibus facultatibus quot commenti sunt Monachi, vt post sacram Christi Theologiam, Philosophiam quoque turbarent, & quantũ in seipsis esset pessundarent. (ὡς ἐκεῖ). in anima nempe: ac si dicat, ita vt species sensilis seorsim considerata, in anima, veluti quid contemplabile manet, ita in eadem anima, eadem species vt imago sumpta, μνημόνευμα euadit.

Καὶ διὰ τοῦτο ἐνίοτε οὐκ ἴσμεν, γινομένων ἡμῖν ἐν τῇ ψυχῇ τοιούτων κινήσεων, ἀπὸ τοῦ αἰσθέσθαι πρότερον εἰ κατὰ τὸ αἰσθέσθαι συμβαίνει, καὶ εἰ ἔστι μνήμη ἢ οὔ, διστάζομεν ἐνίοτε. ὁτὲ δὲ συμβαίνει ἐννοῆσαι καὶ ἀναμνησθῆναι, ὅτι ἠκούσαμέν τι πρότερον, ἢ εἴδομεν.

D τοῦτο δὲ συμβαίνει, ὅταν θεωρῶν ὡς αὐτὸ, μεταβάλλῃ καὶ θεωρῇ ὡς ἄλλο. γίνεται δὲ καὶ τοὐναντίον ἐνίοτε, οἷον συνέβη Ἀντιφέροντι τῷ Ὠρείτῃ, καὶ ἄλλοις ἐξισταμένοις. τὰ γὰρ φαντάσματα ἔλεγον ὡς γινόμενα, καὶ ὡς μνημονεύοντες. τοῦτο δὲ γίνεται, ὅταν τις τὴν μὴ εἰκόνα, ὡς εἰκόνα θεωρῇ.

9 Et hanc ob causã interdũ, cùm istiusmodi motiones, népe eius quod prius sensimus, in anima nostra excitantur, nescimus: & si id secundum sẽsionẽ accidat, vel Memoria sit necne aliquãdo dubitamus. Fit autẽ aliquando, vt intelligamus, & reminiscamur aliquid nos prius audiuisse, aut vidisse. Hoc verò accidit, cũ speculãs vt ipsũ per se, mutatur, déque eo cogitat, vt alterius. E cõtrà quoque plerũque accidit, vt Antipheróti Oreitæ aliísque ecstasin patiẽtibus cõtigit: Phãtasmata enim dicebãt vt effecta, & vt qui meminissent. Hoc autem accidit, cùm aliquis de non ima-

gine tanquam de imagine cogitat. A

Hæc postrema pars huiusce tractationis est, in qua ex dissolutione Quæstionis propositæ problemata hæc aperit. Cur est quòd aliquando speculantibus nobis obuiam fiunt aliqua, quæ neque quando, neque quo in loco, neque à quo, neque qua facultate acceperimus in mentem venire potest: sed hæsitemus atque dubii simus, an ipsi ea inuenerimus & commenti fuerimus, an ab alio habuerimus: & in summa an sensio quædam noua sit, an Memoria rei aliâs sensu perceptæ. Cur item fit, vt aliquando intelligamus simul & reminiscamur. Etenim si quis, puta hodie à Præceptore propositionem aliquã audiat quam sex annos antè audiuerat quidem, sed obliuioni prorsus tradiderat, putabit certè se intelligere, cum nouum quid recipiat, statim tamen hanc eandem propositionem aliàs quoque se audiuisse recordabitur. Cur tandem ii è contra qui ἐκστάσιν pati solent, eorum quæ concipiunt aut phantasia fingunt, B recordari se putant? Omnium horum Aristoteles causam affert, eámque satis perspicuam. Ancipites enim sumus, quia latet an illud quod occurrit, vel vt imago, vel vt quid speculabile sit: Intelligimus, simul & reminiscimur, quia à consideratione rei vt quiddam per se seorsim θεωρητὸν est, ad eiusdem considerationem quatenus imago est, trãsimus: Putant qui in excessu mentis sunt, ea quæ comminiscũtur, effecta esse, atque vt effecta & sensu aliâs acquisita narrant, quia id quod non est imago, vt imaginem versant. (εἰ χρὴ τὸ αἰσθέσθαι συμβαίνει) ì an id tunc primùm sentiam? (Α᾽ντιφέροντι τῷ ὀρέτῃ, καὶ ἄλλως ἐξισαμένοις). Εκστάσιν nil aliud esse quàm phantasiæ ex cessum quendam in admiratione, per quam ab omni alia re distracti immotique, & quasi sensu destituti reddimur, sat constat. Hęc Melancholicis accidit, atque iis qui phantasia vigent, (omitto sanctorũ Dei raptus, quorum alia & diuinior ratio nobísque ignota est) quæ vt mendax ple- C rumque est, ita indigna cui semper fides adhibeatur, quemadmodum Arist. ad finem tertii de phy. au sc. monuit. Isti ergo quæ nunquam viderunt, imaginari possunt: & vt Auer. hîc & tertio de an. com. 3. & 20. monuit, res auditu tantùm perceptas propria quadam figura imaginatione informare, ita vt eorum quæ deinceps videant, se meminisse putent. Cæterùm nascitur ἐκστασις ex rei ignotæ, & nimium excellentia dignitatéque præstantis speculatione. Quò fit vt rectè quidem nonnulli monuerint, ἐκστάσεως, nomen ab Aristot. in præsentia vsurpari: in eo tamen peccarunt quòd existiment, hîc de iis hominibus sermonem esse quos in libello de Somno & Euig. λειποψυχοῦς appellauit. Etenim λειποψυχία seu λειποθυμία (idem nãque re ipsa hæc duo vocabula apud Gal. & Hip. significãt) genus morbi est, quo qui laborant viribus exoluũtur, de quibus certè hîc non loquitur Arist. Illos ergo spectat qui phantasia viuunt, quique cum D multa, sua phantasia assiduè agitent & comminiscantur, vix aliquid deinceps percipere aut sensu aut mẽte queãt, quod nõ sub ratione imaginis consideret, proptereáque omnium sememinisse putent. Particula (ἀναμνησθῆναι) im propriè vsurpatur, vt nõ semel alibi in hoc libello de vocabulo μνημονεύειν notabimus. Hoc ex eo liquet, quôd inferius restitutio & renouatio prioris iam collapsæ memoriæ vniuersę, Disciplinę nomine, nõ Reminiscẽtiæ nisi fortè per accidens nũcupabitur: nihil enim differt à principio quippiam discere, aut cùm oblitus est quispiam rei alicuius vniuersim, eam rursus inuentione aut disciplina assequi. (Phantasmata), quæ sibi obuiã tunc fiebãt. (ἔλεγον ὡς γινόμενα). Affirmabãt ea à se aliâs visa, aut sensu aliquo fuisse percepra, ac si non tunc ea primùm perciperent, sed veluti iam antea perceptorum meminissent.

Αἱ δὲ μελέται τὴν μνήμην σώζουσι, τῷ ἐπαναμιμνήσκειν. Τοῦτο δ᾽ ἐστὶν οὐδὲν ἕτερον, ἢ τὸ θεωρεῖν πολλάκις, ὡς εἰκόνα, καὶ μὴ ὡς καθ᾽ αὐτό.

Cæte-

10 Cæterùm meditationes Memoriam conſeruant, in reminiſcendo. Id
A autẽ nil aliud eſt quàm ſæpe contẽplari vt imaginem, & non vt per ſe eſt.

Hoc, vel vt nouum problema ſeorſim enucleandum, vel vt ad ea quæ περὶ
τῶν ἐξισταμένων dixerat pertinens, inducatur nil intereſt. Sat eſt moneri nos Memo
riam meditatione, id eſt, crebra repetitione imaginum vt imagines ſunt, iuua-
ri confirmaríque: qua ſola ratione ſenes memoria vigere antea diximus. Hîc
nonnulli de Memoria ἐντέχνῃ, id eſt, quæ arte poteſt comparari quam vocant
artificialem pluribus diſputant: Nobis hæc pauca ſatis ſunto: Nullam aliam
facultatem in homine æquè fragilem eſſe, quò fit vt ars huius rei facta & in-
uenta ſit: Simonidem Melicum, & Metrodorum Scepſium Autores com-
memorat Plinius lib. 7. cap. vigeſimo quarto. Meminit huius artis Ariſtot.
in Rhetoricis libris, & in contex. 153, ſecundi de anima. Cicero & Quintilia-
nus non modò ipſius meminerunt, verùm etiam modum & rationem explica
B runt. Multi deinceps recẽtiores idem agere conati ſunt. Noui ego item mul-
tos eóſque clariſſimos viros, qui ea ſola ſe multùm vigere poſſe faſſi ſunt: vt o-
mittam Cardanum pręceptorẽ meum, qui niſi hæc vna ars fuiſſet, ſe non plus
memoriæ quàm Coruorũ pullos habiturũ fore, perſæpe ſciſcitanti mihi reſpõ
dit: hac tamẽ vir ille media, in extẽporaneis actionibus, in diſputationibus at-
q; explicationibus publicis mirũ in modũ valebat. Artificioſam hanc memo-
riã duplicem cõſtituerunt: vnã imaginibus conſtantẽ: alteram verbis, ad has
enim omnes alias referunt: Vtraque harum ſpecierum memoriæ Artificioſæ,
tam res quàm verba (quorum alterius memoria neceſſariò eſt) commodè re-
præſentantur. Tam verò in imaginibus, quàm in verbis ſumendis & collocã-
dis ordinem, numerum & diſpoſitionem, multáſque aliàs conditiones reſpi-
ciunt. Enumeremus nos præcipuos quoſdam fontes, qui ex Ariſtotele elici
C poſſunt, non vt artem tradamus, ſed vt artifices ipſos iuuemus, non autem ir-
rideamus, eorum more qui id vnum ſtudent, vt omnia oppugnent, de verita-
te verò, & humani ingenii efficacia parum laborant. Memoriam ad phanta-
ſiam pertinere docuit Ariſtot. quare hoc primùm ponatur, Ea quę bene & fa-
cilè phantaſia concipi queunt, ad memoriã nos poſſe iuuare, ſunt hæ res cor-
porę, & non multum ſpirituales. Vnde imaginum ars à Cic. tanquam cõmo-
modior laudata eſt. Non parum etiã momenti ad hanc rem habet, delectatio,
id eſt, ea quorum inſpectione & ſpeculatione delectamur, ad quã paucitas aſ-
ſumptorũ reuocatur, vt ex Ariſt. 18. part. probl. 9. cognoſci poteſt. Cùm multi-
plicia ſunt quæ ſumũtur, ignorat animus quò ſe vertat. Notũ eſt illud, multi-
tudo confundit. Ordinem item ferè eodẽ refero, quandoquidem quæ ordi-
ne cõſtant, tam facilè continentur, vt vnum repræſentent, Præceptorum ma
D thematicorũ, hac ſola ratione nos facilè recordari poſſe, affirmat Ariſt. quòd
ſcilicet quaſi cathenæ anuli, mutuo atque ordinato nexu cõnexa ſint. Simili-
tudo & conuenientia ſeu affinitas poſtremum locum obtinet. vt Simpl. & A-
lexander fatentur. Voco aſſumpta ſimilia, ea quę non multúm extranea ſunt,
ſed nobis familiaria & conſueta. Monui aliâs non magis hanc artem memo-
riæ nomine dignã eſſe, quàm Reminiſcentiæ: cum in ea, ſpecierũ ſeu phantaſ-
matum reuocatione, per imagines, aut verba, ratiocinandi vis perſpicuè ani-
maduertatur, imò hoc ipſum infrà ex Ariſtotele audiemus. Neque illud o-
mittam aliquos inſignes in philoſophia viros, dicere ſolitos. Nullum artem
hanc, ad memoriæ vim acuendam momentum habere, niſi eatenus; quate-
nus in ea diſcenda vim memoriæ perſæpe & continenter exercemus, qua e-
xercitatione excitata memoria, nulla deinceps arte adiuta, meminiſſe com-

modè valeat. Hæc credi potuissent, nisi experientia repugnaret, qua cognoscimus multos arte quidem illa sua disponendarum aut collocandarum rerum animóque reuocandarum imaginum vigere, si tamen ab arte illa desinãt, omni memoria se destitui, fateri. Quærere item solent alii, quibúsnam memoria conseruetur; quo item in loco facultas hæc resideat. Priori quęsito non modò physicè sed medicè etiam satisfacere possemus. verùm hæc alii: Nos dicamus, vnicum esse pharmacum physico familiare, quod ad memoriæ conseruationem, atque etiam restitutionem ægrotantibus adhiberi solet, ipsam nempe Exercitationem, seu frequentem Commentationem. Ex sæpius repetitis actibus, habitum effici aliàs docuit Aristoteles. De sede memoriæ Peripatetici non multum laborant: & Gal. ipse in libro de dogm. Hipp. & Plat. ait hanc disquisitionem ad medicum attinere, cui pars malè affecta cognoscenda est, vt cõmodè atque opportunè auxilia pro sanitate restituenda possit accommodare. Quare illis totum onus liberè relinquendum est. Iam tandem igitur epilogum huius prioris disputationis cum Aristotele ipso apponamus: A B

Τί μὲν οὖν ἐστι μνήμη καὶ τὸ μνημονεύειν, εἴρηται· ὅτι φαντάσματος, ὡς εἰκόνος οὗ φάντασμα ἕξις, καὶ τίνος μορίου τῶν ἐν ἡμῖν, ὅτι τοῦ πρώτου αἰσθητικοῦ, καὶ ᾧ χρόνου αἰσθανόμεθα.

11 Quid igitur est memoria & quid meminisse, expositum est: quoniam phantasmatis, tanquam imaginis eius cuius est phantasma, habitus est, cuius insuper partis earum quæ in nobis: quoniam Primi sentientis, & quo tempus apprehendimus.

Meminisse nil aliud est, vt suprà monui, quàm energ^ea ipsa memoriæ, quam ita discribit Aristoteles, Esse nimirum apprehensionem phantasmatum, tanquam simulachrorum eius, è quo antea phantasma profectum est. Themistius absolutam Memoriæ definitionem his verbis colligit. Memoria est habitus sensus primarii, quo imagines rerum post impressionem custodiuntur, & retinentur. Nunc ad reliqua pergamus. C

Περὶ δὲ τοῦ ἀναμιμνήσκεσθαι λοιπὸν εἰπεῖν. Πρῶτον μὲν οὖν ὅσα ἐν τοῖς ἐπιχειρηματικοῖς λόγοις ἐστὶν ἀληθῆ, δεῖ τιθέναι ὡς ὑπάρχοντα.

12 Reliquum est autẽ vt de Reminiscentia dicam⁹. Primùm igitur quæ in Epichetematicis disputationib⁹ verè tractata sũt, ponere oportet. Ἐπιχειρηματικοὶ disputationes quæ sint Themistius declarat, nempe Quæstionæ populariter scriptæ, id est, non exquisita demonstratione, sed argumentis multitudini accommodatis. Has Diogenes Laertius, tribus commentariis absolutas fuisse narrat. Non est ergo quòd Leonicum audiamus, qui problemata hoc vocabulo intelligi putat, cũ nil huiusmodi in probl. reperiatur: neq; alios qui epichercmatis vocabulo Logicas etiam rationes significari volunt. Logicæ enim rationes esse quidem potuerũt illę quibus quæstiones eiusmodi Arist. agitauit, non tamen hinc sequitur vocabulo Epicherematis logicas rationes significari. Quid sit Logica ratio aliàs declaraui. Ad hæc, Thomas hãc tractationem in tres præcipuas partes secat: nos in quatuor. In priori explicatur Quid sit Reminiscẽtia: in secũda illi⁹ energ^ea exquisitiùs traditur: in tertia quomodo à memoria verè differat: in quarta qualis passio sit demõstratur. D

Οὔτε γὰρ μνήμης ἐστὶν ἀνάληψις, ἡ ἀνάμνησις, οὔτε λῆψις· ὅταν γὰρ τὸ πρῶτον ἢ μάθῃ ἢ πάθῃ, οὔτε ἀναλαμβάνει μνήμην οὐδεμίαν. οὐδεμία γὰρ προγέγονεν, οὔτ᾽ ἐξ ἀρχῆς λαμβάνει. ὅταν δὲ γένηται ἡ ἕξις, ἢ τὸ πάθος, τότε μνήμη ἐστίν, ὥστε μετὰ τοῦ πάθους ἐγγινομένου οὐκ ἐγγίνεται.

13 Neque enim Memoriæ repetitio,Reminiſcentia eſt, neque apprehen
A ſio:cùm enim primùm ad diſcit,aut patitur,nullam repetit memoriam, (ſiquidem nulla præfuit)neque à principio accipit. Cùm nanque factus fuerit habitus,aut paſſio,tunc eſt memoria. Quare vnà cum paſſione quæ fit,non gignitur.

Quæ aliâs tractata,& nũc vt vera & confeſſa vult ſupponi,iſta ſunt,Reminiſcentiam neque Memoriæ repetitionẽ eſſe, neque ſcientiæ acquiſitionẽ. Hoc ad quæſtionem,Quid ſit: intelligendam,aditum parare ſat conſtat:id nempe primùm ponere,quod Reminiſcentiam eſſe poſſit exiſtimati atque id non eſſe demõſtrare,cùm præſertim Reminiſcẽtia & ad Repetitionem memoriæ,& ad Nouam ſcientiæ acquiſitionem ſimilitudine accedere videatur. Hæc ſimitudo Platoni impoſuit,quem fortaſſe hîc arguit Ariſtoteles. Extat Hippocratis ſententia,Similitudine bonos quoque decipi:atque altera Platonis in Sophiſta , Illum maximè tutam vitam ducturũ,qui à ſimilitudine caueat. Hunc
B ordinem ſeruare ſolet Ariſtoteles, cùm ſibi de difficiliori aliqua diſputatione ſtatuendum eſt. Neque enim ſtatim quomodo res ſe habeat definit, ſed primùm quomodo non habeat,exponit. Diſputatio de loco in 4. de phy. auſc. agitata,id nos docere poterit. Vt ergo Ariſt. cõmodiùs oſtendat Reminiſcentiã nõ eſſe,aut Memoriç repetitionem,aut Sciẽtiçac quiſitionẽ,declarat primùm quid ſit ſcientiæ acquiſitio(diſciplinã voces aut inuentionẽ nil intereſt) vnde etiam quid repetitio memoriæ ſit,& quid inter hanc & illam diſcrimen adſit, nobis colligendum relinquit. Mira certè breuitate hæc docet: quò etiam fit vt obſcura ſint,atque intellectu difficilia. Eſt(inquit) Acquiſitio, illa quà per diſciplinam aut inuentionem , aliquid primùm acquirimus : neque enim iſta Memoriæ repetitio dici poteſt,quãdoquidem ſi tũc primùm acquirim⁹,nulla
C præfuit Memoria. Quid?quod neque etiam tunc aliquis memoriam ſumere, nedum repetere dici poteſt. Etenim tũc meminiſſe dicimur, cùm iam didicerimus, factúſque iam extiterit habitus imaginis acceptæ nullo negocio reddendæ,non quando primùm diſcimus. Ex quo item intelligitur , quid ſit memoriam repetere: Nimirum cogitare bis aut ter quotiéſque & cùm libuerit de ſimulachro,quod aliâs ſenſu atque animo comprehenſum, purum,nulláque ex parte interlitum,atque integrum conſeruatum eſt.(ἢ μάθῃ ἢ πάθῃ). Vtrũque genus acquiſitionis ſcientiæ deſignat, Diſciplinam ſcilicet atque inuentionem. Hæc difficilior, illa facilior eſt, ex ſecundo Elench. capite vltimo. Vtraque tamen per Doctrinam comparatur, ſi quidem ex præcedente cognitione ducuntur. Et de Diſciplina quidem hoc ſatis conſtat. De Inuentione verò probatur,quia ſecus,Mennonis ambiguitas enodari non poſſet: vel e-
D nim nil prorſus inquirendo acquirerem⁹,vel quod antea nouimus. In ſumma verò dicamus διδασκαλίαν ab εὕρεσιν non differre,niſi quaten⁹ illa ab ore docentis exterioris emanat, hæc ab interiori. Harum acquiſitionum natura quin paucis his aperiretur, prætermittendum non fuit,quòd ad inſtitutam Ariſtotelis diſputationem percipiendã,hoc nos non mediocriter iuuet.(οὔτε ἐξ ἀρχῆς λαμβάνει, ad verbum,neque à principio ſumit). Miris ſe modis torquent hîc Interpretes,vt horum verborum ſcopum aſſequãtur. Ex Themiſtio vix habes quid in medium afferas. Thomas Memoriam ab acquiſitione ſcientiæ his paucis verbis explodi cenſet,ac ſi dicat Ariſt. Qui meminit non ſumit à principio:quod vt facilius perſuadeat,verba hæc à ſuperioribus ſeiungit,coniungit autẽ cum inferioribus. Leonicus non Memoriam ſed Reminiſcentiam putat ab Acquiſitione noua diſtingui. Cùm verò hoc pacto vix ſe verba ſequentia interpreta-

ti posse perspiceret, addit nonnulla de suo: quod certè suæ interpretationis absurditatem indicat. De Thoma nil addo, cùm contextum ineptè discerpat. A
Ego verò existimarem Aristotelem ostendere Acquisitionem disciplinæ, nō modò non esse memoriæ repetitionem, sed neque etiam ipsum Memoriæ sumendæ initium, si quidem tunc primùm Memoria esse aut sumi dicatur, cùm iam habit⁹ aut passio facta sit. Illa igitur verba ὥστε μετὰ τοῦ πάθους ἐγγινομένου ἐκ ἐγγίνεται, nil aliud quàm hoc ipsum sed clariùs explicant: præterea nulli dubiū est particulam illam οὔτε superiorem respicere, cùm ait, οὔτε ἀναλαμβάνει μνήμην ὀυδεμίαν. Sic veritati omnia omni ex parte respōdent. Quid si dicam⁹ à principio sumere, nil aliud esse quàm reminisci, infrà nanq; de reminiscētia loquēs ita docet, δεῖ δὲ λαβέσθαι ἀρχῆς, & alibi: καὶ ὅταν τοίνυν ἀναμιμνήσκεσθαι βούληται, τοῦτο ποιήσει λαβεῖν καὶ ζητήσει ἀρχὴν κινήσεως. Cognoscetur autem paulò pòst reminiscentes principium aliquod momentúmque maius intus possidere, quàm qui discunt aut inueniunt. Hoc pacto, Aristoteles Acquisitionem scientiæ in præsenti contextu describeret, vt diximus, ipsámque à reminiscentia, & memoriæ repetitione seiungeret. B
Mihi prior explicatio magis arridet. Sed vtrāuis teneamus: non est certè cur de aliorum interpretantium errore dubitemus.

Ἔτι δ᾽ ὅτε τὸ πρῶτον ἐγεγόνει ἐν τῷ ἀτόμῳ καὶ ἐσχάτῳ, τὸ μὲν πάθος ἐνυπάρχει τῷ παθόντι, ἤδη καὶ ἡ ἐπιστήμη, εἰ δεῖ καλεῖν ἐπιστήμην τὴν ἕξιν, ἢ τὸ πάθος. οὐδὲν δὲ κωλύει κατὰ συμβεβηκὸς καὶ μνημονεύειν ἔνια ὧν ἐπιστάμεθα. τὸ δὲ μνημονεύειν καθ᾽ αὑτὸ οὐχ ὑπάρχει πρὶν χρονισθῆναι. μνημονεύει γὰρ νῦν, ὃ εἶδεν, ἢ ἔπαθε πρότερον, οὐχ ὃ νῦν ἔπαθε, νῦν μνημονεύει.

14 Præterea cū primùm facta est in indiuiduo, & vltimo, inest quidem in patiente passio scientiáque, si scientiam nomine habitus, aut passionis appellare conuenit: (nil verò prohibet ex accidenti nos nonnullorum C
meminisse quæ scimus,) Meminisse autem secundum se non est antequam tempus aliquod elapsum sit. Meminit enim nunc eius quod vidit, aut antea passus est, non quod nunc patitur, eius nunc meminit.

Hæc (ni fallor) ad idem confirmandum apponuntur, quod nos superiùs ab Aristotele illis in verbis οὔτε ἐξ ἀρχῆς λαμβάνει significari docuimus. Perspicua est autem philosophi sententia. Nam ipso illo momento atque indiuiduo tempore quo passio vel in sensu, vel in mente facta est, subitò in patiente passio atque scientia tantùm existit, quamuis per accidens eodem mōmēto memoria quoque existere dici possit, quatenus scilicet vt superius cùm loqueretur de memoria ait, συμβαίνει ἐννοῆσαι, καὶ ἀναμνησθῆναι ὅτι ἠκούσαμέν τι πρότερον ἢ εἴδομεν. Propriè tamen & secundum se tunc erit memoria, cùm postquam aliquod tempus à passione facta elapsum fuerit, eam se aut sensu aliquo aut intelligen D
tia percepisse exploratum quis habuerit. Quæ de scientia interponuntur ex Arist. in sexto Ethico, atq; Eustratio commodè hauriri possunt. Vocatur Habitus non modò ob habilitatem & promptitudinem facultatis animæ ad id percipiendum quod offertur, verùm etiam ob scientiæ stabilitatem constantiámque, permanet enim & diuturna est: quamuis vel mediocris etiam sit, nisi aut diuturni morbi occupatione aut aliqua alia insigni mutatione, amittatur: Passio, quandoquidem quemadmodum sensus cùm recipit obiecta extrinsecus delata patitur, ita Mens à phantasia seu memoria accipiens, scientiam per modum passionis, alicuius nancisci dicitur: in morem inquam passionis, quandoquidem Mens cùm ex ignaris scientes euadimus, propriè non mutatur, imò quiescit, atque in statu & quiete ponitur.

A Qua de re ſeptimus phyſicus, ſecundus poſte. analy. & primus Metaphy. liber cõſulatur: quibus ex locis quomodo Artes Scientięque acquirantur, optimè cognoſci poterit. Poteſt autem ſcienria tam habitus quam Affectio dici, cùm omnis habitus affectio quoque ſit. Liquet id ex categ. Qualitatis.

Ἔτι δὲ φανερὸν, ὅτι μνημονεύειν ἔστι, μὴ νῦν ἀναμνησθέντα ἐξ ἀρχῆς αἰσθόμενον ἢ παθόντα, ἀλλ᾽ ὅταν ἀναλαμβάνῃ ἣν πρότερον εἶχεν ἐπιστήμην, ἢ αἴσθησιν, ἢ οὗ ποτε τὴν ἕξιν ἐλέγομεν μνήμην, τοῦτό ἐστι καὶ τότε ἀναμιμνήσκεσθαι τῶν εἰρημένων τι. τῷ δὲ μνημονεύειν συμβαίνει καὶ μνήμην ἀκολουθεῖν. οὐδὲ δὴ ταῦτα ἁπλῶς, ἐὰν ἔμπροσθεν ὑπάρξαντα πάλιν ἐγγίνεται, ἀλλ᾽ ἔστιν ὡς, ἔστι δ᾽ ὡς οὔ. δὶς γὰρ μαθεῖν ἐνδέχεται καὶ εὑρεῖν τὸν αὐτὸν, τὸ αὐτό. δεῖ οὖν διαφέρειν τὸ ἀναμιμνήσκεσθαι τούτων, καὶ ἐνούσης πλείονος ἀρχῆς, ἢ ἐξ ἧς μανθάνειν ἀναμιμνήσκεσθαι.

Conſtat etiã, Quòd meminiſſe eſt, non nũc reminiſcentẽ ex principio quod ſenſerit aut paſſus ſit: ſed cùm repetit quam prius habuit ſcientiã aut ſenſum,
B vel cuius habitum memoriam dicebamus, hoc eſt & tunc reminiſci alicuius eorũ quæ dicta ſũt: id verò quod eſt, meminiſſe & memoriã ſequi accidit. Neq; hęc ſanè ſimpliciter ſi antea extiterit, rurſus fiũt, ſed eſt vt hoc fiat, & eſt vt nõ: eãdã etenĩ rẽ, bis eũdẽ diſcere & inuenire cõtingit. Reminiſci ergo ab his differre oportet, & pluri exiſtẽte prĩcipio, quã ex quo q̃ſpiã diſcit, reminiſci.

Contextus alioquin perſpicui ſcopum, vix ac ne vix quidem vllus ex Interpretibus, quem quidem hactenus viderim (abſit verbo indiuidia) rectè eſt aſſequutus. Eorum autem interpretationes in mediũ afferre ſuperuacaneum iudico, quòd multæ variæque ſint, & quòd ex eorũ commentariis peti cõmodè queant. Dicamus ergo nos inter tot præclariſſimos viros minimi, Ariſtot. poſtquã Diſciplinam ſeu inuentionem, quam ipſe vocabulo λήψεως deſignabat,
C à memoriæ repetitione, imóque ab ipſo Meminiſſe ſeiunxit: Nunc eãdẽ memoriæ repetitionem, ſeu meminiſſe, ipſámque inuentionem ſeu diſciplinam à Reminiſcentia ſegregare, ſimúlque quid Reminiſcẽtia ſit, quantum in præſentia poteſt, aperire. Meminiſſe (inquit) non eſt reminiſci ex principio aliquo huiꝰ aut illiꝰ, quod antè vel ſenſimꝰ, vel aliquo alio modò paſſi ſumus: Imò hoc ipſũ Reminiſci dicimur, cũ ea recuperamꝰ ex principio aliquo quæ antea mẽte, aut ſenſu cognouimus, quorũque habitũ Memoriã ſuperius appellauimꝰ, i. quę memoria cõprehẽſa habebamus. Quare memoria ſeu meminiſſe, ſequitur quidẽ Reminiſcẽtiam aut reminiſci, non tamen memoria aut meminiſſe eſt Remiſcentia, vel reminiſci: Memoria ſiquidem latius patet, atque ſi Reminiſcentia ſit, illa quoque neceſſariò eſt. Sed obiicere quis poterat. Nam diſcendo quoque & inueniendo ea quæ antea præerant, ex aliquo principio (nã & qui inueniunt & qui diſcunt, vt antea monuimus, aliquod initiũ & ſemina-
D riũ intra ſe habent quo diſcãt & inueniant) recuperãtur, cùm nẽpe illa quę inuenetamus & didicetamus, & tota ſimul animo elapſa erant, iterum vt vſu venit nanciſcimut, & quaſi de nouo nobis vendicamus. Quare reſpondet Ariſt. id qnod à ſe antea dictũ eſt, non eſſe ſimplicirer accipiendũ, ideſt, Reminiſcẽtiã eſſe cùm ex principio aliquo ea repetimus quæ antea ſenſu, intelligentia Memoriáq; cõprehenſa fuerunt: Nã hoc fieri quidem poteſt, & eſſe & nõ eſſe Reminiſcentiã. Atq; tunc quidem erit, cùm principium ex quo repetitio ſit, magnũ & momentum multũ habens erit, id eſt, pars altera quam illi annexã eſſe memoria teneamus, quę intermortua eſt. Exemplũ eſt huiuſmodi: Si quis aliquãdo vel lectione, vel auſcultatione verſus quoſdam tenuerit, quorũ mox prorſus oblitus ſit: iterũ autẽ elapſo aliquo tẽporis inreruallo, aut audiẽdo aut commentando illa addiſcat, hoc non erit reminiſci, quãuis memoria ipſum

ſequatur,nã nil prorſus illorũ verſuũ tenebatur,cùm ipſa dicendo & inueniẽdo recuperabãtur, ſed prægreſſa tantùm cognitio quædã, vnde inuẽtio,diſciplinàque efficitur. Erit ergo iterũ addiſcere. Quòd ſi non penitus animo carmina illa ſint elapſa,ſed puta dimidia tantũ eorũ parte, reliqua verò mãſerit, ex qua aliam quæ euanuit inuicem conferendo, recolendóque renouemus, tum reminiſci proprie dicimur. Ex quibus iam colligere liquet,quid inter Reminiſcentiam,Repetitionem memoriæ,& Repetitionem Diſciplinę differat: Hæc cùm conſtent,conſtare etiam poteſt: Reminiſcentiam neque Repetitionem memoriæ,neque Diſciplinam aut inuentionẽ eſſe, quod ſibi dari petierat Ariſt. Nos paucis omnia in hunc modũ proponamus: Memoria eſt vt terminus motus & concluſio:nam ſequitur Reminiſcentiã. Reminiſcẽtia eſt veluti motus & Demonſtratio, etenim ad Memoriam tendit. Repetitio memoriæ non eſt ex principio,ſed tota ſimul efficitur. Reminiſcẽtia ex principio oritur,& paulatim non affatim progreditur. Diſciplina & inuentio nullũ principium ſupponunt,niſi aut extrinſecum vt Doctorem,aut intrinſecum,ſed nõ quod prius ſenſiſſe ſe,meminerit,& pars rei inueniendæ ſit. E contra Reminiſcentia. Hæc Ariſt. non ita exquiſitæ proſequutus eſt, ſed potiora propoſuit, breuitati ſtudens: reliqua ex aliis quæ alibi de inuentione diſciplina,& memoria tradidit,& mox de reminiſcẽtia declaraturus eſt,nobis ſubintelligenda relinquẽs. Placet hîc obiter annotare,cauſam diſcriminis inter Ariſt. & Plat. de Generatione ſcientiæ,hinc fortaſſe colligi optimè poſſe. Plato Scientiam noſtram,non primam ſcientiæ acceptionem,ſed recordationem vocabat: Scientiam nanque animabus ὁμοῦ γεννητὸν eſſe in Timæo docet; cùm Deum creatis animabus leges monſtraſſe tradit: hanc deinceps ob fluxum corporum in quæ animę detrudũtur obliterari. Quo fluxu & motu ceſſante,iterum reſtauretur, Ariſtot. verò Mentem in ſingulis hominibus initiò nudam,omniſque ſcientiæ expertem ſtatuit,ineptámque etiam ob motum & agitationem corporum ad illam perdiſcendam: qui motus cùm ceſſat tum primùm anima ſcientiam nanciſcitur. Hinc,inquam,diſcriminis huius ratio elici poteſt. Delectatus eſt Plato metaphoris: Ariſt. propriã vocabulorum & ſermonis ſignificationẽ peramauit. Reminiſci propriè dicitur,cùm illemet qui primùm rem tenebat, eiúſque partem oblitus eſt,mox ex principio aliquo denuo ipſam addiſcit. Atquî Mens non Reminiſcitur hoc modo,nil enim noui recipit, ſed homo, cũ præſertim Mens memoria careat. Reminiſcitur autem Mens, impropriè loquẽdo,nam ſcientiæ ſunt Menti coeternæ,atque in illa præexiſtũt. quare non Mens ſed Socrates aut Plato diſcet. hæc Auer. in 3. de an. com. 5. Quibus Simplicius addit in com. 20. Mentem formas quaſdam proprias & conſubſtantiales omniáque & ſeipſam per propriam eſſentiam intelligere: qua certè ratione,ſcientia ſimilitudinem aliquam Reminiſcentiæ retinere videtur. Et ſanè vel iſta fateri oportet,vel quæ de Mẽtis vnitate Ariſt. & celebriores Peripatetici docuerunt, omnino ruere neceſſe eſt. Expendatur item pro re hac cont. 20. 7. phy. vbi oſtenditur Mentem nullã pati alterationẽ,ac proinde nil denuo recipere, quãuis aliqui Ariſt. ibi non ex propria ſententia loqui falſò affirmẽt.

A

B

C

D

Συμβαίνουσι δ' αἱ ἀναμνήσεις, ἐπειδὴ πέφυκεν ἡ κίνησις ἥδε γενέσθαι μετὰ τήνδε. εἰ μὲν ἐξ ἀνάγκης, δῆλον ὡς ὅταν ἐκείνη κινηθῇ, τήνδε κινηθήσεται. εἰ δὲ μὴ ἐξ ἀνάγκης ἀλλ' ἔθει, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ κινηθήσεται. συμβαίνει δ' ἐνίους ἅπαξ ἐθισθῆναι μᾶλλον, ἢ ἑτέρους πολλάκις κινουμένους. διὸ ἔνια ἰδόντες ἅπαξ μᾶλλον μνημονεύομεν, ἢ ἕτερα πολλάκις. ὅταν οὖν ἀναμιμνησκώμεθα, κινούμεθα τῶν προτέρων τινὰ κινήσεων, ἕως ἂν κινηθῶμεν, μεθ' ἣν ἐκείνη εἴωθε. διὸ καὶ τὸ ἐφεξῆς θηρεύομεν ἀπὸ τοῦ νῦν, ἢ ἄλλου τινός, καὶ

A ἀφ' ὁμοίου, ἢ ἐναντίου, καὶ ἢ τοῦ σύνεγγυς· διὰ τοῦτο γίνεται ἡ ἀνάμνησις. αἱ γὰρ κινήσεις τούτων, τῶν μὲν αἱ αὐταί, τῶν δ' ἅμα, τῶν δὲ μέρος ἔχουσιν, ὥστε τὸ λοιπὸν μικρόν, ὃ ἐκινήθη μετ' ἐκεῖνο. ζητοῦσι μὲν οὖν οὕτω.

16 Fiunt autem Reminiſcentiæ, quoniam hæc motio, poſt illã nata eſt fieri: Et ſiquidẽ neceſſariò, perſpicuũ eſt, quòd cum illa motus fuerit, hac mouebitur. Si verò non ex neceſſitate, ſed conſuetudine, vt plurimum mouebitur. Accidit autem quoſdam ſemel, conſueuiſſe magis, quàm alios ſæpe motos. Vnde quædam ſemel ſi conſpexerimus, eorum magis meminimus, quàm aliorum, ſi ſæpe. Quando itaque reminiſcimur, per præcedentes quaſdã motiones mouemur, quo ad per eam moueamur poſt quam illa fieri conſueuit. Quamobrem quod ſequitur venamur, meditãtes ab ipſo Nũc, aut aliquo alio, necnõ B à ſimili, aut à contrario, aut finitimo, idcircóque fit reminiſcentia. Horũ nanque motiones partim ſunt eædem, partim verò ſimul, nonnullorum verò partem habent. Quamobrem reliquum paruum ſanè eſt, quod poſt illud motum eſt. Hoc igitur quærunt modo.

Declarata reminiſcentiæ natura in genere, nunc vt illa planius exquiſitiúſque percipiatur, ad energeiam ipſius exprimendã pergit, id eſt, ad modũ explicandũ, quo ex memoria illius principii conſeruati, de quo ſuperius loquuti ſumus, ad alterius partis obliteratæ Memoriã reminiſcendo perueniamus. Hoc ergo primũ ponatur, Reminiſcentiam initiũ aliquod intus tenere, à quo motus inueſtigare, & de aliis admonitus quaſi venari incipiat: ſec⁹ enim incerta, errans, & vana eſſet illius diſquiſitio: ꝓgrediatur autẽ per motiones quę ita ſint ordinatę, vt vna habita reliquę quaſi nexu quodam & vinculis inuicem a- C ſtrictæ vltro ad ſeriem confluant: atque hoc vel ἐξ ἀνάγκης, nempe ſi natura ita cõparatæ ſint motiones vt vna excitata, altera quoque ſtatim excitetur, aut ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, id eſt cum conſuetudine tantùm hoc accidit, vt vnius motio ſeu vnius rei memoria, abſque alicui⁹ naturalis nexus vi, alterius rei memoriã ſiue motionem maiori ex parte ſubiiciat. Qua in re ingeniorum varietas agnoſcenda eſt: ſunt enim aliqui qui non multo aſſuetudinis adhibito ſtudio, ſed acutie tantùm iudicii ſui adiuti, ſi vel ſemel moueãtur, facillimè deinceps ab vna motione ad aliam expedirè perueniant. Sunt qui econtrà: id eſt, qui licet multoties eadem motionum ſerie excitentur, non tamen liberam adhuc progreſſionem ex vno in alterum aſſequantur. Sunt itaque in energeia reminiſcentiæ duo conſideranda. Motio præcedens, & conſequens: à præcedenti initiũ motus ſumitur, qui ad conſequentem terminatur: tandiu enim animo priorem D verſamus agitamúſque, quoad tandem poſterior nobis offeratur, quæ vel natura, vel aſſuetudine ſolet offerri. Ab ea deinceps nouum inueſtigandi initiũ ſumimus, vt alterius conſequentis reminiſcamur, atque hac ſucceſſione eouſque procedim⁹, quoúſque eius quod cupimus & quod poſterius eſt, memoriã recuperem⁹. Cæterùm vt de principio illo loquamur, quod nobis anſam alterius memoriæ porrigit: conſtat, id vel eſſe ipſum Nunc, aut aliud quippiam, vel Simile, vel Cõtrarium, aut Proximum. Similium enim motiones ſunt ferè eædem: vt imago Socratis, & Socrates homo: Contrariorũ ſimul, vt albedinis & nigredinis: Proximorum quaſi partes: nam quæ finitima & vicina ſunt, veluti vnum ſimul referunt: Qui proxima ergo tenet, quaſi partem totius habet, ita vt non multum ſuperſit eius quod recordari oporteat. Hoc modo dicimus primum illud carmen Dauidis Pſalmo 1, *Felix ille animi, quem non de tramite*

recto. esse finitiuum alteri quod sequitur, nempe: Impia sacrilegæ flexit con-
tagio turbæ. Sed diligentius expendendæ sunt textus particulæ (ἐξ ἀνάγκης) hoc A
est naturaliter, ita vt vna motio alterã necessariò consequatur. Hoc modo qui
Socratis meminit, hominis, animalis, & substantiæ reminiscitur, aut qui ni-
uis, albedinis, frigiditatis, & hyemis. (ἀλλ' ἔθει): Non innuit hîc ἔντεχνον πορείαν, id
est, vt loquũtur, artificialem progressum, vt quidam existimant, sed naturæ ha
bilitatem quandam, qua reminiscens ad hoc vel ad illud se conuertere soleat:
Assuescimus enim iis facillimè, ad quæ nati sumus. Non est autem assuetudo
& experentia idem, vt optimè à nonnullis aliàs animaduersũ est. Experimur
enim ea quæ vera nobis non apparent, non vt assuefiamus, sed vt id quod du-
bium erat addiscamus. Assuescimus autem aliquibus, non vt addiscamus illa
tanquam dubia, sed vt nobis faciliora factu aut perspectu reddantur. hoc A-
rist. in sec. meta. contex. 14: & elicitur ex sec. 28. probl. 1. Hinc illud: Consue- B
tudo altera natura est. Quemadmodum enim Natura sine cognitione agit, &
absque labore, ita propè qui assuetudine agunt. Cęterùm huiusce Motionum
consequi per assuetudinem exemplum esto. Hydræ ab Herculæ sagittis &
igne interfectæ memoria, Papæ mihi memoriam suggerit, hæc Romæ, qua
deinceps Babylon iæ reminiscor. (Venamur meditantes ab ipso nunc.) Hi re
minisc endi fontes omnes quidem ad cõsequia per naturã accommodari debẽt
(vt infrà liquebit) finitima tamẽ quàm maximè: ex exẽplis allatis hoc cõstat.
Quòd si Themistii exemplum sumam⁹ de Lyra, Corisco & eius cantione, idẽ
cognoscetur: sed acutius intueamur horũ fontiũ vim & efficaciã. Est (inquit)
Arist. principium reminiscentiæ vel ipsum nunc, vel quid aliud, vt similitu-
do, cõtrarietas, affinitas. Certũ est omnes hui⁹ efficacię fontes hîc nõ explica- C
ri: potiores tamen & præcipui hi sunt, tempus enim temporisque ordo qui no
bis ipso Nũc significatur, maximè ad cuiuscũque rei (nõ modò temporis, vt isti
aiũt) recordationem valet. Quare per ipsum nũc non quod instat, sed tempus
quod sumitur intelligi oportet. Similitudinis verò efficaciam, declararunt ve
teres illi aduersus quos in priori de ani. disputatum est: cùm idcirco animam
ex omnibus constare statuerẽt, quòd omnibus sibi cognoscendis illam similẽ
esse oporteret. Simile à simili gigni, cognosci p simile, appetere simile, & esse
id potestate, quod alterum simile est, liquet, ex sexcentis Arist. & Auer. locis.
Ita contraria per sua contraria cognosci, eandem habere materiam, esse quo-
dammodo similia ad inuicem, fieri ex cõtrariis, constat. Postremò de finitimis
quæ ad partes quidem rei animo elapsæ accommodauimus, cùm tamẽ omne
id respiciãt, quod alteri quocunque modo proximum & affine est, nil est quod
dicamus, cùm vnicuique perspicuum sit, quid affinitas & coniunctio valeat.
Exempla infinita fingi possunt, quibus vnũquodque horũ ob oculos ponatur:
quare superuacãnea prætermittamus. D

Καὶ μὴ ζητοῦντες δ' οὕτως ἀναμιμνήσκονται, ὅταν μεθ' ἑτέραν κίνησιν ἐκείνη γίνεται. ὡς δὲ
τὰ πολλά, ἑτέρων γινομένων κινήσεων οἵων εἴπομεν, ἐγένετο ἐκείνη.

17 Cæterùm non quærentes etiam sic, reminiscuntur, cùm post alteram
motionem illa fit: vt plurimum autem aliis factis motionibus quales
proposuimus efficietur illa.

Hæc ab Arist. ideo interponũtur, quia interim nulla inuestigationis per si-
militudinẽ, cõtrarietatem, aut affinitatẽ intercedente sola principe motione
excitata, aliæ nobis sese offerunt, quarũ tunc recordamur. Hãc reminiscendi
viam, Arist. insolitam esse affirmat, nec passim fieri. Hæc Leonicus, & optimè,
quamuis ex ore Themistii sũpta sint. Decepti sũt autem recentiores, qui exi-
stima

A ſed per vnã tantũ ꝓgreditur. Iſta ſiquidẽ nõ rarò accidit, ſed pleruñq;, & præterea ad illa verba, ἐπειδὴ γίνεται ἐκείνων κινήσεων εἴθισται (?) ἑπομένη, vix poteſt accõmodari: poſtremò qui ita cenſent ne vix quidem ſequentis cont. ſententiam attingere poſſunt.

Οὐδὲν δὲ δεῖ σκοπεῖν τὰ πόῤῥω, πῶς μεμνήμεθα, ἀλλὰ τὰ σύνεγγυς. δῆλον γὰρ ὡς αὐτός ἐστι τρόπος, λέγω δὲ τὸ ἐφεξῆς, μὴ προζητήσας, οὐδ' ἀναμνησθείς. τῷ γὰρ ἔθει ἀκολουθοῦσιν αἱ κινήσεις ἀλλήλαις, ἥδε μετὰ τήνδε. καὶ ὅταν τινὸς ἀναμιμνήσκεσθαι βούληται, τοῦτο ποιήσει καὶ ζητήσει λαβεῖν ἀρχὴν κινήσεως, μεθ' ἣν ἐκείνη ἔσται.

18 Nec verò conſiderare oportet, quomodo eorũ quæ procul ſunt meminerim[9], ſed quæ finitima: perſpicuũ eſt enĩ, eandẽ eſſe rationẽ qua conſequẽs dicit nõ antea inquiẽs neq; reminiſcẽs: aſſuetudine nãq; motiones ſe inuicẽ conſequũtur, vt hæc poſt illã. Et ſane cùm reminiſci quis voluerit, hoc efficiet & quæret motionis prĩcipiũ accipere, quã ille cõſequetur.

B Grauatè à ſententia aliorum veterum & clariſſimorum recentiorum philoſophantium diſcedere ſoleo, vt veritatis tamen rationem habeam, libere cum oportet quod ſentio dico, Atque in præſentia quoque id mihi exploratum eſt, nullum ex interpretibus ſcopum huis contextus germanum propoſuiſſe. Themiſtius alioquin grauiſſimus & luciďiſſimus peripateticus, vt aliquando ſolet in iis maximè locis, quorũ eſt ambigua accepſq; ſententia, aliquid de ſuo comminiſcens quo legens paſcatur (alioquin verum) nil de ſcopo aut ſerie verborum Ariſtotelicorũ laborans, elabitur: Thomas contextũ inuertit, cum aliquid ei addat, quod in Græco exemplari non repetitur: & ita extortè explicet, vt ſi illius interpretationem acutè intuearis, nullis mi-

C n[9] quàm iſtis verbis illam cõuenire ſis iudicatur[9]. Laborauit hoc eodẽ morbo Leonicus hac in parte, vt quidẽ nõnulla inuertere, & addere ipſe quoque conatus fuerit. Noſtrũ verò hoc fit σύμβολον. Docuerat Ariſt. Reminiſcendi principium, vim & efficaciã illationis obtinere, ꝓpterea quòd vel ipſũ ταὐτὸν eſſet, vel ſimile, vel contrarium, vel σύνεγγυς: videri alicui poterat, aliquando Reminiſcẽtiã effici, cùm tamen nõ ex talibus motionibus procedimus: idcircò verba ꝓximè à nobis explicata interpoſuit, quibus oſtendit, dici quidem illã reminiſcentiã, ſed inſolitam eſſe, nec paſſim fieri, & vt nos monuim[9], non æquè perfectã. Nunc dubium aliud è medio tollit. Quî enim fieri poteſt (petat aliquis) vt quis reminiſcatur eius quod non eſt σύνεγγυς, ſed πόῤῥω vt aliquando accidere ꝓximè ſuppoſitum eſt? Reſpondet id non eſſe quærendũ, cùm ratio huius, in reminiſcentia finitimorũ, ſpectanda ſit. Eadem nanq; eſt, quà nulla antegrediẽte inueſtigatione, aut recordatione ea quidam cõmemorent quæ ordine quodã conſequuntur, cùm aſſuetudine hoc ſibi cõpatarint, vt poſt vnã animi motio-

D nem, alia ſibi ordine ſuggeratur & qua alii ex eo quòd ex τῶν σύνεγγυς inueſtigẽt & reminiſcantur: ac ſi diceret, idem Aſſuetudinem efficere, quod Ars ſeu ratiocinatio. Colligit deinceps hoc vtriſq; cõmune eſſe, vt ex principio aliquo pendeãt, quod accipiũt, vt ex illo, alia ſibi vel per inueſtigarionẽ & Reminiſcẽtiã, vel per aſſuetudinẽ, in mentẽ veniãt. (μὴ προζητήσας, οὐδ' ἀναμνησθείς). Cui ob aſſuedinẽ vnũ poſt alterũ ſeſe offert, is non dicitur inueſtigare, nil enim hæret: neq; propriè reminiſci, id eſt, ex vno in aliud per motionẽ progredi. Porrò μεμνήμεθα (vt & anteà monuimus) dixit, & quidem impropriè ἀντὶ τοῦ ἀναμιμνήσκομεθα.

Διὸ τάχιστα καὶ κάλλιστα γίνονται ἀπ' ἀρχῆς αἱ ἀναμνήσεις. ὡς γὰρ ἔχει τὰ πράγματα πρὸς ἄλληλα τῷ ἐφεξῆς, οὕτω καὶ αἱ κινήσεις. καὶ ἔστιν εὐμνημόνευτα, ὅσα τάξιν τινὰ ἔχει, ὥσπερ τὰ μαθήματα. τὰ δὲ φαύλως καὶ χαλεπῶς, καὶ τούτῳ διαφέρει τὸ ἀναμιμνήσκεσθαι τοῦ πάλιν μανθάνειν, ὅτι δυνήσεταί πως δι' αὐτοῦ κινηθῆναι ἐπὶ τὸ μετὰ τὴν ἀρχήν. ὅταν δὲ μὴ, ἀλλὰ δι'

ἄλλα, οὐκ ἔτι μέμνηται. πολλάκις δὲ ἤδη μὲν ἀδυνατεῖ ἀναμνησθῆναι, ζητεῖν δὲ δύνα- A
ται, καὶ εὑρίσκει. τοῦτο δὲ γίνεται κινοῦντι πολλά, ἕως ἂν τοιαύτην κινήσῃ κίνησιν, ᾗ ἀκολουθήσει τὸ πρᾶγμα. τὸ γὰρ μεμνῆσθαί ἐστι, τὸ ἐνεῖναι δύναμιν τὴν κινοῦσαν. τοῦτο δὲ ὥστε ἐξ αὑτοῦ, καὶ ὧν ἔχει κινήσεων κινηθῆναι ὥσπερ εἴρηται. δεῖ δὲ λαβέσθαι ἀρχῆς, διὸ ἀπὸ τόπων δοκοῦσιν ἀναμιμνήσκεσθαι ἐνίοτε. τὸ δὲ αἴτιον, ὅτι ταχὺ ἀπ' ἄλλου ἐπ' ἄλλο ἔρχεται. οἷον ἀπὸ γάλακτος ἐπὶ λευκόν, ἀπὸ λευκοῦ δὲ ἐπ' ἀέρα, καὶ ἀπὸ τούτου ἐφ' ὑγρὸν ἀφ' οὗ ἐμνήσθη μετοπώρου, ταύτην ἐπιζητῶν τὴν ὥραν.

19 Quamobrem celerrimè & optimè, à principio ducuntur reminiſcentiæ. Quemadmodũ enim res inter ſeſe habent in conſequendo, ita & motiones. Et facilè ea memoria cõprehendi poſſunt, quæ ordine quodã conſtant, cuiuſmodi ſunt Matemathicæ diſciplinæ: alia verò malè & difficulter. Et hac item in te recordari ab iterum diſcendo differt, quia poterit quodam modo per ſe moueri, ad id quod principium ſequitur. Cùm verò non, ſed per aliud, non iam meminit. plerunque verò iam non poteſt B quidem reminiſci, ſed quærere poteſt, & inuenit. Hoc autẽ iis vſu venit, qui multa mouent, & agunt, dum eiuſmodi motionem excitent, quam res ipſa cõſequatur. Nam meminiſſe eſt, vim motricem ineſſe, hoc autem ita, vt à ſeipſo, & ab aliis quas in ſe habet motionibus (vt dictum eſt) moueatur. Sed principium ſumptum eſſe oportet. Quapropter ex locis videtur aliquãdo reminiſci. Cuius cauſa eſt: quoniam celeriter ex alio in aliud progrediuntur, vt ex lacte in candorem, ex candore in aerẽ, ex hoc in humidum, ex quo Autumnus in memoriam venit, cùm id anni tempus C quæreret.

Princeps illa motio cuius meminimus, non modò ipſa eſt quæ primùm mouet, verùm etiam quæ anſam præbet memoriæ alterius, quod Ariſt. docebat cùm diceret, τοῦτο ποιήσει, καὶ ζητήσει λαβεῖν ἀρχὴν κινήσεως, μεθ' ἣν ἐκείνη ἔσται. Meritò itaque colligitur Reminiſcentiam tunc preclarè duci, cùm principium iſtud ita ſe habebit, nempe vt ordine & ſucceſſione quadam alias poſt ſe conſequentes motiones valeat excitare: (quam enim res geſtæ inter ſe habent ordinis & conſequutionis rationem, eandem etiam motus animi ab illis excitati obtinẽt) eáque facilè memoria comprehendi poſſe; quæ ordine conſtant, vt de Theorematis Mathematicis res habet, in quibus ex primo ſecundum, & ex ſecundo tertium atque ita deinceps ſequitur, vnâque demonſtratio aliã ſupponit. Ratiocinatur enim Mathematicus vt plurimùm ἐκ τῶν ἀποδεδειγμένων, vt Ariſt. ait. D Quare quæ ordine carent, & temere congeſta paſſimve diſperſa ſunt, perdifficiliter memoria percipiuntur. Ex quibus etiam illud obiter inferri poteſt, diſcrimẽ eſſe inter reminiſci & iterũ diſcere, quòd cùm homo recordatur, cùm iam principium illud incolume obtineat, quod exuſcitandarum aliarum iunctarum motionum cauſa eſt, poteſt cùm vult à ſeipſo nullâque aliena ope intercedente mouere ſe ad alia quæ ſequuntur inueſtiganda. Qui verò iterũ addiſcit, principiũ illud cui reliqua iuncta alligatáque ſunt, intus in memoriã nõ habet: quare, aliena ope, id eſt doctore & præceptore extrinſeco eget, qui ei nouũ, aut priori ſimile principiũ ſuggerat. Quãuis enim is reminiſci dicatur, qui principiũ intus incolume ſeruat, & cùm libet, ad inueſtigandũ trãſire poteſt: non tamen exiſtimandum eſt ſemper principium illud venire in mentẽ, à quo digreſ-

A digressi, in alia incidere valeamus, quæ ad eam rem nos ducāt, cuius recordari nobis propositum fuit: idcircò tunc multa mouemus, agimus, tētamus, atque memoriæ aciem per omnia circunferimus, dum ad id principium perueniamus, quòd res ipsa cuius recordari volumus, vel pluribus aliis intercedētibus initiis, vel proximè cōsequatur. Quid enim aliud est Reminisci, quàm mouētem quandam habere insitam facultatem, i. à seipso & ab illis reliquiis animo retentis, impelli & excitari, ad id quod euanuit recuperandum? Quocunque id modo fiat, reminisci certè dicimut, si quidem ex hac impulsione, in memoria consetuata, in illam, & mox in aliam procedimus. Sed præclarior erit reminiscentia cùm principium sumptum aut inuentum erit, à quo discedentes, id nobis obuiam fiat, quod reminiscēdo assequi exoptamus. Hinc factum est, vt ex locis illis quorum capita nōnulla superius proposuimus, citò recordemur, B cùm ex alio aliud nobis celerrimè incidat: verbi gratia, ex lacte candor, qui lacti naturaliter finitimus est, ex candore aer candori persimilis ob luciditatē; ex aere humidum aeti finitimum, ex humido tempus Autumni, affinitatis vel etiam contrarietatis ratione, quod tempus fortasse reminisci fuit nobis institutum. (Καὶ ἐστὶ εὐμνημόνευτα ὅσα τάξιν τινὰ ἔχει). Nō abutitur hîc Memoriæ vocabulo, neque comparat, vt Leonicus censet, sed de Reminiscentiæ energia loquentem, de memoria mentionem facere oportuit. Quandoquidem non nisi μνημονεύοντες reminiscamur. Memoriæ nanque gratia vnum ex alio nobis venit in mētem, atque illud meminimus, quod alterum repræsentar: reminiscimur verò, quòd motione huiusmodi ex vno in aliud progrediamur. In Reminiscētia ergo Memoria ptimùm imaginem offert, mox Mens (quicquid isti de Cogitante anima gartiant) tanquam ex principio noto, de alia ratiocinatur quæ iterū Memoriæ offertur, atque ita deinceps, quoad Memoria in illud postremum incidat, quod amiserat, & recuperare instituerat. Est ergo Reminiscentia C veluti via, Memoria vt Terminus viæ, & quasi τὸ συμπέρασμα in Demonstratione. (Ὥσπερ τὰ μαθήματα). Quanquam eos non improbem, qui hoc nomine, omnes disciplinas & artes designari affirmāt, (verus siquidem inde sensus colligi potest) non tamen eos probo, qui nomen Mathematices ad omnem scientiā ab Aristotele fuisse aliquando accōmodatum ttadunt. Locos quos afferunt si quis expendat, nullius esse momenti comperiet. (Cum verò non, sed per aliū). Vel òs docētis, vel librorū monumēta, ad doctrinam cōparata inrelligas. semper in discente intrinsecus quidam verè Doctor est qui Mentem illustrat & veriratem ostendit: Mens nimirum Efficiens. Sed nō hoc in præsentia principium quærimus, vetùm quod ratiocinationis sit pars & initium, quod certè non tantùm neque tale est in discente; quantum & quale in reminiscente. (Quapropter ex locis). Exemplum quod additur satis indicat nō de locis corD poreis, certisq; sedibus atque interuallis dispositis & collocatis, sed de iis locis quos supra ex Rhetoricis & Topicis fontib⁹ haustos proposuit, sermonē esse. Artis præterea illa propria sunt, non naturæ. Arist. autē in Reminiscentiæ ἐνεργείᾳ simpliciter explicanda nūç versatur. Particula tamen ἐνίοτε, item δοκοῦσιν, artē illam innuere vidētur imaginum certis quibusdam locis disponendarū, quarum vna de altera successione & serie quadam continua nos commmonefaciat: amissamq; & abolitam speciem imagini accōmodatam, repetat restauretque. Hanc M. Tullius in Rhetoricis prosequutus est. Hîc animaduertere illud quoque placet, quod initio Libri monuimus, Cogitantem nimirum illā Animæ sentientis facultatem, esse prorsus reiiciendam vt superuacaneam. Cùm nanque Arist. dicat, Meminisse seu reminisci nil aliud esse, quàm vim inesse quæ moueat, si vis ista & facultas mouens cogitans anima sit: Bruta re-

minifcentia prædita erunt: Vel (inquam) cogitantem animam perfectam vel imperfectam Bruto des: non potes effugere, quin aliquid faltem reminifcētiæ ipfis tribuere quoque cogaris: quo nil abfurdius. A

Ἔοικε δὲ τὸ καθόλου, ἀρχὴ καὶ τὸ μέσον πάντων. εἰ γὰρ μὴ πρότερον, ὅταν ἐπὶ τοῦτο ἔλθῃ μνησθήσεται, ἢ οὐκ ἔτι οὐδὲ ἄλλοθεν· οἷον εἴ τις νοήσειεν, ἐφ' ὧν α' β' γ' δ' ε' ζ' η' θ'. εἰ γὰρ μὴ τοῦ θ' ε' μέμνηται, ἐπὶ τοῦ ε' θ' ἐμνήσθη. ἐντεῦθεν γὰρ ἐπ' ἄμφω κινηθῆναι ἐνδέχεται, καὶ ἐπὶ τὸ δ', καὶ ἐπὶ τὸ ε'. εἰ δὲ μὴ τούτων τι ἐπιζητεῖ, ἐπὶ τὸ γ' ἐλθὼν μνησθήσεται, εἰ τὸ η', ἢ τὸ ζ' ἐπιζητεῖ· εἰ δὲ μὴ, ἐπὶ τὸ α', καὶ οὕτως ἀεί.

20 Videtur autem vniuerfale & medium omnium effe pricipium. Nam fi nō antea, faltem cùm ad illud peruenerit, meminerit: aut certè nunquā amplius, neque aliunde. Vt fi quis animo percurrat in his α, β, γ, δ, ε, ζ, η, θ. Si enim nō ipfius θ, ε, meminerit in ipfo ε, ipfius, θ, recordabitur. Hinc enim ad vtrunque moueri cnotingit, ad, δ, fcilicet & ad, ε. Si verò neutrum horum quærit, cùm ad γ, peruenerit, recordabitur, fi modò η, aut ζ quærebat: fin minus ad α, perueniens, eodémque modo femper. B

Magna eft illius principii quod in reminifcendo fumere oportet, efficacia, cùm anfam præbeat memoriæ aliorum, ac propterea mirandū non eft Arift. de illo multum laborare. Hoc quidem ab omnibus agnofci puto, fed illud fanè φορτικώτερον, quòd quæ non negligenter tractare voluit Arift. ea fint nobis abftrufiora, vel ipfa Magiftri arte, i. ingenii noftri imbecillitate, vel naufragiorū bibliothecæ Arift. iniuria. Hæc certè, fi in caufa effe potuit, vt verba multa, multæq; propofitiones in Arift. voluminibus defint, aut malè fuppletæ, & pofitæ fint, efficere magis potuit, vt fimplices hæ literæ quibus pofthac Ariftot. ad energειαν Reminifcentiæ exprimendam vtetur, tranfpofitæ, & malè prorfus fuerint collocatæ. Diuinandū ergo nobis erit in re obfcura. Sed tamen fedulò enitemur, vt Diuinatio noftra fit quantum fieri poterit ἐπιστημονική. Eft, inquit, Arift. vniuerfale principiū, & Medium omnium: nō pofitione medium, vt putauit Themiftius, (quandoquidem eadem ratione medium, qua principiū dicendum eft, medium autē pofitione, principiū pofitione dici nequit) fed principium quatenus ab illo ad multa adeunda aditus patefit, & mediū quatenus ad vtrūlibet ex illo progredi valemus, ἐντεῦθεν γὰρ ἐπ' ἄμφω κινηθῆναι ἐνδέχεται, ait Arift. Quicquid igirur in genere hoc vt vniuerfale fe habet, huiufmodi, Principiū & medium erit de quo hîc loquimur. (Aliàs in logicis difputationib⁹ monui, articulū fubiecto tunc præfertim apponi folere, cū propofitio fit vniuerfalis. Dicemus enim, Ammonio tefte, ὁ ἄνθρωπός ἐστιν ἔμψυχος, nō autem ὁ ἄνθρωπός ἐστι λευκός). Ad hoc cùm peruenerimus, vel tunc de aliis pofterioribus admonemur, vel certe nunquam aliâs, & nulla alia re. Vt fi quis percurrat animo, ea quæ ordine quodam his literis fignificantur, α, β, γ, δ, ε, ζ, η, θ. Et eorum quæ in θ, ε, continētur non reminifcatur, fieri poterit, vt quàm primùm ad ε perueniat, ei reliqua vfq; ad θ veniāt in mentem: ab ε nanque tanquam à principio & medio vniuerfali non folùm ad ea quæ poft δ fequuntur, verùm etiam ad ea quæ poft ε, progredi licet. Quare fi neutrum horum fcrutemur, nempe neque δ, neque ε, quę nobis ftatim occurrunt: fi retro agamus, nempe ex parte δ, cùm ad γ, peruenerimus, fortaffe reminifcemur: quòd fi anteriorem partem, nimirum ε, percurrere velimus, quærentes, puta η, ζ, tunc ifta nobis in itinere obuiam fient, atque ita eius recordabimur, cuius memoriam nobis in animum reuocare conabamur: fin minus, tandem quafi faltantes ad ipfum confugiemus, C D

& fic

A & sic deinceps: nunc ad ea quæ sunt ante, ε, nũc ad ea quæ post, quousque id assequamur, quod reperire studemus. Habito nanque & posito hoc vniuersali medióque principio, puta ε, vnde multa eáq; tam anteriota quàm posteriora inuadere possumus, facile est nũc vnũ nunc aliud tentantes. & modò per hoc, modò per illud memoriã saltuatim circunferentes in id tandẽ incidere, quòd motionũ termin⁹ & quies sit. In exemplaribus Græcis quæ circũferuntur, puto aliquid desiderari, quod illa verba præcedat, ἐν τῷ, ὁ, ἐν τῷ ζ ἐπιζητεῖ. Hoc vnicuiq; acutè intuenti patere poterit: Præterea in exemplati vetustissimo Latino tamen, quod apud me est, alia istarum literarum versio & dispositio legitur. Ex Themistio nil habes quo possis hæc in perspicuum quendam ordinẽ restituere. Sed nobis illud sat esto, per α, non posse nos intelligere principium vniuersale & medium, cùm neque ἐπ' ἄμφω ex ipso moueri queamus, quod medii naturæ conuenit; neque principium vniuersale sit; cùm de α, loquutus Arist. ad-
B dat, καὶ ὄντων ἀεί. Est ergo, ε, aut etiam δ, veluti principium & mediũ vniuersale, à quo sæpius quasi excurrentes modò huc modò illuc, ab initio semper tanquam ab Indice quodam edocti repetentes, acie memoriei saltare possumus; & nunc posteriora nunc priota attingentes, in illud tandẽ incidere quod exoptamus. Hoc vnusquisque persæpe experitur. Non est ergo quòd de litera amplius laboremus.

Τοῦ δ' ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ἐνίοτε μὲν μνησθῆναι, ἐνίοτε δὲ μή, αἴτιον, ὅτι ἐπὶ πλείω ἐνδέχεται κινηθῆναι ἀπὸ τῆς αὐτῆς ἀρχῆς· οἷον ἀπὸ τοῦ γ' ἐπὶ τὸ ζ, ἢ τὸ δ'. Ἐὰν οὖν μὴ διὰ παλαιοῦ κινῆται, ἐπὶ τὸ συνηθέστερον κινεῖται· ὥσπερ γὰρ φύσις ἤδη τὸ ἔθος. διὸ τὰ πολλάκις ἐννοούμενα, ταχὺ ἀναμιμνησκόμεθα. ὥσπερ γὰρ φύσει τόδε μετὰ τόδε ἐστίν, οὕτω καὶ ἐνεργείᾳ· τὸ δὲ πολλάκις φύσιν ποιεῖ. ἐπεὶ δ' ὥσπερ γίνεται ἐν τοῖς φύσει, καὶ παρὰ φύσιν, καὶ
C *ἀπὸ τύχης, ἔτι μᾶλλον ἐν τοῖς δι' ἔθος, οἷς ἡ φύσις γε μὴ ὁμοίως ὑπάρχει, ὥστε κινηθῆναι ἐνίοτε κἀκεῖ καὶ ἄλλως, ἄλλως τε καὶ ὅταν ἀφέλκῃ ἐκεῖθεν, αὐτόσε πῃ. διὰ τοῦτο καὶ ὅταν δέῃ ὄνομα μνημονεῦσαι, παρόμοιον μέν, εἰς δ' ἐκεῖνο σολοικίζομεν. τὸ μὲν οὖν ἀναμιμνήσκεσθαι, τοῦτον συμβαίνει τὸν τρόπον.*

21 Cur autem interdum quidẽ ex eodem id quod quæritur in mentẽ venit, interdum non veniat, causa est, quòd fieri potest vt ab eodem principio ad plura vt à γ, ad ζ, & δ, moueamur. Si itaque nõ ab inueterato moueatur, ad familiarius sanè mouetur. Est nãque quasi Natura, iam Cõsuetudo. Quamobrẽ eorum facilè recordamur, quæ sæpe Mente versamus: vt enim in natura hæc res illam consequitur, sic in actione. Frequens autẽ
D actio naturam facit. Quoniam autem sicut in iis quæ natura constãt, contingit quod est cõtra naturam, & quod fortefortuna: ita id multò etiam magis in iis reperietur quæ cõsuetudine fiunt, in quibus natura non eodem modo inest, fit, vt interdum & illuc & aliò moueamur, præsertim cùm illinc rapitur, istuc aliquò. Ob eámque causam, cùm nominis meminisse oportebit, similis quidem meminimus, sed tamen in illo solœcismum committimus. Ac reminisci quidem ita fieri solet.

Quoniam principium illud & medium, vniuersale quoddam est, à quo nẽpe ad multa transire possimus, multęque & varię motiones excitari queunt, vt antea diximus: Hinc fit vt ex eodem, non semper id quod quæritur, nobis in Mẽtem veniat. Cur verò magis vna quàm alia post eandem animi motionem

aliquando consequatur, id assuetudini maiori & minori, vetustatiq; & nouitati simulachrorum tribuendum est. Fieri nanque potest, vt quæ longo antè tempore nobis magis nota fuerunt, postea tamen quia intermissione inueterauerint, latentiora, atque obscuriora sint, iis quorũ recens est memoria, quæque consuetudine, facta sint nobis familiaria. Consuetudo nanq; est quasi altera natura, vt superius declarauimus: atque hac ratione fit vt eorum frequẽter reminiscamur, quæ sæpe cogitamus. Quare quemadmodũ in Natura hæc res illam consequitur, sic in Assuetudine hæc actio illam. Et vt in Natura non semper certi mot⁹ sunt, & definiti, sed multi fortuitò & veluti errata accidũt: ita & adhuc magis in iis in quibus valet consuetudo, plura quæ incerta atque indefinita sunt, & veluti peccata proueniunt. Quò fit vt aliquando, quanuis priorem imaginẽ teneamus, quæ veluti certum principium reminiscendi nobis esse soleat, aliò tamen delabamur, rapiamúrque. Hoc experimur, cùm alicuius puta nominis interim reminisci conantes, in alterum ei affine incidimus: quod proferentes, quasi solœcismum in reminiscendo cõmittimus. Hæc Aristoteles; quibus epilogum addit, quo de reminiscendi energia se abundè disputasse significat, cùm ait: τὸ μὲν οὖν ἀναμιμνήσκεσθαι τοῦτον συμβαίνει τὸν τρόπον. Sed diligẽtius singula sunt consideranda. (Si itaque nõ ab inuetetato moueatur). Videtur Aristot. discrimen ponere, inter παλαιὸν, & συνηθέστερον, cuius contrariũ hábetur in secundo metaph. cont. 14. & in Alex. ibid. Sed animaduertẽdum est, Fieri posse vt quæ lõgo antè tempore percepimus, nobísque magis consueta, idcircóque altè in animo inhærentia, aliquando fuerint; intermissione deinceps inueterata & squarosa seu obscura, vt ait Themistius, reddita sint. Intermissionis verò causa sit, nouorũ niror splendórque, ita frequenter oculos mẽtis nostræ ad se conuertẽtium, vt familiaria nobis efficiantur, atq; in habitum cedant. Cæterùm de Consuetudinis vi efficacique cõsulatur secundus liber metaphy. secũdus item de moribus ad Nicomachum. partic. 21. & 31. probl. Aristotelis. Platonis Cratylus, Plutarchi libellus de liber. educandis, & de val. conseruanda. (Vt enim in Natura hæc res illam consequitur). Aliâs docuit Auerroes, vt tertio cæli com. 24. ordinem esse propriam rerum sensilium naturam, Mundúmque hũc optimum quoque esse propter ordinem tradidit Arist. in duodecim metaphy. con. 52. Est autem ordo nil aliud quàm ratio, & dispositio quædam consequentium respectu primi positi: liquet hoc ex quinto metaphy. Hic sanè ordo, atque hæc consequutio, in inferioribus quidem his spectatur, sed magis adhuc in cælestibus, & in inferioribus, nõ æquè in omnibus, sed in perfectioribus exquisitius: patet ex primo de part. ani. ca. primo, & Auerroe secundo phy. comment. 83. Neque obstant his verba Philosophi in secundo physico, cont. 83: quibus docere videtur in plantis monstra non esse. Etenim cùm non ita nobis perspicuæ sint Plãtarum species vt animalium, potuit id affirmare Aristoteles, quanuis tamen multo plura monstra in iis quàm in animalibus reperiantur. Hæc ita simpliciter & vniuersim tradita, sat esse putarem, nisi Aristotelem hisce in verbis Consequutionem illam innuere perspicerem, quam supra ἐξ ἀνάγκης nuncupauit. Quare Themistii exemplum non improbo (vt nonnulli faciunt) qui ait, post ignem feruorem post feruorem splendorem sequi. Neque enim de igne eiúsque feruore & splendore loquitur, vt Physica quædam entia sunt: tũc enim nullus inter hæc ordo esset, nil prius positum, nil posterius cõsequens, cùm vnà sint ignis, feruor, splẽdor: Verùm hæc spectat, vt in Phãtasia cõcepta naturalẽ inter se & necessariã connexionẽ habẽt, ita vt de vno vix ac ne vix quidẽ cogitare queas, quin alterum statim veniat in mentem. Cæterũ exẽpla quibus planum id reddi possit, quod hacte-

A hactenus ab Atiſtotele hoc in contextu traditum eſt, à Themiſtio & Leonico facilè haberi poſſunt. (Quoniam autem ſicut in iis quæ natura conſtant). Conſulendus eſt ſecũdus liber phyſicus ad finẽ, vbi de mõſtris, i. iis quæ à Natura impedita efficiuntur, diſputatio aliqua inſtituta eſt. Tãtum monco, poſteriorem hãc præceptionem, non eo modo cum ſuperiori connectendã eſſe, vt quidam exiſtimarunt. Illud tenendum eſt, Ariſtot. rationem primùm attuliſſe, cur aliquando reminiſcendo à principio illo digreſſi, in noua potius, quàm in vetera incidamus: tribuit hoc aſſuetudini, cuius potiſſima cauſa admiratio eſt, & delectatio quæ ex rebus nouis capitur. Poſtremò, ne quis etiam tantùm aſſuetudini confideret, vt nullum in ipſa peccatum vſquam committi cẽſeret, declare voluit, æquè rem ſe habere in motionibus Cõſuetudinis, & Naturæ: vt quemadmodum ſcilicet ibi nonnunquã errata proueniunt, ita & magis adhuc in cõſuetudine peccata cernantur: neque enim ſemper ita certæ ſunt & conſtantes in conſequio conſuetudinis motiones, vt non aliquãdo in alienos motus ſeu aliena ſimulachra reminiſcẽdo incurramus. Exemplum ab Ariſtotele propoſitum, Themiſtius ita exprimit: Cupit aliquis recordari Leophanem, initium ſumit à Leone, ob vocis ſimilitudinem, Fieri poteſt (inquit) vt hic loco Leophanis Leoſthenem ſupponat. (σολοικίζομεν). Propriè quidem inconcinnam orationis ſtructuram notat, ſed & id omne quod perperã, i. neque rectè, neque ordine fit aut dicitur, comprehendit. Animaduertenda eſt autem ſimilitudinis huius vis. In Mõſtris aliquis naturæ conatus rectus apparet, vt percurrenti quartum de gen. ani. cap. 4. patebit, ita in his quæ peccata Conſuetudinis nunc appellamus: Quare Ariſtoteles σολοικισμὸν in nomine, ſeu in voce, ad rem hanc explicandam adduxit.

B

C Τὸ δὲ μέγιστον γνωρίζειν δεῖ τὸν χρόνον, ἢ μέτρῳ, ἢ ἀορίστως. Ἔστω δέ τι ᾧ κρίνει τὸν πλείω, καὶ τὸν ἐλάσσω, εὔλογον δὲ ὥσπερ τὰ μεγέθη. νοεῖ δὲ τὰ μεγάλα καὶ πόρρω, οὕτω ἀποτείνειν ἐκεῖ τὴν διάνοιαν, ὥσπερ τὴν ὄψιν φασί τινες. καὶ γὰρ μὴ ὄντων ὁμοίως νοήσει, ἀλλά τινα λόγον κινήσει. ἔστι γὰρ ἐν αὐτῇ τὰ ὅμοια σχήματα, καὶ αἱ κινήσεις.

22 Quod vero maximi momenti eſt, tempus cognoſcere oportet, vel definitè, vel indefinité. Sit autẽ quiddam, quo maius & minus diiudicamus ídque rationi conſentaneum, ſicuti & magnitudines. Intelligit autẽ quæ magna ſunt, & quæ procul abſunt, non illuc foras cogitationem intendendo, quemadmodum de viſione nonnulli aſſerunt, (etenim cùm non ſint, eodem modo intelligit) ſed ſecundum rationem quandam mouebit, in eo nanque ſimiles figuræ, & motiones ſunt.

D

Et hoc quoque ad energeiam reminiſcentiæ pertinet, ſed eſt etiam memoriæ commune. quare poſt Epilogum expendi potuit. Fortaſſe autem hinc occaſionem ſumere Ariſt. voluit qua mox, nempe in tertia huius tractationis parte, Memoriã cum Reminiſcentia conferret. Hæc ex Them. elicio. Nõ eſt ergo Reminiſcentia (inquit Ariſt.) ſine tempore, quemadmodum neque Memoria ad quam Reminiſcentia tendit: ſine tempore, inquàm, vel definito, vel indefinito. Ratio eſt quæ ſuperius fuit allata, cùm de Memoria diſputaretur. Nempe quia remota temporis præteriti cogitatione, iam non meminiſſe, aut recordari ſe quis hoc aut illud exiſtimabit, ſed nunc primùm addiſcere aut inuenire: Huc ſpectat particula μέτρον. Atquì ſi reminiſcens definitè, vel indefinitè cognoſcere tempus debeat, cùm hoc fieri nequeat abſque cognitione diſcriminis inter maius & minus tempus, qua ſui facultate hoc præſtabit remi-

nifcens? Refpondet Ariftot. quemadmodum eft aliquid quo inuicem magnitudines conferimus & collatas diftinguimus; ita eft aliquid quo tempus mutuò cōparamus, & breuius à diuturniori internofcamus. Iftud autem eft, vt egregiè monuit Themiftius, Mens Phantafiæ coniuncta quàm alii exiftimantem, alii cogitantem, Græci διάνοιαν vocant. Ita autem Anima percipit maius tempus & minus, maiorem item & minorem magnitudinem, vt non quafi aciem fui foras intendendo ifta attingat, quod Plato, non modò de anima, vt in priori vol. illius tract. expofitum fuit, verùm etiā de oculorū acie ftatuit: Sed à fpeciebus & figuris, rebus ipfis fimillimis, intúfq; in Phantafia refidētibus impellatur, quo im pulfu etiam quæ procul abfunt conferre diiudicaréque valet. Nam fi Platoni manus demus, qui fiet vt ea quæ nulla funt eodem intelligantur modo, quo fi adeffent? Perfpicua funt hęc omnia ex iis quæ fuperius attulimus, & in libello de Senfilibus copiofius difputauimus. Illud tantùm animaduertatur, Ariftotelem de Mente in hunc modū loqui, Ἀλλά τινα λόγον κινεῖ. Leonicus ita vertit; fed rationem quandam mouet. Mouet enim feu excitat Mēs Phantafiam aut Memoriam, non Phantafia mentem: quod de Mente efficiēte intelligendum venit. Huic illud fimile eft quod in tertio de ani. docet, cùm Mentem Artifici comparat. Artifex enim eft qui materiam externā in quam forma inducenda eft primùm mouet, verfat, & quafi è fomno poteftatéq; exfufcitat: ita Mens Efficiens eft, quæ prima Phantafiam excitat; & quæ in caufa eft, vt Phantafmata Mentem capacē afficere queant. Annotare hæc debuit Ioann. Iand. cùm illos tractat; qui Mentem noftram à Phantafmatis vtpote ipfa vilioribus, moueri non poffe cōtendunt. Phantafiam verò τινὰ λόγον meritò dici, ex eo liquet; quòd cum Phantafia hominem quodammodo in fpecie definita cōftituat, tantùm perfectionis præter cæteras Materiales facultates eft affequuta, vt rationi parere apta nata fit. Aliàs item nomine Phantafiæ Mentem patientem defignari mōnuimus. Sed eft aliquid, vnde Leonici explicatio extorta nimis effe appareat. Etenim particula ἐν αὐτῷ fequēs nullo pacto ad λόγον poteft accommodari: quod fanè debuit, fi Leonici verfio pro vera fuiffet habenda. Præterea non hîc de Mentis noftræ Effectione circa Phantafiam agitur. Quare farius erit, Antiquam fequi verfionem quæ eft; (Quadam ratione) aut illam Argyropyli, (Quadam proportione.) Philofophus nanque nil aliud vult, quàm Mentem per motionem feu rationem quandam internam exteriori magnitudini proportionē refpōdentem, ea quæ extrinfecus & procul abfentia funt, i. tēporis quantitatem, eiúfque lōgius aut breuius interuallum, in memoria reuocare iudicaréq;. Fauere videtur hic locus iis qui fpecies illas rerū intelligibiles, quas rationes etiam intelligendi vocant, in Mente ftatuunt. In qua tamen re Thomas; Scotus, Ioānes Iand. & Zimara, Theophrafto, Simplicio, Themiftio, Acchillino, Henrico Gand. aliifq; & fortaffe veritati aduerfari videntur. De qua re aliàs. In codice vulgato malè legitur ἄπω, pro αὐτῷ. Vtcunque aliter nonnulli ex recentioribus explicent.

A B C D

Τίνι οὖν διοίσει, ὅταν τὰ μείζω νοῇ, ἢ ὅτι ἐκεῖνα νοεῖν τὰ ἐλάσσω; πάντα γὰρ τὰ ἐντὸς ἐλάσσω, ὥσπερ ἀνάλογον καὶ τὰ ἐκτός. ἔστι δ᾽ ἴσως ὥσπερ καὶ τοῖς εἴδεσιν ἀνάλογον λαβεῖν, ἀλλ᾽ ἐν αὐτῷ, οὕτω καὶ τοῖς ἀποστήμασιν, ὥσπερ οὖν εἰ τὴν α' β', β' ε' κινεῖται, ποιεῖ τὴν α' δ'. ἀνάλογον γὰρ ἡ α' γ', καὶ ἡ γ' δ'. τί οὖν μᾶλλον τὴν γ' δ', ἢ τὴν ζ' η' ποιεῖ; ἢ ὡς ἡ α' γ' πρὸς τὴν α' β' ἔχει, οὕτως ἡ τὸ θ' πρὸς τὸ μ' ἔχει. ταύτας οὖν ἅμα καὶ κινεῖται. ἂν δὲ τὴν ζ' η' βούληται νοῆσαι, τὴν μὲν β' ε' ὁμοίως νοεῖ. ἀντὶ δὲ τῆς θ' ι' τὰς κ' λ' νοεῖ. αὗται γὰρ ἔχουσιν ὡς ζ' α', πρὸς β' α'.


23 Quónam igitur differet, cùm res maiores intelliget? an quòd illas quæ minores

A minores sunt intelligat? Sũt enim minora, omnia quæ intus sunt, & proportione respondentia iis quæ extrà. Licet autem fortasse, quemadmodum in formis, proportionem accipere, sed in ipso, ita & in interuallis. Sicut ergo, si α' β', β' ε' mouetur, conficit α' δ', proportione nanque sibi respondent, α' γ', & γ' δ'. cur ergo potius, γ' δ', quàm ζ' η', efficit? An, quémadmodum α' γ', ad α' β' se habet, ita ipsum θ', ad ipsum μ'? Has igitur simul mouebit. Si verò ζ' η' intelligere volet, ipsum β' ε' similiter intelliget, sed pro θ' κ', intelliget κ' λ'. Hæc enim se habent, vt ζ' α', ad β' α'.

Si ratio quædam intus adsit, qua is qui reminiscitur, breuioris aut longioris temporis interuallum, maiorémque & minorem magnitudinem cui tempus annectitur recordari queat. Quæritur quid intersit cùm res maiores re-

B minifcendo intelligit, & cùm minores comprehendit. Respondet omnia quæ intus inclusa sunt, & in Phantasia cõplexa, id est species per quas anima percipit ea quæ extrà sunt, esse quidem inter se æquales, minores iis quæ sunt extrinsecùs posita, quibus tamen proportione respondeant. Quare per similem figuram non per diuersam, maiora & minora comprehendet. In summa, figuræ omnes quæ sunt in anima, minores sunt rebus, quarum sunt simulachra & rebus non æqualitate accommodatæ: consistunt enim in minimo subiecto indiuiduóque, quia tamen proportione respondent, & accommodantur rebus quarũ figuræ sunt, idcirco anima maiores & minores internoscit. Eodem modo dicemus, Icones, puta Cæsaris & Pompeii in ære impressas, æquales esse & minores, diuersa tamen repræsentare, quandoquidem diuersa proportione respondeant, iis quæ repræsentant. Fortasse autem quod dicimus de pro-

C portione accipienda, in ipso cognoscente, inter formas rerum, & motiones seu figuras internas rebus respõdentes, in interuallis & lineis notari deprehẽdique poterit. Conficiat ergo quis α' β', & ε' ε', is certè simul conficiet, α' δ': eandem nanque rationem α' γ', & γ' δ' habent: quàm illæ inter se. Quamobrem ergo non item dicere possumus eundem ζ' η', peregisse? Ostenduntur hæc huiuscemodi figura.



Nunc patet quomodo qui α' ζ', & ζ' ε' conficit, conficiat quoque α' γ', quod Aristot. breuitati studens omisit, & γ' δ', itemque α' ζ & ζ' η'. Proportione nanque

D ista latera sibi mutuo respondent, quare qui maius vnum latus peregerit, puta α' β', aut β' ε', minus quoque seu minora, nempe α' γ', & α' ζ': item γ' δ', & ζ' η' eadem ratione peragrabitur. Atqui eadem proportionis vi fiet, vt minoribus lateribus perlustratis & confectis, maiora quoq; perfecisse dicamur: cõstituatur ergo planioris doctrinæ gratia alia figura, quę priorẽ contineat hoc modo.



Hinc patet vt latus α' γ', ad latus α' ε' se habet, ita latus κ' θ', ad latus κ' μ' se habere: simul ergo quasi mouentur & intelliguntur. Idem de lateribus ζ' η',

&ζ ε dici poteſt, in priori figura, & cũ θ κ, cõficiet κ λ, eãdem nanq; hæc duo A
rationem mutuam ſeruant quam ζ α, & β α. Monere placet, literas has non in
omnibus exẽplaribus eodẽ ſe habere modo, ſed alicubi mutatas, alicubi ordi-
ne inuerſas: quo fit vt eo reddarur obſcurior ſententia Ariſtotelica, variíq; va-
ria hîc, egregiè tamẽ (quæ vidi) excogitata de ſuo ingenio attulerint. Si autem
percurrantur quæ Euclides in ſexto Elem. propoſ. 15 & 16. de proportionibus
loquitur, omnia quæ hîc ab Ariſt. & ab aliis tradunrur planiora fient. Colligẽ-
dum eſt nobis, Animam ita per ſimilem figuram ſeu formam intrà in phanta-
ſia contentam, tam maiorem quàm minorem temporis aut magnitudinis
quantitatem cognoſcere, vt eadem linea ſeu eodem latere confecto, vi pro-
portionis, maius quoque & minus perfeciſſe dicimur. Quocirca Ariſtot. ab eo
quod eſt κινεῖν, & ποιεῖν, ad νοεῖν in verbis contextus non ſemel tranſit. Quæ Themi-
ſtius de Triangulo Temporis & Rei diſtinctis, ſeorſim affert, ad rem non fa-
ciunt: quanuis vera eſſe & ſubtiliter excogitata admittamus. Mihi illud arri-
det, (ne Ariſt. mancum & confuſum ſibíque minus conſtantẽ facere cogar, vt B
Themiſtius cogitur) Hiſce in verbis de propoſito quæſito ſtatui, ſentẽtiámq;
abſolui: omnia igitur eò referẽda, atq; ad id ſolũ accõmodãda ſũt, quod Tho-
mas & alii nõnulli omiſſis cõmentis ſimpliciter (vt æquum fuit) præſtiterunt.

Ὅταν οὖν ἅμα ἥ τε τοῦ πράγματος γίνηται κίνησις, καὶ ἡ τοῦ χρόνου, τότε τῇ μνήμῃ ἐνεργεῖ.
ἂν δ' οἴεται μὴ ποιῶν, οἴεται μνημονεύειν. οὐδὲν γὰρ κωλύει διαψευσθῆναί τινα, καὶ δοκεῖν μὴ
μνημονεύοντα. ἐνεργοῦντα δὲ τῇ μνήμῃ μὴ οἴεσθαι, ἀλλὰ λανθάνειν μεμνημένον οὐκ ἔστι. τοῦτο
γὰρ ἦν αὐτὸ τὸ μεμνῆσθαι. ἀλλ' ἐὰν ἡ τοῦ πράγματος γίνηται χωρὶς τῆς τοῦ χρόνου, ἢ αὕτη ἐκείνης,
οὐ μέμνηται. ἡ δὲ τοῦ χρόνου διττή ἐστιν. ὅτε μὲν γὰρ μέτρῳ οὐ μέμνηται αὐτῆς. οἷον ὅτι τρίτην ἡμέ-
ραν. ὅτι μέν τοι ποτὲ ἐποίησεν, ὅτε δὲ καὶ μέτρῳ, ἀλλὰ μέμνηται. καὶ ἐὰν μὴ μέτρῳ. εἰώθασι δὲ λέ-
γειν, ὅτι μέμνηνται μέν, πότε δὲ οὐκ ἴσασιν, ὅταν μὴ γνωρίζωσι τοῦ ποτὲ τὸ ποσὸν μέτρῳ.

24 Cùm igitur rei ſimul & temporis motus fit, tunc animus memoriam C
in opere habet. Si verò non faciat, & ſe facere putet, tum item ſe meminiſ-
ſe putabit: Nihil enim prohibet aliquem falli & ei videri, cùm tamen re-
uera non meminerit. Memoria verò agentem, non exiſtimare, ſed me-
miniſſe latere, fieri non poteſt. Hoc enim eſt ipſum meminiſſe. Quòd
ſi rei fiat motus abſque illo qui temporis eſt, aut econtra hic ſine illo,
meminiſſe non dicitur. Is autem qui temporis duplex eſt. Aliàs nanque
nulla menſura adhibita meminit, veluti quòd hoc, tertio die factum fue
rit, ſed quòd aliquando. Aliàs menſura etiam adhibita meminimus: verũ
meminimus quoque quamuis non habeatur menſura: Nam dicere ſole-
mus, nos quidem meminiſſe, ſed quando, neſcire: atque hoc, cùm defini- D
tá quantitate iſtud ipſum πότε cognitum non habeamus.

Duo præcipua in Reminiſcendo adeſſe oportere docuit Ariſt. nempe prin-
cipium vnum & medium vniuerſale, quod nobis aliarum rerum memoriæ an-
ſam præberet, & temporis notitiam. Illud Reminiſcentiæ ratione fui conue-
niens: nempe quà motione quadam poſterioris recordatur, hoc, ratione Me-
moriæ cui annexa eſt, & ad quam tendit. Meritò ergo colligitur: In energia
Reminiſcentiæ motum tẽporis & rei ſimul coniungi, vtroque enim nomine
hoc ei tribui poteſt. Ex quo colligitur, tunc nos Reminiſcentia falli cùm aut
motio τοῦ πράγματος γίνηται χωρὶς τῆς τοῦ χρόνου, aut αὕτη ἐκείνης. χρόνου inquam, vel definitè vt
v.g. nudiuſtertius vel indefinitè, vt quando non habemus cognitum quando

A & quãpridem id factum sit. Vtroque enim modo Memoria seu Reminiscentia habetur. Cùm igitur quis motionem temporis & rei simul coniunctam se habere putet, non autem habeat, is verè non meminit, sed opinatur tantùm se meminisse, aut tempus desit, aut res, id est rei simulachrum: hoc accidit Antipheronti, qui μὴ εἰκόνα, ὡς εἰκόνα θεωρῇ: alterũ iis, qui cùm aliquid recordantur, dubitant an tunc ipsi primùm inueniant, vel ab alio potius aliâs acceperint. De his suprà cùm de Erratis in Memoria contingentibus ageretur. Veruntamen non è contrà accidit: nempe vt aliquis reuera memoria agat, & non putet, sed ignoret se meminisse. Hoc ipsum nanque est recordari, gnatum videlicet esse suæ recordationis. Eodẽ pacto dicimus: Sensum sensionem seu operationem suam sentire, fieri enim nequit vt quis sentiat, qui non simul se sentire exploratum habeat: quod de sensu humano maximè verum est, ob rationis coniunctionem, vt Simpl. in secũdo de ani. com. 138. statuit. Quæ Themistius hîc af-
B fert neque vera sunt, neq; ad rem faciunt: Nam cui dubium est, cùm quis tempus vnã pro alia accipit, nõ verè recordari? quorsum ergo hoc docere seorsim debuit Arist. cùm ex natura Reminiscentiæ explicata, id perspicuum esse possit? Quod verò de ægrotantibus aut alia motione impeditis tradit, qui cùm reminiscantur, se tamen reminisci non intelligent, præterquã quòd vanum est, Aristoteli quoque repugnat, cuius verba nos aliter docet. Errauit item Thomas, qui Themistium sequitur, verbis contextus non animaduersis. Expugnatur ergo tertia illa cõditio, quæ tanquã ad Reminiscentiam pertinens à Themistio proponitur, nẽpe Animaduersio; in cuius locũ Motio sufficiatur. Verè nanq; ista tria ad Reminiscentiã desiderãtur: Simulachrũ rei quatenus simulachtum est; Tẽporis præteriti conceptio, Motióque ab vno principio ad aliud seu ab vna Memoria ad aliam, tandemq; ad id quod reminisci fuit nobis constitutũ.

C Ὅτι μὲν οὖν οὐχ οἱ αὐτοὶ μνημονικοὶ, καὶ ἀναμνηστικοὶ, ἐν τοῖς πρότερον εἴρηται. Διαφέρει δὲ τὸ μνημονεύειν τοῦ ἀναμιμνήσκεσθαι, οὐ μόνον κατὰ τὸν χρόνον, ἀλλ' ὅτι τοῦ μὲν μνημονεύειν, καὶ τῶν ἄλλων ζώων μετέχει πολλά. τοῦ δ' ἀναμιμνήσκεσθαι, οὐδὲν, ὡς εἰπεῖν, τῶν γνωρίμων ζώων, πλὴν ἄνθρωπος. αἴτιον δ' ὅτι τὸ ἀναμιμνήσκεσθαί ἐστιν οἷον συλλογισμός τις. ὅτι γὰρ πρότερον ἤκουσεν, ἢ εἶδεν, ἤ τι τοιοῦτον ἔπαθε, συλλογίζεται ὁ ἀναμιμνησκόμενος, καὶ ἔστιν οἷον ζήτησίς τις. τοῦτο δ' οἷς καὶ τὸ βουλευτικὸν ὑπάρχει, φύσει μόνοις συμβέβηκε. καὶ γὰρ τὸ βουλεύεσθαι, συλλογισμός τίς ἐστιν.

25 Quòd autem non iidem Memoria valeant, & Reminiscentia, docuimus prius. Memoria autem à Reminiscentia non solùm tempore differt, verùm hoc etiam, quòd Memoriæ multa alia animalia participant: Reminiscẽtiæ verò nullum ferè eorũ animalium, quæ (vt ita dicã) nota sunt, præterquã homo. Huius causa est, quòd Reminiscentia quasi quædam ratiocinatio est. Ratioci-
D natur enim secum ipse qui reminiscitur, quod antea audiuit, aut vidit, aut aliquid tale passus est: Estque hoc quasi quædam quæstio. Quod quidem iis solis à natura tributum est, quibus facultas quoque consultandi inest. Atqui consultatio, ratiocinatio quædam est.

De energia Reminiscentiæ satis disputatum est. Nunc tertia pars expeditur. In qua scilicet differentia inter μνημονικοὺς & ἀναμνηστικοὺς differentiæque causa proponitur. Id quidem ab initio statim libri sat præstitũ fuisse videti alicui posset. Sed si is ea animaduertat quæ nos eo in loco annotauimus, hoc ibi obiter, hîc vero cùm iam vtriusque facultatis vis & natura perspecta sit, ex proposito meritò tractari debuisse cognoscet. Cæterùm satis perspicua sunt quæ de duplici huius differentiæ causa docet, atque ita, vt nullo interprete ex seipsis intelligi possint. Tantùm nonnulla sunt diligentius examinanda.

Prima differentiæ causa ratione Temporis ponitur. Siquidem Recordationis principium est, vt superius exposuimus, τὸ μνημονευτόν, vnde inquisitionis & motionis initium, i. Reminiscentiæ sumitur. Tempore ergo Memoria prior est Reminiscentia. Non improbo tamen quod nonnulli dixerunt, Tempus sæpe oblatũ memoria percipi: Quæsitũ verò reminiscendo cognosci: Quid si cum Thoma dicamus, Reminiscentiã esse tempore priorem quàm ipsa Memoria sit: est namq; vt superius diximus, veluti via ad Memoriã, & syllogismus in hac ipsa parte ab Aristot. vocatur. Est autem via prior termino, & syllogismus cõclusione. (Verùm hoc etiam quòd multa alia animalia). Altera differentia à ratione subiecti sumpta. Quandoquidem Meminisse multa etiam ex Brutis præter Hominem valent: Reminisci verò soli homines. Probat hoc, quia Reminiscentia, quasi quidam syllogismus habetur: quod ex eo liquet. Nam qui recordatur secum ipse reputat se hoc vidisse aut audiuisse à quo deinceps tanquam à principio transitum ad aliud, atque aliud quærit atque inuestigat, atque ita ex vno in alterum eousque procedit, quousque concludat, id est, id assequatur, cuius Memoriam habere vult. Est ergo Reminisci nil aliud quàm syllogismo Memoriæ, id est, propositionibus singularibus quarum memoriam habemus, cõcludere aliquid: & Reminiscentia nil aliud quàm Quæstio & Inquisitio quædã. (Eorum animalium quæ nota sunt.) Arist. certè Dæmonas non agnouit, quorũ tot species induxit Plato. Hîc ergo de Pygmæis agi nonnulli existimant. Certè Pygmæos homines esse affirmat Arist. in 8. de hist. ani. ca. 12. de Gruibus loquens. Grues (inquit) ex tepida regione ad frigidam sese conferũt, metu futuri æstus, atque de vltimis locis, vt ex Scythicis campis ad paludes Ægypto superiores, vnde Nilus profluit. Eo in loco cùm Pygmæis pugnare dicuntur. Hoc non est fabula, sed certè genus tum Hominum, tum Equorum pusillum, vt dicitur, est, degũtq; in cauernis, vnde etiam Troglodytæ nomẽ sumpserunt. Hæc Aristot. Ex quibus constat Pygmæos verè homines dici, & memoria Reminiscẽtiáque præditos esse, cùm non aliam ob causam bellum aduersus Grues parent, quàm quia ab illis aliquid detrimenti vel in segetibus vel in aliis recepisse se recordentur. Hos innuit fortasse Philosophus in secundo de ani. cont. 152. cum inquit, τὸ φρονεῖν perfectum non in omnibus esse. Quod tamen non ratione Quantitatis paruæ illis accidit, sed fortasse temperationis. Hæc dixi, quia Albertus argumenta hinc ducere conatus est, quibus ostenderet, non esse Hominum genus illud de quo loquitur Aristot. in oct. de hist. sed Simiarum, cùm tamẽ disertè ibi affirmetur, verum genus hominum sed pusillum esse. (Quibus facultas quoque consultandi inest). Hanc facultatem Græci μοῖραν βουλευτικὸν, vel λογιστικὸν appellãt, quæ potissimùm pertinet ad res mutabiles sub actionem vel sub effectionem cadentes. Cæterùm, quid Consultatio sit, & cõsilium capere, vt intelligatur quomodo Cõsultatio sit quædã ratiocinatio, paucis aperiendum. Consilium capere nil aliud est, quàm pluribus rebus quæ sub actionem cadunt propositis, vnam quam agam⁹ & sequamur, cum diu multùmque deliberauerimus eligere. Consilium ergo capere, ex consultatione & deliberatione constat. Consultamus autem, non de iis quæ natura sine vlla nostra opera atque auxilio constant, sed de humanis rebus, neque iis omnibus, sed quæ à nobis agendæ sunt: (neque enim Geneuenses deliberant, quemadmodum aliæ Christianæ nationes suam rempublicam optimè administrare possint) quorum exitus incertus est, & in quibus nihil est definitũ. (Hinc fit vt in artibus & sciẽtiis, in quibus certa quædã principia sũt, ex quib⁹ effecta oriãtur, nil loci habeat cõsultatio nisi rarò & in artib⁹ στοχαστικαῖς, vt sunt medicina, ars militaris, rhetorica, quæ nonnunquã in deliberãdo sunt occu-

A occupatę).Cōſultatio itē adhibetur non de finibus ſed de iis quæ ad fines per-
tinēt. Finem nanq; omnes ſibi proponunt, at quærunt quemadmodū & qui-
bus mediis illū aſſequi valeant, pluribúſq; propoſitis quod facillimum & opti-
mum iudicant, ſequuntur: cætera repudiant: ſi quid ad illud ſequendum ob-
ſtet, remouent: quod certè nil aliud quàm ratiocinatione quadā efficitur, qua
nempe hoc cúm illo cōiungimus, pręſentia cum præteritis & futura cum am-
bobus comparamus. Ex his duo perſpicua fiunt, ad noſtrum inſtitutum per-
tinentia: Primum eſt, Conſilium capere, Hominis eſſe, qui conſultare ac deli-
berare poteſt; atque idcircò ad ſolam mentem pertinere, Puerorū & Bellua-
rum non item. Alterum eſt, Id de quo conſultatur & id de quo conſilium ca-
pitur eadem inter ſe eſſe, niſi quòd hoc vt definitum & iam deciſum, illud ve-
rò, vt adhuc in deliberatione, eſt conſideratur. Eſt ergo conſultatio veluti ra-
B tiocinatio, Conſilium vero ſeu προαίρεσις, atque id de quo conſilium cæpiſſe nos
dicimus, quaſi ratiocinationis Concluſio.

Ὅτι δὲ σωματικόν τι τὸ πάθος, καὶ ἡ ἀνάμνησις ζήτησις ἐν τοιούτῳ φαντάσματι, σημεῖον τὸ παρενοχλεῖν ἐνίους, ἐπειδὰν μὴ δύνωνται ἀναμνησθῆναι, καὶ πάνυ ἐπέχοντας τὴν διάνοιαν, καὶ οὐκ ἔτι ἐπιχειροῦντας ἀναμιμνήσκεσθαι, οὐδὲν ἧττον, καὶ μάλιστα τοὺς μελαγχολικούς. τούτους γὰρ φάντασμα κινεῖ μάλιστα. αἴτιον δὲ τοῦ μὴ ἐπ᾽ αὐτοῖς εἶναι τὸ ἀναμιμνήσκεσθαι, ὅτι καθάπερ τοῖς ψάλλουσιν οὐκ ἔτι ἐπ᾽ αὐτοῖς τὸ στῆσαι, οὕτως καὶ ἀναμιμνησκόμενος καὶ θηρεύων, σωματικόν τι κινεῖ, ἐν ᾧ τὸ πάθος. μάλιστα δὲ ἐνοχλοῦνται, οἷς ἂν ὑγρότης τύχῃ ὑπάρχειν περὶ τὸν αἰσθητικὸν τόπον. οὐ γὰρ ῥᾳδίως παύεται κινηθεῖσα, ἕως ἂν ἐπέλθῃ τὸ ζητούμενον, καὶ εὐθυπορήσῃ ἡ κίνησις.

26 Quòd autem quoddam corporeū ſit hæc paſſio, & recordatio in eiuſ-
modi Phantaſmate inquiſitio, indicio eſſe poteſt, quòd nonnulli turbā-
C tur, cum recordari non poſſunt. Et cùm valde cogitationem cohibeant,
nec reminiſci conentur amplius, nihil minus: & maximè melancholici:
hos enim Phantaſmata maximè mouent. Cauſa autem cur in eis ſitum
non eſt, vt reminiſcantur, eſt quòd quemadmodū ii qui iaculati fuerint,
iam non habent amplius poteſtatem, iaculatum ſiſtere: ita is qui recorda-
tur, & inueſtigat, corporeum aliquid mouet, in quo paſſio ſita eſt. Per-
turbantur autem ii maximè, quibus humiditas in locum ſentientem caſu
infuſa ſit: Neque enim facilè moueri deſiſtunt quoad id ſe offerat quod
quæritur, & rectè motus proceſſerit.

Poſtrema hæc eſt pars huiuſce diſputationis, in qua ſtatuitur qualiſnā paſ-
ſio ſit, ἡ ἀνάμνησις. Etenim ex iis quę proximè tradita ſūt credere quis facilè potuiſ-
D ſet, Reminiſci, eſſe opus Mentis abſolutè, cùm illa ſola ſit quæ ratiocinetur, i.
quæ à noto tendit ad ignotum, quæ componit & diuidit, & qua bruta carent.
Hîc ergo oſtenditur non ita Mentis munus eſſe, quin ſit etiam animæ ſentiē-
tis, Idcircóque ait, hanc paſſionem quæ recordatio dicitur, eſſe motum quē-
dam qui ad corpus pertinet, i. Motum & inquiſitionem Mentis: inquiſitionē
inquàm Phantaſmatū, quæ in primo Æſtheterio, i. in corde reſident. Hoc pro-
bat huiuſmodi argumēto: Facultas quæ non deſiſtit à ſua operatione ex iuſſu
voluntatis eſt corporea organicáq;, Reminiſcētia eſt huiuſmodi, ergo. Propo-
ſitio nota eſt: quādoquidem, facultas quę nullo pacto à materia pēdet, volun-
tate imperante agere deſinit: intelligimus nāq; cùm volumus, & cùm libet e-
tiam ab intelligendo deſiſtimus. Ratio diſcriminis eſt, quia agitato & com-
moto organo, non ita facilè impreſſa, & ſita in ipſo ſpecies remoueri poteſt.

Neque est quod hîc superstitiosus aliquis obstet, quo modo species in materia esse aut imprimi possint. Notũ est siquidem spiritualia quidem ista esse, neq; A sensilem actionem in alterando habere: verumtamen eiusdem rationis esse cùm formis illis crassis & materialibus, quarũ sunt species, nec differre ab iis nisi modo subsistendi. Nanq; eatenus materiales formæ dicuntur, vt egregiè doctissimus Fracastorius monuit, quatenus crassa quadam existentia in materia sunt, & certos terminos poscunt. Ingenitum autem est formis omnibus, sese quo magis possunt propagare, quod quidem crassæ illæ formæ efficiunt, quæ materiales vocantur. Verùm propagare sese per eum modũ, & existentiã qua ipsæ sunt, non vtiq; possunt, sed tenuem, &(vt loquũtur) superficialem sui vel partem, vel gradum producunt, qui ob sui tenuitatem spiritualis vocatur, & contrariũ non habet, & momento gignitur propagatúrque; atq; aptus est id quod est repræsentare, vsq; ad crassam illam formã à quã productus est. Sed hæc alibi. Assumptio probatur in cõtextu. Experimur siquidẽ interim, quòd B cùm rei cuius obliti sumus, reminisci exoptamus, in eóque diligentiam studiúmq; ponimus; si recordari nõ possumus offendimur, & manifestè patimur & afficimur, & vultus, aut motus, aut status, aut quid aliud intus vel extrà mutatur. Quinimo si plura aut omnia media tentauerimus; quibus de re oblita commonefieri nos posse existimauerimus; res tamen non successerit, animo quidem cõstituimus motum illum cohibere, intercideréque: mentémque & cogitationem omni conatu sustinemus: nihilominus tamen motus illi in organis facti non desinunt, ex voluntatis iussu, sed recurrunt; & inuitis nobis erumpunt atq; procedunt. Declarantur hæc exemplo illorum qui telum iaculãdi vel non iaculandi potestatẽ habent, non tamen cùm iactum fuerit ipsum sistere aut reuocare amplius possunt. Hoc verò Melãcholicis potissimũ accidere narrat, quòd altè in illis species infigantur, eæq; multa spirituũ agitatione qua laborant, in motu assiduo habeantur. Idem de iis dicitur, qui nimium C humiditatis circa princeps Æstheterium habẽt; aut in summa, qui nimiũ humidi sunt, nanque ob humiditatis fluctuationem in perpetua agitatione versantur, & commoueri non desistunt, quo ad id quod quæritur se offerat, mo-túsque animi recta procedens via, ad metã perueniat quam concupiuit. (Corporeum aliquid mouet in quo passio sita est). Spiritus qui instrumentum animæ sunt intelligit, & qui specierũ sunt delatores. Multi autem sunt spiritus & mobiles valde in humido corde vel cerebro, qui simul erumpentes sese tanquam circuli in aqua secant. Melancholici item ob multos flatus, copiámque spirituum: nécnõ biliosi, vt ait Themistius, ob mobilitatem (sunt nanq; sicci tenuésq; & acres) perpetuã agitationẽ patiũtur. Cùm primùm ergo in huiusmodi hominũ genere, imago aliqua seu spirit⁹ aliqua portio excitata est imaginẽ deferens: exagitantur quoq; aliæ cõsequio quodã, & turmatim, ꝑpter humiditatis quasi fluctuationẽ & mobilitatem copiámq; spirituũ, inuitissimis e- D tiã nobis pertinaciter prosiliunt. Hoc vnusquisq; experitur, nõ modò in reminiscendo, sed in cogitando quoque: nẽpe vt idem sibi etiam nolenti, sępius, & cõtinenter in mentem atque in os quoq veniat. (περὶ τὸν αἰσθητικὸν τόπον). Cor ipsum intelligit: qua de re in 3. de part. anim. cap. de corde. Aliter Galenus & Plato. Sed de his aliâs pluribus egimus. Nunc obiiciat aliquis, Concludi posse Mentem quoque facultatem organicam & corpoream esse, siquidem, organo corporeo læso ipsa quoque impeditur, quare æquè ac reminiscentia ab eo pendere videtur. Laborauit Iandunus in questione vndecima, vt hoc argumentum refelleret. Sed quid præstiterit viderint alii. Ego certè ita constituendum puto: Reminiscentiam esse facultatem corpoream: fit nanque ἀπὸ τῆς διανοίας, quæ est Mens Phantasiæ coniuncta, particulariáque versans, conferens, atque diiu-

A diiudicans, vt Themistius in capite decimo quarto & 18. cùm Mentem legeti, Phantasiam libro, Phantasmata verò lituris comparat. itémque Auer. in tertio de ani. docuit. Est etiam ratiocinari seu intelligere hoc nostrum corporea passio: nostrum inquam hoc, quod cum phantasmate efficitur: non enim ait Arist. in prioride an. cont. 46. Mens ratiocinatur, sed corpus seu homo Mente. Est ergo intelligere nostrum eatenus corporeum, quatenus non sine phantasmate efficitur, ita & reminisci quatenus non sine μνημονευτῷ. Quare vt reminiscentia corrupto illo Communi (de quo in eodem lib. cont. 66. agit Arist) corrūpitur, ita vt in vniuersū Ratiocinatio, atq; hæc quæ per phātasmata intellectio fit. Non minus ergo ἀμέσως Mens vt intelligens quàm vt ratiocinans seu reminiscens corrupto aut læso organo læditur corrumpitúrve. Non item de Mente, & sentiēte anima vt Phantasia & Memoria dicerem: hæ nanque statim organo malè affecto afficiuntur, illa verò non nisi hisce mediis quibus cō-
B iuncta est. Hæc aliâs quoque explanasse me recordor.

Διὸ καὶ φόβοι καὶ ὀργαί, ὅταν κινηθῶσιν, ἀντικινούντων πάλιν τούτων, οὐ καθίσανται, ἀλλ' ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἀντικινοῦσι, καὶ ἔοικε τὸ πάθος τοῖς ὀνόμασι καὶ μέλεσι καὶ λόγοις, ὅταν διὰ στόματος αὐτῶν τι γένηται σφόδρα. παυσαμένοις γὰρ καὶ οὐ βουλομένοις, ἐπέρχεται πάλιν ᾄδειν ἢ λέγειν. Εἰσὶ δὲ καὶ οἱ τὰ ἄνω μείζω ἔχοντες, καὶ οἱ νανώδεις, ἀμνημονέστεροι τῶν ἐναντίων, διὰ τὸ πολὺ βάρος ἔχειν ἐπὶ τῷ αἰσθητικῷ, καὶ μήτ' ἐξ ἀρχῆς τὰς κινήσεις δύνασθαι ἐμμένειν, ἀλλὰ διαλύεσθαι, μήτ' ἐν τῷ ἀναμιμνήσκεσθαι ῥᾳδίως εὐθυπορεῖν. οἱ δὲ πάμπαν νέοι καὶ λίαν γέροντες, ἀμνήμονες διὰ τὴν κίνησιν. οἱ μὲν γὰρ ἐν φθίσει, οἱ δ' ἐν αὐξήσει πολλῇ. ἔτι δὲ τά γε παιδία καὶ νανώδη εἰσί, μέχρι πόρρω τῆς ἡλικίας.

C Quapropter, & timores & iræ, postquam semel excita sunt, illis etiā
17 contrà mouentibus non sedantur, sed eodem contra impulsum eorū rapiuntur. Similis autem est hæc passio, nominibus, cantionibus, & orationibus, cùm illorum quippiam ore intentè profertur. cùm enim destiterint, & noluerint, rursus canere ac verba facere subit. Sed ii qui superiores partes corporis maiores habent, & pumilionibus similes sunt, obliuisciores iis sunt, qui contrario modo se habent. Propereáque magnum pondus habent ἐπὶ τῷ αἰσθητικῷ, nec possunt ab initio motus animi in eis consistere, sed dissipantur, neque in reminiscēdo facilè rectò ordine progrediuntur. Quinetiam, pueri admodum, & senes propter motum, memoria minus valent. hi nanque in multo sunt decremento, illi verò in
D multo augmento. Adde quòd pueri ad multam vsque ætatem sunt pumilionibus persimiles.

Hæc omnia eò item spectant vt probetur Reminiscentiam esse affectionē corpoream. Adhibetur primùm iræ & timoris exemplum, quę passiones dicū tur, id est commotiones & excitationes quædam animæ sentientis, ex quibus euidenter corpus afficitur & patitur: mirabiliter nanque in iis quæ aut ira, aut metu cōmoti sunt, vultus, vox, motus, status que mutatur. Cùm igitur homo in huiusmodi vel paulò proruperit affectiones, si præsertim sæpe & vehementer prorumpere soleat, vix ac ne vix quidem comprimere aut sedare eas poterit: quinimo quò magis ipse contranitetur, eò illæ magis conualescent & acutiores reddentur. Argumento est hoc, aliquid intus corporeū moueri, quod semel excitatum reprimi nequeat, vt in ira & timore, quæ ex ani-

ma sentiente & appetente dolore cōmota, ortum ducunt. In ira quidem ob odium in rem quæ offendit, apperiru nocendi oborto, calor circa cor colligitur, vbi sedes animæ & vis est: idcircóque sanguis feruet, qui demũ feruor ad partes corporis omnes transmittitur, atq; illas præsertim quæ nocere aut vim repellere aptę sunt. In timore verò: cùm nempe rem à nobis discrepantem, & malam, imminere nobis & euenturam putantes tristamur, calor intus ad cor scilicet cordísque penetralia fugit, cum eóque spiritus & sanguis. Quapropter qui timent, pallent & tremunt: calore nimirum mẽbra deserẽte. In his autem Affectionibus non æquè se habent omnes: sunt qui tardissimi, alii qui promptiores: nõnulli qui prõptissimi ad eas sint, in quibus certè hoc quàm maximè verum esse cernitur, quod nunc ab Aristotele docemur. Quod de cantionibus & nominibus pro exemplo additur, nemo est qui id non fuerit, persæpe expertus. Noui egò multos qui ita sibilo cuidam suo tacito assueti sunt, vt vel legant, vel scribant, vel ambulent, nunquam sibilare desistant, imò moniti etiam & reprehensi, inuiti tamen rursus ad sibilum redeant. De iis verò qui aliquando carmen aut nomen quoddam animo agitare, ac tractare oréque proferre cœperunt, nil dicam. Constat enim eos quamuis cessare à cogitatione & prolatione velint, in idem tamen carmen, aut nomen inuitos plærunque erumpere. Hoc idem indicat, aliquid nempe corporeum cum specie illa fuisse excitatum in phantasia, quod non facilè reprimi queat, idcircoque eandem nobis inuitis speciem offerat. Quæ de Pumilionibus, puetis senibúsque afferuntur, ad institutum præcipuum tanquam ab effecto confirmandum, perspicua quoque sunt. Notum est siquidem Nanos superna, & in quibus sensus sedes est, pondere maiori depressa crassioráque habere infernis partibus: depressa inquam multa humiditate: quô fit vt rerum vestigia in illis imprimi, aut impressa consistere & retineri, aut consistentia, recto ordine ad reminiscendum moueri & progredi nequeant. Materię nanque crassities, spirituum confusio, humórque fluctuans in causa est, quominus ista efficiantur. Pueri & infantes quorum partes omnes in motu sunt continenti, quòd plurimum sint humidæ, tum quia copiosius alantur & augescant, idem patiuntur. Eadem tranquillitate senes destituuntur, quod non in statu & quiete sint positi, sed in magna & continenti decessione versentur. (Sed ij qui superiores partes corporis). Terminus harum partium superiorum ab Aristotele in quarto de partibus animalium capite decimo, definitur: à capite nanque ad coxas vsque progredi nartat. Medici aliter exactiusque, suprà, infrà, & medium in corpore humano quærunt: & meritò, vt pote quibus pro sanitate restituenda, multa sit partium situs, cõsensionis & propinquitatis ratio habenda: reuellendum aut simpliciter euacuandum. Sed nihil ista ad nos in præsentia, Hæc tãtùm dicere libuit, vt illorum audaciã reprimeremus qui ex hoc loco Aristotelem quasi coactum Medicis manus dedisse colligunt: particula nanque illa ἐπὶ τῷ αἰσθητικῷ, non magis cerebro quàm cordi hoc pacto accommodatur. Quomodo autem quãuis de cerebro illam intelligeremus, nil tamen Aristoteli tepugnaremus, in superiori libello ex parte declarauimus: vbi diximus, cor esse quasi regiam, omniũ sensionumque fontem & Efficientẽ. Cerebrũ verò esse quasi locũ in quod sensiles species omnes primò cõgregantur. (Adde quòd pueri). Pueri crura parua & admodum imbecillia habẽt, superiores verò partes crassiores: & põderosiores, proptereáque cùm illas sub stinere nequeant, proni more belluarũ incedunt, & manibus repunt: progressu ætatis inferiora augẽtur, rectíque ambulãt. Ob hanc ipsam humiditatis copiam, pumiliones & nanos multum dormire, in lib. de som. & euig. tradidit.

Quæ

A Quæ de affectionibus hîc à nonnullis disputantur, an scilicet cohiberi possint, ad aliam Philosophię partem pertinent, quam nunc nos non profitemur. Summa tamē huius rei sit, affectiones cùm ad animam appetentē pertineāt, Mentis dominantis vi quasi frænari & cohiberi quidem posse, non tamē prorsus tolli, aut funditus extirpari. Quantumuis Stoici clament, verum illud est, Quandiu sensus in homine erit (erit autem donec in terris manebit) semper fore vt affectionum insultus aliquis, in ipso vestigiáque appareant: Quemadmodum etiam dum aqua & ignis erit, ab illa prorsus frigus, ab hoc calor nūquam prorsus remoueri possunt, quamuis vtrumque minuatur. Atquî neque debent affectiones prorsus ex animis nostris euelli, cùm tanquam cotes, virtutes exacuant. Sed hæc iam alia quęstio est. Illud animaduertatur, Arist. sententiam de Ira & Timore veram esse vtroque modo, cùm scilicet vel vehementiùs vel remissiùs etiam erumpūt, siquidem neque vehementior, neque remissior i-
B ra postquam eruperit, statim coerceri aut reuocari potest. Causa exposita est. Quibus ita examinatis, Arist. epilogum sermoni suo apponit his verbis:

Περὶ μὲν οὖν μνήμης, καὶ τοῦ μνημονεύειν τίς ἡ φύσις αὐτῆς, καὶ τίνι τῶν τῆς ψυχῆς μνημονεύει τὰ ζῶα, καὶ περὶ τοῦ ἀναμιμνήσκεσθαι τί ἐστι, καὶ πῶς γίνεται, καὶ διὰ τίνα αἰτίαν εἴρηται.

Ac memoriæ quidem quæ natura sit, & quid ipsum meminisse, quáque animi parte animalia meminerint: Item de Reminiscentia, quid sit, & quomodo, quámque ob causam fiat diximus.

Hunc etiam & nos his nostris Commentariis addemus *κολοφῶνα*, Deo opt. max. gratias iterum agentes, quòd nostros hosce labores ad hunc exitum voluerit perduci. Cupimus etiā ōratos Doctos omnes qui in hæc nostra incidēt,
C vt candidè de illis iudicēt, meminerintque nos veritatis indagādæ studio, vtque magnis viris in hac parte morem gereremus, & minus exercitatis saltem prodessem⁹, nōn contentionis aut ostentationis libidine hæc proposuisse, ad normam Peripateticæ doctrinæ quantūm quidem potuimus, examinata & conformata: sed hac tamen cum exceptione, vt nos non perfecisse opus existimemus: libenter amplexuri quęcunque meliora dederit Dominus. Hæc quoque abs te, PRINCEPS ILLVSTRISSIME, si orem atque expectē, non frustra (opinor) expectem: Quem cum aliis Heroicis necnon maximis virtutibus animique dotibus singulare quoddam iudicium coniunctum habere, omnes vno ore testantur.

COMMENTARIORVM IN LIBRVM DE MEMORIA ET REMINISCENTIA,

FINIS.

Errat. sic corrigito. Prior numerus paginam, alter lineam ostendit.

Pag. 13. lin. 13. lege vniuersum. 15,2, secundùm 19,2, nuncupatur. 19,12, sensus. 19,16, &. 30,33, prodens. 3,46, inferiorem. 37,2, tribuere. 39,48, *dele* ea. 43,2, deguntur 45,27, præteritarum. 57,44, dubitationis nempe, 59,3, lucem. 59, 28, spectabilia. 64,33, Aristotelis. 64,34, *dele* dicemus. 64,39, percunctatur. 67,12, iniuriam. 67,37, mentis quoque. 67,40, interpretatur) qui. 69,22, Aristotelicarum. 71, 49, soliditatem. 72,10, *dele* à. 78,17, Proclus. 80,44, color. 81,17, prodentem. 83,27, orationis. 82,31, determinate. 85,22, illis æquali. 93,17, quia. 97,42, hic. 104,45, habetur. 115,14, *bis in eadem lin.* odorem. 103,20, siccæ. 115,2, ponitur non differre. 125,14, sua. 125,25, mutatur. 130,9, diaphano. 131,8, posse. 134,2, omnis. 141,2, ludere. 142,1, essentialis, *adde* est. 142,2, datur. 143,35, quæ. 143,36, sint. 146,3, extremis *adde*, de. 151,25, calore. 152,41, excessus. 153,49, probl. 156,9, vtcunque. 193,6, præcedere. 197,16, cognoscere non. 197,19, arguere magis. 200,17, multiplicationi. 203,33, tenaci. 215,15, odoribus. 206,9, videri. 206,44, incómoda. 210,24 copiose. 213,30, *dele* nobis. 214,23, genus. 227,28, minimæ. 227,44. principia. 227,46, actu infinitum, vt ex tertio de phy. ausc. liquet: *repone ista post verba quæ sequuntur, nempe,* Atqui ex finito actu nunquam gignetur. 229,21, spectari posse. 224,42, *dele* à. 230,32, affectiones. 233,34, externo. 254,4, ista. 263,42 *dele* non. 280,23, vim. 285,18, quod. 291,49, siue absque. 294,7, perpurgandæ. 299,11, similitudo.

* * *Omissam, Operarum incuria, primam lineam paginæ 305, sic repone, Lector candide:*

existimauit hic de Reminiscētia sermonē fieri, quæ non per plures motiones

INDEX

VARIARUM RERUM AD PHILOSOPHIAM PERTINENTIUM, *quæ in his Commentariis in* ARISTOTELIS LIBROS DE ORGANIS sensuum & sensilibus: &, DE MEMORIA AC REMINISCENTIA, doctè simul & apertè tractantur.

Numerus paginam, a. b. c. d, seriem paginæ indicant.

L

M

O

P

Q

R

S

FINIS.

VT venia πρωτογράφῳ,

SIC πρωτοτύπῳ danda est.